B
28

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
16 — C
21

B
V
20

Digitized by [illegible]

COMMENTARII DE CASIBVS RESERVATIS.

Tùm Epiſcopis, quùm Regularibus Prælatis:

AB HOMOBONO DE BONIS CREMONENSI,

Clerico Regulari S. Pauli, & in Metropolitana Eccl. Bonon Pœnitentiario conſcripti.

Quidquid tàm ad Theoricam, quàm ad Praxim ſpectat, compendiaria methodo, & aphoriſtico ſtylo elucidantes.

In quibus rectè viuendi, chriſtiani, eccleſiaſtici religioſique officij explendi, vera, ac expedita ratio traditur.

Cum rerum piè geſtarum dictorumq. cuiuſcunque generis memorabilium probata narratione.

Nunc multis in hac impreſſione additamentis aucti, ac locupletati.

Ad Illuſtriſsimum, ac Reuerendiſsimum D.

D. ANTONIVM ALBERGATVM

Vigil. Epiſcopum, & Bonon. Suffraganeum.



BONONIÆ, Typis Nicolai Tebaldini. 1628. *Superiorum Permiſſu.*

Impenſis Euangeliſtæ Ducij.



ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D.

D. ANTONIO ALBERGATO

VIGILIEN. EPISCOPO,

BONON. SVFFRAGANEO.

CASVS, quos Eccleſiarum Antiſtites ſibi auocare ſolét, ita ſunt animarum Curionibus neceſſarij, vt pœnitentium culpas ritè vix audire queant, niſi eorum notitiam, ſimul, & ſcientiam callere dignoſcantur. Plurimi præ manibus habentur codices, qui præclarè quidem hanc examinant materiem; at ſi quis eos cum D. Homoboni volumine comparare voluerit, omnes deinceps clauſos à limine tantùm, hunc autẽ ſemper apertũ intra penates ſaluere iubebit. Facilitatẽ in explicando, breuitatem dicendi, germanam rerum interpretationem, & diffinitiuam moralium quæſtionum ſententiam, nullibi melius, quàm in hoc tractatu reperiri vna doctorum virorum eſt opinio, eadem reſonat vox. Idem fatebere, Illuſtriſs. Proepiſcope, ſi quando à negotijs vacare, & huic lectioni oculos imponere licebit. Ingenuum ſacerdotẽ quotidie audis ſatis ita omnibus facientem, vt eius oracula

cum cæteris ſummopere admireris. Scriptorem æquum erat agnoſceres ita luculentum, & doctum, vt, qui ab vniuerſis legatur, peruoluaturq. cenſeas dignum. Teſtem alium præter prudentiam tuam adhibere nolo, quę in re qualibet tàm eſt perſpicax, quàm ſincera iugiter apparuit. Eadem enim Romæ in vtraque ſignatura perſpecta fuit; Mediolani in Vicarij munere clara effulſit. Vigilijs paterna paſtoralique vigilantia, & charitate celebratur. In Germania profligandorum falſi Euangelij miniſtrorum auctrix excelluit. Apud Luſitanos adeò veneratur, vt non modò virum clariſſimis natalibus ortum, doctorem bene de ſcientijs omnibus meritum, Præſulemque priſcis ſupparem prædicent; ſed cælitus Angelum Bononiæ demiſſum, qui tùm Pontifici Maximo inſeruire, tùm populis ſummum probitatis exemplum præbere valeret. Tibi igitur, Epiſcoporum optime, qui licet Eccleſiaſticis Officijs addictus eſſes, libere tamen Eccleſia Vigilienſi te abdicaſti, vt Deo, animæq. innumeris laboribus perfunctus, placide viuere poſſes, Tibi inquã, cuius liberalitatem, pietatem, integritatemque ſentiunt, extollunt, ſuſpiciunt cuncti, ego, qui viam mihi ad tantùm Præſidem ſternere cupio, D. Homoboni lucubrationes, velut obſeruantiæ meæ præcurſorem, deſtino, quippe qui propria carens voce, alienis, & grandibus vtor verbis, quibus te mihi Patronum, & in patria Patrem inuocem, cuius inclitæ Ciuitatis ſpirituales habenas regens, me quoq. eiuſdem filiũ, & tuæ Amplitudinis deuotum, nõ aſpernabere. Vale. Bonon. 9. Iulij 1628.

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D. T.

Deditiſs. Seruus

Euangeliſta Dutius.

ELENCHVS OPERIS.

PRIMAE PARTIS CAPITA.

De multiplici ſignificatione huius verbi caſus. Et de eius diffinitione ac ſubinde de cauſa finali reſeruationis caſuum. Cap. 1. pag. 1

De cauſa efficienti reſeruationis caſuum, vbi agitur de perſonis, quæ tùm de iure, tùm de conſuetudine caſus reſeruare poſſunt. Cap. 2. 27

De cauſa materiali caſuum reſeruatorum, vbi traditur quænam peccata reſeruationi ſubijci debeant. Et qui nam ſint caſus, qui tùm Epiſcopis tùm Prælatis religionum ex vſu reſeruari ſolent. Cap. 3. 41

De cauſa formali reſeruationis caſuum, vbi breuiter expenditur formula, & regula quam Prælati tàm ſæculares, quàm regulares, in reſtringendis caſibus obſeruare debent. Cap. 4. 56

De abſolutione caſuum reſeruatorum, & de modo, quo quis tàm iure ordinario quam delegato, tàm directè, quàm indirectè à caſibus reſeruatis abſoluitur Cap. 5 72

De forma, & ratione adhibenda in abſoluendis caſibus reſeruatis. Et quid in vſu & praxi, tùm in ſacramentali iudicio, tùm etiam extra obſeruandum ſit. Cap. 6. [illegible]4

De formulis adhibendis in cenſurarũ abſolutione, irregularitatum, votorum, aliorumque impedimentorum diſpenſatione, &c. Et quid quo ad theoricam & praxim in his obſeruandum ſit. Cap. 7 121

De ſeptem aſtubus, & catenis quibus Lacedæmon fidelium mentes innectere ſolet, vt in peccata grauia, & caſus reſeruatos prolabantur, & de remedijs & antidotis, quæ aduerſus ea Superior, vel Pœnitentiarius adhibere debet. Cap. 8. 143

De remedijs & varijs pœnitentijs quæ contra peccata mortalia, & caſus reſeruatos pro ægri pænitentis ſalute comparanda, & conſeruanda à Pœnitentiario in genere adhibenda ſunt. Cap. 9. 162

SECVNDÆ PARTIS CAPITA.

De primo caſu reſeruato in Archiepiſcopatu Bononienſi, qui eſt blaſphemia atrox in Deum, ſacratiſſimam Virginem, & Sanctos ex conſuetudine prolata. Cap. 1. 218

De ſecundo caſu reſeruato qui eſt adoratio Dæmonis, & inuocatio eius expreſſa: Item maleficium, necnon qualibet alia ſuperſtitio, quæ ſit cum abuſu Sacramentorum, vel ſacramentalium Cap. 2. 249

De tertio caſu reſeruato, qui eſt homicidium voluntarium, non ſolum quò ad committentes, ſed etiam quò ad mandantes, vel auxilium, ſeu fauorem præſtantes effectu ſecuto. Cap. 3. 278

eſt

De quarto caſu reſeruato, qui plures ſub ſe ſpecies luxuriæ continet, & eſt inceſtus in primo, vel ſecundo gradu cōſanguinitatis, & in primo affinitatis. Copula carnalis cum cognata ſpirituali Quacunque copula carnalis etiam tantum attentata cum filia ſpirituali vel cum parochiana. Stuprum virginum etiam cum promiſſione matrimonij Sodomia etiam cum fœminis, ac beſtialitas. Et hæc omnia quæ quarto hoc numero continentur, quò ad maſculos tantum poſt pubertatem. Cap. 4. 307

De quinto caſu reſeruato, qui eſt obſcænitates, aliaue grauia crimina cū monialibus ſeu alijs fœminis quomodolibet commiſſa, vel tentata, necnon verba obſcæna. Acceſſus virorum ad monaſteria monialium ſine licentia in ſcriptis, vel cum licentia ſubreptitia, vel obreptitia. Cap. 5. 366

De ſexto caſu reſeruato, qui eſt lenocinium in proprias filias, vxores ac ſorores Cap 6. 387

De ſeptimo & vltimo caſu, qui eſt ſolutio Quadrageſimæ ſine licentia in ſcriptis necnon doloſa fides, ſeu doloſa licentia ſoluendi Quadrageſimam per medicos, vel alios Deputatos facta ſeu conceſſa. Cap. 7. 402

TERTIÆ PARTIS CAPITA

De caſibus reſeruatis Prælatis regularibus, vbi primum agitur de ſtatu religioſorum in cōmuni, & de præambulis ad hanc materiā. Cap. 1. 419

De primo caſu in Pontificio Decreto poſito qui eſt veneficia incantationes, & ſortilegia. Et de ſecundo, qui eſt apoſtaſia à religione, ſeu habitu dimiſſo ſeu retento, quando eò peruenerit vt extra ſepta monaſterij ſeu conuentus fiat egreſſio. De tertio, qui eſt nocturna & furtiua è monaſterio ſeu conuentu egreſſio, etiā non aīo apoſtandi facta. Cap. 2 435

De quarto caſu, qui eſt proprietas contra votum paupertatis, quæ ſit peccatum mortale. Cap. 3. 470

De quinto caſu, qui eſt iuramentum falſum in iudicio regulari ſeu legitimo. Et ſexto, qui eſt procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad abortum faciēdum poſt animatum fœtum, etiam effectu non ſequuto. Cap. 5. 499

De ſeptimo caſu, qui eſt falſificatio manus, aut ſigilli officialium monaſterij, aut conuentus. Et de octauo qui eſt furtum de rebus monaſterij in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale. Cap. 5. 527

De nono caſu qui eſt lapſus carnis voluntarius opere conſummatus. Cap. 6. 539

De decimo caſu, qui eſt occiſio, aut vulneratio, ſeu grauis percuſſio cuiuſq. perſonæ. Et de vndecimo & vltimo, qui eſt malitioſum impedimentū, aut retardatio, aut apertio litterarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores. Cap. 7. 561

Elenchi Finis.

D. Hieronymus Boerius Congreg. Cler. Regul. S. Pauli Præpoſitus generalis.

CVm Commentarios de Caſib. reſeruatis, tùm Epiſcopis, tùm Regularibus Prælatis P. D. Homoboni de Bonis Congreg. noſtræ duo eiuſdem Congregat. docti viri, quibus id commiſimus, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint: facultatem concedimus, vt typis mandẽtur, ſi ijs, ad quos pertinet, viſum fuerit. Dat. Mediolan. in Colleg. noſtro SS. Apoſtolorum Pauli, & Barnabæ, die 20. Maij 1617.

EGo Io. Bapt. Poſſentius Sacrorum Decretorum Doctor, & Eccleſiæ Parochialis S. Antonini Rector, & in Eccleſia Colleg. S. Mariæ Maiori Canonicus, ex præſcripto Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domini mei Cardinalis Ludouiſij Archiepiſcopi Bononiæ, & Principis, vidi, & perlegi hos Comment. de caſibus reſeruatis tum Epiſcopis, tùm Regularibus Prælatis ab Admod. Reu. D. Homobono de Bonis Cremonenſi Clerico Regulari S. Pauli, & in Eccleſia Metropolitana, Bonon. Pœnitentiario conſcriptos, in quibus nihil, aut fidei catholicæ contrarium, aut bonis moribus diſſonum reperi, quin potius typis digniſſimos iudico; in lucem enim editos plurimũ vtilitatis certò ſcio allaturos, tùm eis, qui confeſſionibus excipiendis operam dãt, tum omnibus, qui curam gerunt aliorum; & etiam omnibus Chriſti fidelibus, cum ij Commentarii pauciloqui, ſed editi, & laudati artificis inſtar, paucis multa comprehendant, multa vtilia adiumenta breui manu tradãt ad animas excolendas, vitamque rectè inſtituendam. Nam Apollinis oraculum aſſeruit ex cunctis Philoſophorum ſectis Socratem potiora, ac meliora dixiſſe eo quod moralia documenta literis conſignauerit; vt propterea Eſchilus poeta ſcite dixerit, Qui fructuoſa, non qui multa ſcit ſapit.

Com-

COmmentarios iſtos, inſcriptos De Caſibus reſeruatis, tùm Epiſcopis, tum Regularibus Prælatis D. Homoboni de Bonis Clerici Regul. S. Pauli, & in Metropolitana Bonon. Eccleſia Pœnitentiariis, laconico ſcriptos ſtylo, ſed omni numero expletos; doctos, ſed, & elegantes, graues, ſed & perutiles, tùm ſingulis confeſſariis, qui, ad audiendas ſacramentales confeſſiones ſunt deſtinati, maximè vero, qui Pœnitentiarij munus ſuſtentant, tùm cæteris omnibus, qui bono ſuæ conſcientiæ diſcutiendæ, & animæ ſaluti conſulendæ ſtudent. Ego Fr. Hieronymus Onuphrius Romanus ex Congreg. Feſſulana Doctor publicus, ac Collegiatus, & Sanctiſs. Inquiſitionis conſultor, necnon pro Reuerendiſs. P. M. Paulo de Garef Inq. Bonon. reuiſor deputatus, ſummo ſtudio, atque animi oblectamento vidi, legi, animaduerti ita vt typis mandari poſſe cenſuerim, & vt quamprimum mandarentur ſtuduerim.

Imprimantur

Idem qui ſupra Fr. Hieronymus, &c.

PARS

PARS PRIMA

De multiplici ſignificatione huius verbi caſus, & de eius diffinitione, ac ſubinde de cauſa finali reſeruationis caſuum. Cap. I.

ACTVRVS de caſibus reſeruatis, prius ab eiuſdem caſus notione exordiendū duxi: nemo enim rem melius noſſe videtur, quàm ille, qui quid ea ſit, breuiter, apte, & aperte explicare poſſit. Vnde & Cicero in libris *de officÿs* admonet, diſputationem à diffinitione proficiſci debere, ut intelligatur quid ſit id de quo diſputatur.

Quid ſit caſus, & quotupliciter accipiatur.

QVia vero duplex eſt diffinitio, alia quid nominis, quæ circa uocabuli alluſionē uerſatur, alia quid rei, quæ rei ipſius per vocabulum ſignificatæ notitiam continet. *Alciat. lib. 4. Parerg. iur. c.* 21. quod reſpicit nominis notionem, prius inueſtigandum eſt. Dico ergo caſum à cadendo deſcendere, & proprie ruinam ſignificare, iuxta illud Poeticum,

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,
Et ſubito caſu, quæ valuere, ruunt.

Per translationem vero miſeriam deſignat, per quam quis à feliciori ſtatu cadit, quod eſt maximum infortunii genus, in quo ſenſu ille apud Virgilium ait;

Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros, &c.

A naturalibus Philoſophis pro inopinato euentu accipitur. In quā ſignificatione Iureconſulti aſſerunt, caſum fortuitum eſſe illum, quē nullum humanum conſilium præuidere poteſt. *Sebaſt. Med. in tr. de de caſ. fort. p. 1. q. 12. Dec. & Cagnol. in l. cōtractus. ff. de reg. iur. Me-*

moch.cõſ.835.vt ſcripſimus in 2.part.de Exam.Eccleſ.tr.9.c.19. Quo ſpectat illud etiam Naſonis.

Non minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri,
Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.

Item ſecundùm Grammaticos, caſus dicuntur vocabulorum formæ, quibus in aliam atque aliam effigiem cadunt.

A noſtratibus & Doctorib. ſæpe caſus ſumitur pro propoſita facti ſpecie *l.15.C.de tranſact.* Et etiã quidquid extra legũ normam, vel communem regulam fit, caſus dici ſolet; vt verbigratia, omnes clerici beneficiarii de iure reſidere tenentur. *cap. relatum, & cap. cõquerente. tit. de cler. non reſid.* nihilominus vt ibi Doctores notant, dantur multi caſus, in quibus non reſidentes pro reſidentib. habentur. vt tradidi *in 3.p.de Exam. Eccl.tr.1.c.2.q.11.& c.4.q.9.* & alibi.

Secundum etiam morales Sapientes, pro illo capitur euentu, per quem quis à regula prudentię deflectit. Hinc illud vulgatum,

Non de ponte cadit, qui cum prudentia vadit.

Eſt enim prudentia virtus, quæ quid expetendum quid fugiendum homini oſtendit *D. Thomas 22.q.47.art. 6. prout etiam dixi in 1.par.de Exam. & Philoſophia Chriſt. part. 3.c.5.quæſt. 50.*

Tandẽ quatenus ad mores pertinet, caſus dupliciter accipi ſolet.

Primo generaliter ad ſignificandum omnem quæſtionem, quæ circa morales actiones incidit, ſiue ad contractus, vel quaſi contractus, ſiue ad delicta, vel quaſi delicta, cenſuras, iuramenta, vota, & alia huiuſmodi pertineat. *Sayr.l.1.cla.reg.c.1.Molf.tr.7.c.17.*

Secundo magis particulariter, & proprie ad oſtendendum peccatum, quo quis à tramite virtutis recedit: cum ſcilicet à diuina gratia lethaliter delinquendo, vel à charitatis feruore venialiter peccando decidit, ſecundum illud proloquium: Septies in die cadit iuſtus. *c.ſepties.de pænit.diſt.3.*

Et ſic quod ad rem noſtram ſpectat, Caſus dicitur peccatum mortale, cuius abſolutionem, epiſcopalem, vel quaſi iuriſdictionem habens, ſibi reſeruat, quò Chriſti fideles à grauioribus culpis ſe abſtinentes in Chriſtiano officio contineantur. *Vgol. de officio epiſcopi par.2.3 7.* & alij communiter.

Operis diuiſio, ordo, & diſpoſitio.

QVo circa totam hanc brèuem tractationem in tres partes diui dendam duximus, prout in prima vniuerſalis doctrina tradi tur, quæ ad cognoſcendum hoc argumentum caſuum reſeruatorũ neceſſaria eſt.

In ſecunda ſubiecta materia ponitur, circa quam caſus epiſcopis præſertim Archiepiſcopo Bonon. reſeruati, in particularibus actionibus verſantur.

In tertia parte theorice, & practice illi caſus explicantur, qui regularibus Prælatis reſeruari ſolent.

Quatuor cauſæ in reſeruatione caſuum conſiderandæ.

ET primo hanc poſitionem ſtatuo, in caſuum reſeruatione, omnes illas generales cauſas conſiderandas eſſe, quæ ad perfectionem humanarum actionum requiruntur; quæ sũt, cauſa finalis, efficiens, materialis, & formalis. *Bald. in l. dictam C. de condict. ob turpem cauſam. Abb. in præmio Decret.* Hector *Felicius in tract. de ſociet. cap. 2.*

Poteſtatem reſeruandi caſus in eccleſia extare authoritate, ratione, & vſu comprobatur.

ET quoad primam cauſam, ſuppono de fide diffinitũ, extare in Dei Eccleſia poteſtatem reſeruandi aliqua peccata, etiam quoad forum interius, non tantum ſummo Paſtori Romano Pontifici (de quo hic non agimus) ſed etiam inferioribus Prælatis, Epiſcopali, vel quaſi iuriſdictione potientibus, quod tùm authoritate, tùm ratione, & vſu probari poteſt. Primo *ex cap. latorem 33. q. 2.* vbi quidam matricida à Ratholdo Argentoratenſis Eccleſiæ Epiſcopo, ad Pontificem Nicolaum, vt ab ipſo abſolueretur, miſſus eſt, *& in cap. vltimo 26. quæſt. 6.* habetur, vt presbyter pœnitentem alicuius grauis criminis reum inconſulto Epiſcopo non abſoluat. Patet etiam ex multis alijs Iuris Canonici locis, in quibus expreſſior fit mentio

caſuum reſeruatorum, ut in *c. ſi Epiſcopus de pænit. & remiſſ. lib. 6. Extrauag. Etſi dñici tit. de pænit. & remiſ. Extrauag. inter cũctas. tit. de priuileg. clem. 1. eod. tit.* Atque id apertè diffiniuit. *Concil. Trid. ſeſſ. 14 de ſacramento pænit. c. 7.*

Et perpetuo vſu in Chriſtiana republica hoc cuſtoditum eſt, & obſeruatum, ita ut hic illud Iuriſtarum axioma locum habeat.

Antiquitatis vis.

Fideliſſimæ vetuſtatis mos retinendus eſt: quia pro magno teſte vetuſtas creditur. *l. more, ff. de iuriſd. omnium iud. l. teſtamentũ. C. de teſtã.* Et quod excellit antiquitate, venerationem habet, *D. Baſil. orat. 1. de ieiunio.* Et illa Phauorini Philoſophi ſententia: Viue moribus præteritis, loquere verbis præſentib. *Aul. Gel. lib. 1. Noct. Att. c. 10.* Hinc & Iſocrates ad Nicoclem Regem ſcribens: In his, inquit, quæ ad Deorum cultum pertinent, ita facito, quemadmodum eſt à maioribus præceptum. Et Salomon. *Eccl.* 18. Non te prætereat narratio ſeniorum; Ipſi enim didicerunt à patribus ſuis, &c. Iuxta illud, Eum auſculta, cui quatuor ſunt aures, & ſenes canes non temere latrant quo ſignificatur eos audiendos eſſe, qui diuturno rerum vſu in humanis actionibus experientiam, ac prudentiam adepti ſunt.

Quò etiam ſpectat illud Sedulii pii Poetæ:

Indicio eſt antiqua fides, & cana priorum
Teſtis origo patrum, nulliſq; abolenda per æuum
Temporibus. De quo vſu caſus reſeruandi teſtantur poſſim, cõiter Theologi, præſertim *D. Th. in 4 ſent. d. 18. q. 2. art. 2. D. Ant. par. 3. tit. 17. c. 11. Sot. in 4. d 18. ar. 5. q. 2. Suarez. tom. 4. diſput. 29. ſect. 1. Val. tom 4. diſp. 7. quæſt. 10 p. 2. Henriq. in Theolog. moral. lib. 3. c. 14. Reginal. in praxi fori pænit. p. 1. lib. 1. c. 11. Roderiq. in qq. reg. tom. 1. q. 21. Miranda. de Prælat. regul. tom. 2. q. 34. Molfes. tr. 7. c. 17. Alterius de cenſur. tom. 1. lib. 4. diſp. 3. c. 1. Fagun. p. 2. l. 8. c. 1.* & alii innumeri.

Duplex etiam finalis ad hoc probandum afferri poteſt ratio præcipua.

Cauſa

Cauſa finalis reſeruationis caſuum.

PRimo, vt grauiora delicta grauiori etiam iudicio ſubdantur. Sic enim & periculoſiores morbi peritioribus medicis reſeruari ſolent, ſicut olim in Eccleſia quidquid graue erat, Epiſcoporum iudicio deferebatur. *Pet. Sot. de miniſt. confeſſ. lect.* 5. Vnde eſt illud D. Anton. pronunciatũ, Vbi fuerit graue delictum, Superioris iudicium requirendum eſt 3. *p. tit.* 17. *c.* 11. Et ſcimus Moyſen olim viros ſapiẽtes, & timentes Deum elegiſſe, qui populum in minoribus cauſis iudicarent, difficiliores verò ad ſe referrent. vt habetur *Exod. cap.* 18. Hac namque ratione fit, vt paſtor gregis ſui vultum agnoſcat, & opẽ ægris ouibus ferat, & vt ſi quiſpiam in aliquod graue crimen (vt eſt humanæ naturæ infirmitas) prolabatur, per maiores Iudices velut ſapientiores, & magis expertos medicos promptius, certius, & efficacius remedium pro communi bono adhibeatur; cum hic locum habeat illud. *Deuteron. c.* 25. Pro menſura peccati erit & plagarũ modus. Et ille Hippocratis Aphoriſmus: Extremis morbis extrema, & exquiſita remedia ſunt adhibenda.

Secunda ratio.

CVi ſecunda accedit ratio, quòd fideles à grauioribus criminibus perpetrandis deterrentur, & hoc fræno in Chriſtiano officio ſe continẽt, cum metuant ſubire examen Epiſcoporum, regularium Antiſtitum, & aliorum grauiorum Iudicum, quos ſciunt, nõ niſi maturo iudicio, illorum crimina expenſuros, & non niſi reſciſſis occaſionibus, condignaque indicta pœna, beneficium abſolutionis impenſuros.

Mali cur puniendi.

SApienter admodum vt ſolet Ariſt. *in fine libri vltimi Ethicor.* inquit, Multitudo neceſſitati potius quàm rationi: & pœnis, quàm honeſtati paret: idcircò aduerſus inobedientes, & hebetiores ingenio, caſtigationes, pœnaſq. inſtituere oportet, eos vero qui curari, &

emen-

emendari nequeunt, extrudere, & exterminare. Quamuis enim clementia, & manſuetudo Principi conueniant, ita vt ille dixerit: Querendæ ſunt ignoſcẽdi cauſæ, & non puniendi occaſiones: illa tamẽ contemnitur, niſi pro loco, & tempore, ei ſeueritas miſceatur. Se enim habere debet inſtar mali punici, in quo grana dulcia, & & acria reperiuntur; & ad modum apis, quæ populorum moderationis ſymbolum eſt, vt ſcilicet ſeueritatis aculeum cum clementia, & mellificationis inſtrumento coniunctum habeat.

Atq. *Plato in 2. lib. de repub.* mãſuetum ſimul, & iracundũ ingeniũ in ciuitatis cuſtode reqrit inſtar generoſi canis, qui aduerſus familiares, & notos mitis ſit, contra vero aduerſus ignotos. *Cou. L. 2. var. reſol. c. 9. Tuſch. in v. facilitas concl. 9. Clarus in § fin. q. 53. nu. 7. 10. Chochin. in Polit. l. 2. c. 12. Pind. in Iob. c. 29. verſ.* 17 Et idẽ *Plat. l. 12. de legib.* Pœnis maligni vexantur, vt & ipſi & qui puniri iniquitates viderunt, iniuſtitias oderint, aut ſaltem minus in ſimili vitio peccent. Et Demoſthenes *in oratione contra Ariſtogitonem*. Duæ res ſunt, ait, propter quas omnes feruntur leges, tùm vt nequiſquã iniuſti aliquid agat, tùm vt ijs, qui ius violarunt punitis, alij meliores reddantur, *Timp. in ſpecul. Boni Magiſt. p. 2. ſigno* 1. *Lud. de Ponte de Chriſt. perfect. tract. 7. c. 12. Simanc. in cath. inſt. tit. 46. nu.* 38. *Ariſt. lib. 7.* Polit. *c.* 13.

Exemplum.

HInc etiam venerat ad Ludouicum Galliæ Regem quidam perpetrati homicidii ueniam petens, Rex facti enormitatẽ conſiderans, quodque iam tertio in illud crimẽ incidiſset impunè. Ecquid, ait, rurſus tu veniã? iam tertium homicidium eſt. Nil cunctatus qui forte tunc aderat, morio, Quid, inquit, Domine tertium? Imo primum duntaxat eſt, quod hic perpetrauit. Secundũ & tertium tuum eſt, quia ſi primum non condonaſses, reliqua non admiſiſſet. *Laur. Beyer. in apoph. Chriſt. v. punitio. Petrus Damian. l. 7. epiſt.* 10. ut infra *par. 2. c.* 3. Quò fit vt cum lenitas improbitatem alere ſoleat, Confeſſarii, & Pœnitentiarij pro criminum qualitate in enormia peccata ſæuire debeant, & ſalutares ſatisfactiones iniungere, ne ſi forte indulgentius cum pœnitentibus agant, leuiſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo alienorum

norum

norum peccatorum participes fiant. *Conc. Trid. ſeſſ. ſeſſ. 14 c. 8.*

Idem dicendum de regularibus ſuperioribus, vt. ſ contemptores regularum tranſgreſſores punire non omittant, non conniueant, nõ diſſimulent. Magnum eſt. n. animarum naufragium cum regularis diſciplina deſpicitur. *Conc. Tri. ſeſſ. 25. de regul. c. 1. S. Ephram. tom. 2. in Doct. var c. 32 Bonauent. de ſex alis c. 3.* Aliqui namq. ſuauitatis laudem, & ſubditorum gratiam paſsis velis captant, Illud *Iſa. c. 39.* in corde ſuo dicentes. Fiat tantum pax in diebus meis. *Scrib. de ſuper. relig. l. 2. c. 13.* In quod uitium Superiores ſenes diuturno regimine laſſati incidere ſolent; Sicut iuuenes Rectores in extremum rigoris. &c.

Impunitas peccandi incentiuum.

ET ſane quidem euenire ſolet, vt quod à quolibet abſolui poteſt, pro nihilo ducatur, & facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi. *cap. vt clericorum. Extra de vita, & honeſt. cleric. c. eſt iniuſta. 23. queſ* 4. Et ubi timor, ibi & pudor, deterioreſque omnes ſumus licentia, Et ex *Diui Bernar.* ſententia: Impunitas auſum parit, auſus exceſſum. Vnde & Cicero *pro Milone.* Magna eſt inquit peccandi illecebra ſpes impunitatis. Et Cato dicere ſolebat, Se malle pro collato beneficio nullam reportare gratiam, quàm pro maleficio perpetrato non dare pœnam: ſignificans, nihil eſſe periculoſius impunitate. q̃ ſemp̱ ad deteriora inuitat. *Plut. in Rom. apoph.*

E contra quidam ſapiens aiebat: Sicut ex vipera, crocodilo, cęteriſque nocentiſſimis beſtiis, medici remedia quædam aduerſus uenenorum noxam, ac morbos efficacia quærunt, ita prudens in nocẽtes animaduerſio multos à facinoribus uel arcet, vel reuocat. Nec à vero aberrat, quod ille pius uates cecinit,

Plus ſæpe nocet patientia Regis,
Quàm rigor: ille nocet paucis, hæc incitat omnes,
Dum ſe ferre ſuos ſperant impune reatus. &c.

Vnde *Antonuc. in Catech. Neap. c. 36.* vbi de neceſsitate caſus reſeruandi agit, hæc verba ſubiũgit; Quoniam uero neceſſe ſemper fuit populos in chriſtiana diſciplina cuſtodire, ad quam rem maxime facit caſuum reſeruatio, iuxta cõem doctrinam Patrum, & quidẽ conformiter ad dictum *Conc. ſeſ. 14. c. 7.* Idcirco nuper hæc caſuum reſeruatio euulgata eſt pro dirigendiſ pedib. peccatorum in uiam

pacis.

off.ord.& tradit Baron.tom.7.Annal.anno 588.

Tertio illũ uerbo,&exẽplo ædificare,& paſcere.*c. iter cætera.ext. eod.tit.D.Ant.3.par.tit.19.c.11.& de hoc dixi in tr. de ſtat.p.1.c.6.*

Contra malos Confeſſarios.

HInc intelligimus,quàm perperam agant plerique Cõfeſſarii, qui nedũ pœnitẽtib.peccatis reſeruatis obrutis,ut ad ſuperiores Iudices accedant,non ſuadent,uerum etiam ut facilius,& commodius in illis inſordeſcant,ſpe alicuius lucri temporalis allecti, facultatem abſoluendi ab Epiſcopis, Vicariis,uel Pœnitentiariis ſe petituros pollicẽtur.Sed uę,illis,qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus,& faciunt ceruicalia ſub capite uniuerſæ ætatis ad capiendas animas,ut comminatur.*Ezech.cap.*13.Quem locum explicans *D.Greg.2.p.Paſt.c.*8.ſic ait:Puluillos quippe ſub omni cubito manus ponere,eſt cadentes à ſua rectitudine animas, atque huius mundi ſe dilectione reclinantes blanda adulatione refouere, quaſi enim puluillo cubitum, uel ceruicalibus caput iacentis excipitur, cum correptionis duritia peccanti ſubtrahitur,eique mollities fauoris adhibetur,ut in errore molliter iaceat, quem nulla aſperitas cõtradictionis pulſat,&c.

Sed ut ait *D.Hier.ſuper illud Eccleſ.c.*12. Verba ſapientum quaſi ſtimuli,&c. Notandum eſt, inquit, quod dicuntur uerba ſapientũ pungere,non palpare:nec molli manu attrahere lachrymam;ſed errantib. tardis pœnitentiæ dolores,& uulnus infigere; ſi cuius ergo ſermo non pungit,ſed oblectationem facit audientibus, iſte ſermo non eſt ſapiens. Et ut cicada oleo reſperſa moritur, aceto perfuſa reuiuiſcit:ſic multos occidit adulatio, quos iuſta ſanat reprehenſio.*Stapl.in Domin.*22 *poſt Pent.* Et ut ait *Clemens Alexan. orat.ad Gent.* Curamur amaris qui dulcibus delectamur.Myrrha cum natura ſua amara ſit,à corruptione præſeruat; ita etiam prudentis Cõfeſſarii verba ſi quando veriora, & amariora ſunt à peccatorum tamen corruptione, & contagio nos cuſtodiunt.

Confeſſarius non proprium commodum,ſed Dei gloriam, & pœnitentis ſalutem quærere debet: nam ſi Dei miniſtri quæ ſua ſunt quærunt,veritas corruet.Hinc *Apoſt.ad Gal. cap.*1. Si hominibus inquit, placerem, ſeruus Dei non eſſem.

Vere dicere poſſumus ex rite adminiſtrato Confeſſariorum mu

nere totius chriſtianæ religionis ſalutem dependere. vt alibi etiam aduertimus.

Inſigne Pij V. dictum, & monitum.

SIc.n.& fel.ac ſanctiſſimæ mem. Pius V. repetere ſolebat. Dētur mihi idonei Confeſſarij doctrina, & animarū zelo pollentes, & ecce omnium Chriſti fidelium plena reformatio. Admonentur itā ſacramenti pœnitentiæ miniſtri, ut apud uiros potius, quam mulieres operam ſuam collocēt; tutius enim agent, & ijs Ducibus domeſtica diſciplina magis creſcet. Et ſi in ciuitate Optimates ſint, ſpiritualis profectus in republica augebitur, alij enim inferiores illorū exemplo ad ſacramentorum frequentiam incitabuntur, &c. *Vict. in notis ad Tol. l.* 1. *c.* 2. M*olfeſ. tr.* 7. *c.* 22. *nu.* 29.

Proinde Confeſſarius ad conſequendam bonitatem ſibi ad ſuū munus obeundum neceſſariam non tam ſtudio, vt ad conſequendā ſcientiam opus eſt, quàm affectuum mortificatione, præſertim carnalium, qui præ cæteris in eo ſunt abominabiles, qui tam diuinum, tamque ſalutare, & excelſum munus non Angelis, imò nec Beatiſſimę V. M. conceſſum, tanquam Chriſti cooperator exequitur. *c. nou.* vbi DD. *ext. de pœnit. & remiſſ.*

Confeſſarius cur voto caſtitatis aſtringantur.

PRopterea iure optimo Eccleſia conſtituit, vt Sacerdotes voto caſtitatis obſtringerent, non ſolū ob ſummam, quam primū eorum officium offerendi. ſ. ſacroſanctum ſacrificium exigit: ſed etiam ob ſecundū munus, nempe audiendi confeſſiones, & dandi operā, vt alij purificentur, iuxta illud *D. Diony. c.* 3. *de Cæleſti Hierarchia.* Purgatores oportet magnitudinē purgationis alijs tradere propria caſtitate. Qui autem adeo ſunt debiles, & lubrici, vt hoc votum non cuſtodiant, apti nō ſunt ut ſacramenti Pœnitentiæ miniſtri fiant, nec ob ſuarum conſcientiarum ſecuritatem, neq. propter pœnitentiū bonū, ſi eſſent fœminæ. Cū quib. Cōfeſſarii cauti eſſe dnt. ita vt nec verbo, nec opere, aut motu vllam leuitatem oſtēdant, & multo minus ſolicitatione, quæ grauiſſimū ſacrilegiū foret.

Circa quam auertendam multæ Pontificiæ, & Epiſcopales ma-

manus inſudarunt. Et nouiſſime per Gregor. XV. in Conſtitut. Incip. *Vniverſi gregis*, innouantur, & extenduntur omnes pœne imminentes Confeſſariis pœnitentes ad turpia ſollicitantibus ut ſcripſimus *in 3.p. de exam.* Eccl.c.3.q.13.

Itemque conſcientiæ repurgatione, vitiorum expugnatione, uirtutumque exercitio, maxime autem à pecuniarium excæcante cupiditate alienum eum eſſe oportet, illud *Matth.c.*56. ponderando; Quid prodeſt homini, ſi uniuerſum mundum lucretur, animæ uero ſuæ detrimentum patiatur? Tum etiam ab illa perſonarũ acceptione, qua nonnullis tantum deferatur, vt cum illis non agatur ea, qua par eſt, libertate, nec ſeruato quantum neceſſe eſt iudicii rigore, quod boni Iudicis officio repugnat, iuxta illud *Eccl. c.7.* Noli quærere fieri iudex, niſi ualeas irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in ęquitate tua, *Petrus Sotus de miniſtro confeſſ. lec.*6. *Reginald.p.*1.*c.*14 *num.*160. *Pineda in Iob c.*29.*verſ.*17.

Boni Confeſſarii qualitates.

HInc *Concil. Colon. capit.* 33. Magnopere, inquit, neceſſarium iudicamus, vt Sacerdos quia confeſſionibus eſt, ſit integer, eruditus, ac ſilentii tenax, alioqui ſi ad quæſtum intentus ſit, ſi ad malum ſollicitet, ſi curioſior explorator ſit, ſi pertinacibus blandiatur, ſi intricatam conſcientiam extricare neſciat, ſi denique uel ebrioſus, uel iracundus, uel leuis, ſecreti minime tenax diſſipandis magis, quam paſcendis ouibus uidebitur idoneus, &c.

Monita quò ad Epiſcopos, & Examinatores.

PRælati ergo, & Examinatores omnem curam, & diligentiam adhibeant, vt ad hoc graue munus, animarum ſaluti, & Chriſtianę reipublicæ ita neceſſarium non admittant niſi eos, qui moribus, & ſcięntia idonei, & conſpicui fuerint, memores diuini iudicii in quo de animarum periculo rationem reddituri ſunt, quæ Cõfeſſariorum culpa æternam damnationem ſubiciunt. *arg. ſi c. hęs.* 24.q.3. *Ant. Genuen. in Man. Paſt c.*62. *Arg. Floron. de caſ. reſer p.* 1.*c.*4.§.16. Vbi poſtquam dixit Parochum non poſſe delegare, & facultatem audiendi confeſſiones ſuarum ouium, niſi approbato ab Ordinario dare, ſubdit, Poterit ergo ſolũ, ut rite hæc delegatio fiat, hãc licentiam approbato ab Epo ſuo, vel reputato idoneo, per col-

lationem parochialis beneficii concedere,& poterit talem approbatum per aliquod tempus abſque Superioris licentia in adiutorium aſſumere, ut in tempore Quadrageſimę pro audiendis confeſſionibus; ad adminiſtrandum Euchariſtiæ ſacramentum tempore Paſchatis. Hancque eãdem facultatem Curati Vicarius impertire ualet. Vt autem hoc recte fiat animaduertat ut ſit idoneus quò ad ſcientiam, prudentiam, & probitatem huic muneri obeundo neceſſariam. hæc ille. conſentit *Regius in reſpon. caſ. conſc caſu.* 61.

Confeſſarius an ſenex potius quàm iuuenis ſit eligendus.

IDeo ſenex potius, quam iuuenis eligendus eſt, nam complura mala, ac damna à iuuenibus animarum Rectorib. prodeunt, quæ recenſet. *Petrus Toloſan. lib.* 47. *ſyntag. iuris c.* 9.

Quamuis enim eorum prudentia, ac probitas quandoque ſenum peritiam ac bonitatem vincat, eorum tamẽ exempla veluti raro contingentia non ſunt ſequenda. *Campan. in diuerſ. iur. canon. Rubr.* 12. *capit.* 13. *num.* 127. *Pineda in Iob. capit.* 12. Prout etiam ſcripſimus *par.* 1. *de Exa. Eccleſ. trac.* 1. *cap.* 2. *q.* 9. *& tr.* 5. *c.* 7. *q.* 44. Idque exemplo D. Caroli qui & ſi doctus & ſanctus eſſet, nihilominus Cõfeſſarium conſcientiæ ſuę directorem pium, eruditum, ſenẽ, ac in ſpirituali uita uerſatum eligere uoluit, ut in eius uita legitur. *Coriol. par.* 1. *ſect.* 3. *concl.* 8.

Fundamentum reſeruationis caſuum.

POrrò fundamentum reſeruationis caſuum in iuriſdictione, & poteſtate conſiſtere exploratum eſt. Quandoquidem ſicut Superior poteſt aliquem de populo ſubtrahere, ne inferioris foro ſubdatur, ſic etiam poteſt aliquod peccatum auferre, ſuper quod inferior Confeſſarius nullam poteſtatem habeat, à quo ſi abſoluere attentet, nihil agat, & mortali culpa ſe obſtringat. Et ſi enim omnis Sacerdos vbi Presbyteratus character ei impreſſus eſt, à Deo poteſtatem accipiat, tùm Chriſti corpus conficiendi, tùm à peccatis abſoluendi. *c adiicimus.* 16 *q.* 1. *Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *de refor. c.* 15. Et tradit *Nau. cap.* 27. *num.* 259. *Piaſecius in Praxi Epiſc. part.* 2. *c.* 1. *Fagund. p.* 2. *l.* 8. *c.* 1. per hanc tamen reſeruationem ab Epiſcopo, vel

alio

alio Prælato factam poteſtas hæc impeditur, limitatur, & coarctatur, tàm ad peccata nõ reſeruata, niſi ſit ab Ordinario approbatus, quo caſu hic Bononiæ excõicationis pœna infligitur, quàm ad caſus reſeruatos, idque ob rationes, quas paulo ante reddidimus.

Per reſeruationem caſuum inferiorum Confeſſariorum poteſtas impeditur.

QVare in his caſibus reſeruatis inferiores Confeſſarij nihil poſſunt; idque meritò, ſi quidem ad abſolutionẽ tradendam iuriſdictio, vel ordinaria, vel delegata requiritur; quæ per ipſam reſeruationem tollitur. *Concilium Triden. ſeſſione* 14. *de pœnit. cap.* 7. Et ex communi tàm Philoſophorum, quàm Iureconſultorum proloquio: Duo ſunt, quibus omnis humanorum actuum conſtat effectus, voluntas ſcilicet, & poteſtas, quorum alterum ſi deſit, nihil eſt, quod explicari queat. *Boet. libro quarto de conſolat. philoſophia, proſa ſecunda. Doctores in cap. cum ſuper eo. ext. de officio delegati.*

Authoritas quomodo detur.

(VBi hic obiter annotandum, quod licet aliqui ſenſerint, Superiorem ſiue ecleſiaſticum, ſiue regularem alicui omnem ſuam facultatem ad audiendas confeſſiones concedentem, non videri ſuper caſus reſeruatos authoritatim impertire, vt inter alios *Nau. in Man. c.* 27. *num.* 261. communi tamen praxi receptum eſt, vt quando Epiſcopus, vel Gñalis Præfectus, ſiue Prouincialis Confeſſario omnẽ ſuam authoritatem concedit, poteſtas à caſibus reſeruatis abſoluẽdi data cẽſeatur. *Coriol. p.* 1. *ſect.* 2. *ar.* 9. Imo ad cenſuras etiam extendi aſſerit. *Zerul. in Praxi pœnit. c.* 24. *q.* 19.)

Quæ ſupra firmata aſſertio, nempe quò ad caſuum reſeruationẽ adeo vera eſt, vt ſacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium, qui Decretis ſacri Concilij Tridentini interpretandis præficiuntur, cenſuerit, per quodcunque priuilegium regularibus conceſſum, non intelligi tributam eſſe eis facultatem abſoluendi à caſibus, quos locorum Ordinarii ſibi reſeruarunt. *Nauarrus cap.* 27. *nu.* 259. *Tolet. lib.* 3. *tio cap.* 15. *Graſſius libro* 1. *deciſ. aur. c.* 13. *n.* 57. *Vinald. in Cand. aur. de abſolutione num.* 53. Quinimo per De-

cretum

cretum Clementis Octaui incipiens, *Sacra Congregatio*, confirmatu.n nunc à Sanctiſſimo Paulo Quinto per aliud Decretum, vt inferius dicam: Quiſquis ſiue ſecularis, ſiue regularis ſacerdos ſine conceſſa facultate, a caſibus, vel etiam cenſuris excommunicationum Epiſcopo reſeruatis, abſoluere auſus fuerit, glad o excommunicationis ſummo Pontifici reſeruatæ feritur.

Moderatio decreti Clementi VIII.

SIc.n. S. Congr. in declaratione Decreti incip. *Cum aũt*, ſex caſus ab eorũ priuilegiis eximit, cum ait: Sub eiuſdẽ prohibitione illos tantum in poſterum comprehendi caſus, qui in Bulla Cœnæ Domini legi conſueta continentur, ac præterea violationis immunitatis eccleſiaſticæ in terminis Conſtitutionis Gregorii XIV. quæ incipit, *Cum alias nonnulli:* Violationis clauſurę Monialium ad malum finem. Prouocantium, & pugnantium in duello, iuxta Decretum ſacri Concilii Tridentini, & Conſtitutionem Gregorii Papæ XIII. incipientem, *Ad tollendum*. Iniicientium violentas manus in clericos, iuxta Canonem: *Si quis ſuadente Diabolo, &c*: 17. *quaſt.* 4. *S*imoniæ realis ſcienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis. Item omnes caſus, quos Ordinarii locorum ſibi reſeruarunt, vel in poſterum reſeruabunt. *Quar. in ſumma Bull. v. caſus reſeruati. Molfeſ. tract. 7. c. 18. Bonac. de cenſ. d. 1. q. 3. pun. 2.*

In quibus omnibus iam enumeratis duntaxat, & ſublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confeſſiones, eadem ſacra Congregatio vult, & mandat, dictum Decretũ in ſua firmitate, & priſtino robore permanere, ac præterea declarat eos quidem ſacerdotes tam ſæculares, quam regulares qui aliquo ex priuilegiis, indultis, ac facultatibus, in ſupradicto Decreto expreſſis fuſtulti fuerint, poſſe iuxta eorum priuilegia, indulta, & facultates uſu ante ipſum Decretum receptas, & quæ ſub aliis reuocationibus non comprehenduntur, tantum, & non aliàs, abſoluere à caſibus hac præſenti declaratione non comprehenſis, aliis vero Sacerdotibus huiuſmodi priuilegia non habentibus, nihil de nouo concedi, hæc ibi.

Quod quidem Decretũ Paulus V. Pont. Max. eius ſucceſſor, nuper confirmauit, & innouauit addita prohibitione abſoluendi à cẽſuris per Ordinarios locorum latis, &c. in alia ſua ſanctione, Incip. *Quoniam ſacra Congregatio, edita die* 7. *Ianuar. anni* 1617. *vt per Molfeſ. tr. 7. c.* 18. Ma-

Manebit ergo certa iuris concluſio, Sacerdotem, ſiue ſæcularem, ſiue regularem, qui ſine authoritate à caſibus, vel excommunicationum cenſuris, tàm Summo Pontifici, quàm Epiſcopis, etiam alterius diœceſi reſeruatis, claris, vel dubiis, præſertim, qui in Bulla Cœnæ Domini continentur, abſoluere præſumit, his pœnis affici.

Pœna abſoluenium ſine facultate à caſibus tam Papæ quam Epiſcopis reſeruatis.

PRimo ſic abſoluens culpæ mortalis, ſit reus.

Secundo abſolutio tradita nulla eſt.

Tertio excommunicatione Papæ reſeruata innodatur.

Quarto ipſo facto officiis, dignitatibus, & beneficiis, quę habet, priuatus eſt. Necnon ad quæcunque officia, Præfecturas, ac beneficia inhabilis efficitur.

Quæ pœnæ, ut dixi, tam ſæculares, quam regulares afficiunt, licet regulares abſoluentes ab aliquo caſu ſuo Prælato reſeruato, pęna excommunicationis, & priuationis officiorum, &c. quæ in hoc Decreto continentur, non puniantur. Cum, vt intuenti patet, de abſoluentibus à caſibus, vel Summo Pontifici, vel Ordinariis locorum reſeruatis loquatur. Has tamen euadit.

Qui non incidat in pœnas. Clem. VIII.

PRimo, qui caſum, a quo abſoluit, probabiliter caſum eſſe reſeruatum ignorat; vt potè quia pænitens non ſatis peccati qualitatem explicet. Cum enim Confeſſarius Iudicis perſonã ſuſtineat, ſecundum allegata, & probata iudicare debet. *l. illicitas, §. veritas. ff. de off. præſid.* Secus ſi ignoraret, vel quia non vult legere caſus reſeruatos, vel non vult interrogare pœnitentem, tunc .n. in pœnas incidit; quandoquidem in culpa lata eſt, quæ dolo æquiparatur; & in eorum numero conſtituitur, qui nolunt intelligere, vt bene agãt *l. Imperitia. vbi Dec. & Cagnol ff. de regul. iur. & in l. contractus eodẽ tit. Menoch. 5. conſ.* 1194. *num.* 17. *& ſeq.* Et clarum eſt, quemlibet ſcire debere, quod ſui officii eſt, & ad ſtatum ſuum pertinet. *D. Th.* 1. 2. *quæſt.* 76. *art.* 1. *&* 2. *& Nauar. conſil.* 10. *tit. de pænit. & remiſſ.* Et ex Senecæ ſententia in Oct.

Inertis eſt neſcire, quid ſibi liceat.

Sayrus *in claui regia l.* 2. *c.* 9. *num.* 31. vbi ait Epiſcopos, Iudices

ad-

aduocatos, tabelliones, medicos, Confeſſarios, & huiuſmodi perſonas ea ignorantes quæ ratione eorum ſtatus ſcire tenentur, mortaliter delinquere &c.

Secundo, non incidit, vbi quis probabiliter exiſtimat ſe tunc abſoluere poſſe, eſto deinceps animaduertat ſe non poſſe; vel etiam ſi bona fide, aut per obliuionem, vel inconſiderationem abſolueret, nam Decretum auſum, & præſumptionem requirit; at lex puniens præſumentem, non punit bona fide facientem. *Riccius cũ cõi in Praxi var. reſol. reſol. 19.*

Bona fidei, ignorantia, obliuio, & inconſideratio, excuſant ab excommunicatione, & à peccato mortali.

ET generaliter inconſideratio, & obliuio inculpata cum actum inuoluntarium efficiant, nedum ab excommunicatione, ſed etiam ab omni peccato ſaltem mortali excuſant. *Zabarel. in clem. 1. q. 89. de priuileg. Azor. libro 1. Inſtitut. moral. cap. 16. q. 3. & 4. Sayr. in claui reg. libro 2. cap. 2. num. 23. Vgolin in explicat. Bulla Cœnæ Domini. par. tertia, capit. tertio, numero 3. Et de officio Epiſcopi. parte 2. capit. 33. §. 2. Caiet. & Armilla. in verbo Inconſideratio. Alexan. Peregrin. in tract. de duello, q. 8. Vaſquez. 1. 2. diſput. cap. 3. Duard. l. 1. c. 2. q. 5. nu. 25. Graffius. l. 4. Deciſ. c. 9. num. 1. Sanchez. tomo ſecundo, de matr. lib. 9. diſp. 32.* & nos. *p. 1. de Exam. tr. 7. c. 33. q. 132. & tr. 11 c. 7 q. 15. tr. 15. c. 7. q. 13. reſol. 5.*

Adde non incidere eũ, q abſoluit dubitans an peccatum quod pœnitens confitetur ſit reſeruatum Ordinario; nec ne, licet a lethali noxa non excuſetur, & abſolutio inualida ſit. *Nald. in v. caſus nu. 3.* Nam quod de dubitatione in Decreto dicĩ procedit tantum in caſib. in Bulla cœnæ Dñi contentis. *Vgol l. c. & Floren. de cas. reſer. c. 5. §. 3.* vbi tamen volunt illas pœnas non euadere vbi poſtea comperit caſum eſſe reſeruatum.

Quid agere debeat confeſſarius cum à caſu reſeruato à quo non poterat abſoluit.

QVid autem agere debeat Confeſſarius cum aliquem à caſibus reſeruatis, à quib. non poterat, ſe abſoluiſſe deprehendit,

dit,& ſi in vtranque partem multa à DD. diſceptentur; eſt tamen hæc vera,& tuta reſolutio,vt Sacerdos ſi nullum ſcandalum ſecuturum timeat,pænitentem ſi præſens eſt conueniat,& petita licentiam loquendi de his,quæ in præterita confeſſione audiuit, de admiſſo errore veritatem doceat; vt proinde ipſe pænitens ad Pœnitentiarios accedat,aut Cõfeſſarius abſoluendi facultatem petat. Si vero pœnitens abfuerit,cauendum ne abſens abſoluatur,cum hoc Decreto Clementis VIII. P.M. omninò aduerſetur. vt admonui *in Cõmen. de Exa. p. 3. c. 3. q. 11.* Suarez. *tom. 4. d. 31. ſect. 6. Ferrant. in theol. moral. p. 3. c. 6. §. 10. Quar. in v. cõfeſſio Bonac. to. 1. d. 5. q. 7. p. 6. nu. 1.* vbi cum cõi tradit,aliud eſſe de cenſura irretito,vt ſcilicet obtenta facultate eum abſentem etiam inuitum,abſoluere valeat,&c.

Tertio non incidunt Vrbis Romæ Cõfeſſarii,vel qui extra Italiam degunt,ſiquidem Decretum hos non complectitur.

In articulo mortis nullus caſus reſeruatus.

QVarto,& poſtremo ab his pænis eximuntur Sacerdotes,qui in mortis articulo abſoluũt: eſt enim apud omnes indubitatum,tunc omnes ſimplices Sacerdotes quacunque culpa,vel cenſura irretitos,imò etiam degradatos,& hæreticos, vel etiã degradatos,& hæreticos,modo intẽdant facere,quod intendit Eccleſia, & ſubuerſionis periculum abſit,à quolibet peccato,& quauis cenſura,tàm Papæ,quàm Epiſcopis reſeruata abſoluere poſſe, *c. paſtoralis. §. præterea, de off. ord.* & diffiniuit Conc. Trident. *de pænit. ſeſſ. 14. c. 7.* Ex quo etiam colligitur euidẽs ratio determinationis,quia exiſtẽte ſpirituali neceſſitate in hmõi articulo, vel periculo (Idẽ .n. ſunt) vbi res agitur aut perpetuæ fælicitatis, aut perpetuæ damnationis,Eccleſia Dei tanquam piiſſima mater,& eius Paſtor prouidus Pontifex voluerunt,vt omni via,& remedio,exeunti ab hac vita promptiſſime auxilium pręſtaretur.

Si quid tñ alicui dẽat cautio iuratoria de ſatisfaciendo cũ fieri poterit pſtanda erit. *Duar. infra c. 1. q. 15.* atq. ita cõiter DD. ſentiunt *Sot. in 4. ſent. d. 18. q. 4. art. 4. Petr. Sot. lect. 5. de confeſſ. Cou. in c. alma mater. p. 1. §. 6. n. 8 de ſent. excom in 6. Suarez. d. 26. ſect. 4. Val. tom. 4. diſp. 7 q. 10. par. 2. Regin. p. 1. c. 7. nu. 59.* & alii.

Quid à ſimplici Sacerdote abſoluente in articulo mortis obſeruandum ſit.

QVatuor autem in praxi obſeruanda ſunt ab abſoluente.

1 Enuntiatio.

PRimo vt Sacerdos ſiue ſæcularis, ſiue regularis, in huiuſmodi mortis articulo abſoluere volens, à Superiore, ſi ſit facilis aditus, facultatem petat ut eſt communis opinio.

2 Enuntiatio.

SEcundo ut pœnitentem abſolutum ab aliquo caſu, qui excommunicationis vinculum adnexum haberet, admonere teneatur, vt ſi conualuerit, coram Superiore ſe exhibeat, quò eius mandata excipiat, aliàs in eandem ſpecie excommunicationem incidet. *iuxta cap. eos. de ſent. excom. lib. 6.* & præter citatos DD. tradit *Io. Chapeuilla de adminiſt. ſacr. tempore peſtis quæſt. 1. Duard. in Bulla Cœnæ Domini l. 3. §. 2. quæſt. 3. & Zambranus in deciſ. caſ. conſcientiæ pro articulo mortis cap. 4. de pœnit. dub. 4. & Sanchez l. 2. de præcep. c. 13. n. 7.*

A qua tamen obligatione eximitur, qui aliquo Pontificio priuilegio fultus eo tempore abſoluitur; cum obligatio iam ſemel iure ordinario extincta amplius non reuiuiſcat. *Rod. tom. 1. q. 62. ar. 8. qq. regul.* Admonēt etiam DD. tunc diſpenſationem, vel commutationem votorum, iuramentorum, vel irregularitatum, minimè concedi, quandoquidem pro illo articulo S. M. Eccleſiæ pietate, illud tantum tribuitur, quod Cœli ingreſſum præpedire poſſit. Rodriq. *in ſumma caſ. conſcientiæ p. 1. c. 59. num.* 14. *Craſſius de caſib. reſer. l. 2. c. 43. n. 17. Belloch. p. 2. q. 12. num.* 138. *Vgol. de officio Epiſ. p. 2. c. 58. §. 4. num. 3.*

3 Enuntiatio.

TErtio dico abſolui poſſe ægrotũ, qui quantũ cõmode potuit confeſſus eſt, nec tamen integram, & totam confeſſionem

ab-

abſoluit, ne forte dum reliquum expectatur, abſque abſoluitionis beneficio decedat, ſi tamen non ſtatim mors ſequatur; confeſſio integrè perficienda eſt.

Imò abſolui poſſe morientem, qui nihil confiteri poſt, ſed tantum ſigna contritionis oſtendit, vel ſolum Cõfeſſarium petiit, tutior eſt, & magis communis DD. ſententia, ſaltem ſub tacita, vel expreſſa conditione, ſi hæc peccatorum explicatio eſt ſufficiens ſacramenti Pœnitentiæ materia, vt conſtat in *Rituali Rom. iuſſu Pauli V. edito tit. de. ſacr pœnit. Tolet. libro 3. cap. 8. Henriq. lib. 3. de ſacramento pœnit. libr. 18. Suar. tom. 4. diſp. 23. ſect. 1. Viual. de abſolutione nu. 22. Val. tom. 4. diſput. 7. q. 11. puncto. 1. Emanuel. Sà in v. abſolutio nu. 10. vt per nos in 1. par. de Exam. tr. 7. c. 19. q. 84.*

4 *Enuntiatio.*

QVarto ſit cautus Sacerdos quod ſi moribũdus ex aliqua cauſa ſe alicui damnum intuliſſe fateatur, uel ſe alicuius debitorẽ, & rẽ alienã habere aſſerat, in hoc teſtes adhibeat, quia dictum ſuum non ſufficeret, quod ſi ægrotus præſtare nollet tanquã impœnitentem eum abſoluere nõ debet. *Socynus in c. literis. ext. de rapt. Graff. l. c. c. 23. num. 33.*

De cauſa efficienti reſeruationis caſuum. Vbi agitur de perſonis, quæ tùm de iure, tùm de conſuetudine, caſus reſeruare poſſunt. Cap. II.

QVæ ad cauſam efficientem reſeruationis caſuum pertinent, in hoc capite breuiter, ſed dilucidè pertractanda ſunt. Qua in re Primo ſtatuendum eſt, Summum Pontificem ex ſuprema poteſtate, ante omnes ſibi caſus reſeruare poſſe, qui tàm in interno, quàm externo foro, omnes ſubiectos ligent; ipſe enim immediatè à Deo accipit iuriſdictionem in omnes Chriſti fideles deriuandam tanquam ex quodam fonte in omnes Eccleſiæ miniſtros, quos ipſe in partem ſollicitudinis aſſumit. *c. in nomine Domini diſt. 23. c. 2. & 3. vbi Hoſt. & alij Canoniſtæ. ext. de translat. Epiſcop. D. Thom. in 4. ſent. diſt. 20. q. 1. art. 4. Fran. Vict. relect. 2. de poteſtate Eccleſiæ q. 2.*

Belarm.lib.4.de Rom.Pont.cap.24.Caſſan.p.5.conſid.7.cat.glor.mundi.Reg p.1.l.1.c.4.nu.21.& ſeq.Barboſ.de Epſ.p.3.alleg.50.

Omnes fideles reſeruationi caſuum Sum.Pont.ſubduntur.&c.

NAtura autem huius reſeruationis eſt, omnes Chriſti fideles ubicunque terrarum ſint, aſtringere; ſiquidem ſiue illi quò ad temporalia ſubdantur, ſiue non, omnes obligantur, cum catholicæ Eccleſiæ ſummus ſit Epiſcopus, atque Chriſti Domini Vicarius. Extrauag.*Vnam Sanctam.tit.de maior.& obedien.*

Generalis autẽ regula conſtituitur, vt omnes fere caſus, qui à Sũmo Pontifice reſeruantur, annexam excommunicationem habeant ita vt Papa concedens alicui facultatem abſoluendi à caſibus ſibi reſeruatis, nulla facta mentione cenſurarum, cenſeri etiam debeat dediſſe facultatem, vt à cenſuris abſoluere valeat; Et abſolutus à cẽſura, à quocumque poſtea Sacerdote à peccato, ob quod in cenſuram incidit, abſolui iure queat. *Caietan.in v.caſus.* Nau.c.27.*num.*261.*Suar.diſtinct.*29.*ſect.*2.*num.*7.*Megalus in Inſtit. confeſſ.lib.*1.*capit.*9.*num.*4.*Nald.in v caſus num.* 1. *Molſeſ tract.*7.*cap.*17.& alij.

Et excommunicatione à Summo Põtifice, & Epiſcopo ſuper eodem caſu lata, ſublata Papali, quidquid de iure ſit, de generali conſuetũdine Epiſcopalis ablata conſetur, ita ut quilibet confeſſarius ſuper illam abſolutionis beneficium impẽdere valeat. Sicut etiam ſi idem peccatum à duobus Superioribus regularib. ſubordinatis, ut Generali, & Prouinciali ſit reſeruatũ, ſublata prima, ſecunda etiã expiraſſe cenſetur. *arg.* Fagundex *p.*2.*lib.*8.*c.*1.*num.*7.*Nauar. cap.* 27.*num.*254.Graffius *lib.*4.*decis.c.*15.*num.*28.*Henriq.lib.*3.*de pœnit.c.*14.*nu.*9.*Reginal.tom.*2.*lib.*8.*c.*5.*nu.*57. & alii communiter.

Conditio caſuum Papalium.

COnditio etiam eſt caſuum Sum. Pontifici reſeruatorum, ſiuẽ in iure communi, ſiue in Bulla Cœnæ Domini contineantur, ſemper obligare, niſi à Succeſſore reuocentur: Lex enim Pontificia, & Sedes Apoſtolica ſemper viuit. *c.fi.de Conſtit.* Licet ſecus ſit

de

de his conſtitutionibus,quæ per modum ſententiæ (quales multi volunt eſſe Bullas Cœnæ Domini) à Sum. Pőtifice feruntur,regulariter enim mortuo latore extinguuntur, *Vgol. in explicat. Bulla p. 1. c. 7. Sayr. libr. 3. de cenſ. cap. 1. Suarez. tom. 5. de cenſ. diſp. 21. ſect. 1.*

Et ſi autem Pontificii caſus ab Epiſcopalibus differant,quod ut dixi, primi regulariter annexam cenſuram habent,& à iure ut plurimum dicuntur,in hoc tamen potiſſimum conueniunt, quod ſub nomine caſuum,votorum,ſeu iuramentorum commutationes,relaxationes,vel irregularitatum diſpenſationes non comprehenduntur;ita ut ſi Papa, vel Epiſcopus alicui omnes ſuo caſus,& cenſuras concedat,facultatem diſpenſandi ſuper his votis,iuramentis,& irrugularitatibus impertiri non cenſeatur, *Sayrus in Claui regia. lib. 1. c. 1. Graffius lib. 1. deciſ. aur. cap. 13. num. 63. Molf. tr. 7. c. 18. num. 5.* & eſt communis DD. ſententia.

Quomodo Epiſcopi, Vicarij, Abbates exempti caſus reſeruare poſſint.

SEd quia de caſibus Summo Pontifici reſeruatis agere non intendimus,ad Epiſcopos tranſeundum eſt. Vnde ſtatuendum eſt, Epiſcopos,& Archiepiſcopos poſſe ſibi caſus reſeruare,à quibus inferiores Sacerdotes abſoluere non valeant. Nam & ſi Epiſcopus inferiores Sacerdotes ad audiendas confeſſiones approbet: adhuc tamen ei quidam particulares caſus reſeruantur, qui niſi expreſſe concedantur,ſub illa generali approbatione non cőtinentur. Quandoquidem in generali conceſſione illa non veniunt, quæ ſpeciale mandatum requirunt. ut dicit Bonifacius VIII. *in c. ſi Epiſcopus. de pænit. & remiſſ. lib. 6. Clem. non poteſt. de procurat. Felyn. in c. ſedes. tit. de reſcript.* Addo etiam ſi Superior aliquando illicite reſeruet, reſeruationem tamen,& abſolutionem ab inferiore ſine licentia impenſam non valere. *Suar. tom. 4. d. 29. ſect. 4. nu. 8. Coninch. d. 8. dub. 11. num. 78. Fagundez. p. 2. l. 8. c. 1. num. 25. Bonac. de ſacr. d. 5 q. 7. p. 5 §. 1. contra Regin. & l. 1. num. 127. & Molfeſ. & alios ab eo citatos tr. 7. nu. 18. & Piaſec. in Praxi Epiſc. p. 2. c. 1. nu. 15.* ut ẽt infra dicetũ.

Hæc autem reſeruandi caſus poteſtas in Epiſcopo reſidet, etiã ſi conſecratus non ſit,modo electus ſit & confirmatus; quo in caſu

ea omnia, quæ ad iuriſdictionem pertinent, exercere ei integrum eſt. *Suarez. de cenſ. diſp. 41. ſect. 2. Sanchez. de matrim. lib. 8. diſt. 2. num.* 11. Imo etiam ſi Sacerdos non ſit, cum reſeruandi facultas iuriſdictionem ſequatur, quam etiam non Sacerdotes obire ualent, & ſi quod ad ordinem ſpectat, in foro pænitentiali abſoluere eis nō liceat. D. Thom. *in 4. ſent. diſt.* 20. *q.* 1. *a.* 4. *ad* 2. *q. Marc. Ant. Cucch. in inſti. maior. l.* 4. *de conſ. Epiſcopi. tit.* 5. *Lalius Zechius de Sacramēto pænit. cap.* 11.

Atque idem eadem ratione dicendum eſt de Epiſcoporum Vicariis, præſertim abſentibus Epiſcopis, & iuriſdictionis poteſtatem in eos conferentibus; dicuntur enim ordinarij Iudices, & (ut dicūt DD) vnum tribunal, & conſiſtorium cum Epiſcopis conſtituunt. *c.* 2. *vbi gloſ. de conſuet. lib.* 6. *Nauar. conſ.* 15. *de maior. & obed. Graſſius conſil.* 2. *de off. vicarii, & conſ.* 6. *de ſent. excom. Sāch. de matrim. lib.* 3. *d.* 24 *q.* 2. *&* 3. *& d.* 7. *num.* 9. *Lazar. de Monit. ſect.* 1. *q.* 6. *Barboſa di Epiſcopo par.* 3. *Alleg.* 54. *Nald. in v. vicarius Duard. in Bulla Canæ Domine l.* 3. §. 2. *q.* 9.

Idem pariter ſentiendum de Abbatibus exemptis, & quaſi Epiſcopali iuriſdictione fungentibus, *c. cum Eccleſiarum, ex. de offic. ord. Nauar. conſ.* 5. *de ſponſ.* Cum enim iura, & DD. Abbates, & Iudices ordinarios Epiſcopis in authoritate, & iuriſdictione comparent, haud dubium, quin caſus in ſubditorum ſuorum ædificationem reſeruare poſſint. *Lazar. l. c. q.* 8.

Parochi autem cum Prælati non ſint, nec Iudices inferiores in foro animæ habeant, quorū ratione abſoluendi iuriſdictionem auferant; nec iure, nec uſu peccata reſeruare poſſunt; ſicut nec in uotis diſpenſare illis conceditur. *Hieron. Lamas in ſumma Eccleſ. c.* 7. §. 1. *Leſſius lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 13. *Sanchez lib.* 4. *de præceptis. c.* 38. *n.* 29. *Suar. de cenſ. lib.* 1. *c.* 6. *num.* 31. *Molfeſ. tr.* 7 *c.* 17. *n.* 20. Aliqui tamen tenent 40. annorum conſuetudine legitime præſcripta poſſe Parochos caſus reſeruare. *Fagundez p.* 2. *l.* 8. *c.* 1. *num.* 12.

Prælati regulares, an caſus reſeruare valeant.

POſtremo regulares Prelati qui quaſi Epiſcopali iuriſdictione erga ſibi ſubiectos potiuntur, reſeruandi caſus poteſtatem habent.

bent. Cuiuſmodi ſunt Generales, & Prouinciales Præfecti, ut ſet à ut alii uolunt, Cuſtodes, & Priores, qui uni domui, uel collegio præſunt, adeo ut aliqui dixerint negantem regulares Prælatos authoritate reſeruandi caſus potiri, hæreſim ſapere. Sicut etiam poſſunt præcepta dare, quæ ad lethalem culpam ligent, ut eſt cum in aliqua re graui, in uirtute S. obedientiæ, uel ſub pœna excommunicationis aliquid iubent. *Suar. tom. 4. d. 29. ſect. 1. Roderiq tom. 1. qq. reg q. 21. art. 2. Miranda de Prælat. reg. tom. 2. q. 34. ar. 1. arg. Azor. 1. par. Inſtit. moral. lib 7. cap. 29. q. 6. Sanchez. l. c. 4. 39. nu. 6. Graſſius conſ. 1. tit. de exceſſ. Prælat. Molin. de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 24. Tol. l. 8. c. 15. & ſeq. vt dixi in Comment. de Exam. eccl par. 1. tract. 6. c. 6. q. 27.*

Vbi etiam animaduertunt, quod ſicut poſſunt peccata reſeruare, & per ſe reſeruationem remittere, vel alteri Sacerdoti vt abſoluat demandare, & in aliquibus impedimentis occultis Papæ reſeruatis diſpẽſare, ſeu diſpenſationẽ delegare (vt & inferius dicam) ita etiam illis integrum eſt, eadem facultate erga ſeipſos vti, ſi illa indigeant, ne deterioris conditionis ipſis ſubditis exiſtant. *Suarez. tom. 5. d. 41. ſect. 2. nu. 9. Sayr. de cenſ. l. 7. c. 14. nu. 5. Sanct. de hæres c. 5. Dub. 3. Barboſa de Epiſc. alleg. 3.*

An vero Prælati ſiue ſæculares, ſiue regulares caſibus à ſeipſis reſeruatis ligentur, dicetur ſuo loco,[1] interim uidendus in re ſimili. *Graſſius lib. 2. deciſ. aur. c. 96. num. 15. & ſeq. & lib. 4. c. 5. num. 6. & ſeq. & Sayr. lib. 1. de cenſ. c. 5. num. 22. Sanchez l. 8. de mat. d. 3. num. 3. & nos in 3. par. de Exam. tr. 15. c. 9. q. 30. Reſol. 6.*

Quinam reſeruatione caſuum regularium Prælatorum ligentur.

NAtura autem horum caſuum Prælatis regularibus reſeruatorum hæc eſt, obligare tantum ſuos regulares ſibi ſubditos non vero laicos, vel clericos ſæculares, vel alterius religionis, quandoquidem in ipſos ordinariam iuriſdictionem, in foro conſcientiæ non habent.

Quo etiam fit, vt nouitii nondum profeſſi ea reſeruatione non teneantur, nam in odioſis, conſtitutionibus, & caſibus reſeruatis regularium non obligentur. *c. ſi religio. §. 1. de elect. lib. 6. Vgol de off. Epiſcopi*

Epiſcopi p.2.c.35.§.1.Graffius in Append.deciſ. aur.lib.1.c.7.§.69. Azor.p.1.Inſtit.mor.lib.12.c.2.q. 10. Niſi illius religionis Prælati priuilegio gauderent, ut eos ſic delinquentes abſoluere valeant. *Vinald.de abſol.num.23.Schol.in compend. Mend.in v.nouitius,& Vecchius de nouit.d.9.Dub.7.& dixi infra pag.363.*

At iidem regulares Præfecti liberam non habent facultatem ſibi caſus reſeruandi,ſed vt infra dicetur,ex his reſeruare ſibi debẽt, quos Clemens VIII.eis præſcripſit.Et ex his patet qui nam peccata reſeruare poſſint.

Quò autem caſus reſeruare his inferioribus Prælatis tàm ſæcularibus, quàm regularibus liceat, hæc neceſſariò habere debent.

Quanam requirantur,vt Prælati caſus reſeruare poſſint.
1 Requiſitum.

PRimo ordinariã,& Eccleſiaſticam iuriſdictionẽ cũ aĩarum regimine coniunctam hr̃e dẽnt. DD.*in c.cum in cunctis.Ext.de elect.*Ob hanc rationem inferiores clerici excluduntur,& Epiſcopi, qui Epiſcopatui renuntiarunt.*c.1.tit.de ord.ab Epo.qui renunt.Epiſcop.*& Epiſcopi etiam titulares tantum,cum enim populo careãt, iuriſdictione etiam actuali carere dicuntur.*Vgol.de off.Epiſ.p.2.c.3.*

2 Requiſitum.

SEcundo eorum iuriſdictionem ſuſpenſam eſſe non oportet: quare qui excommunicatione, ſuſpenſionem,interdictoue irreti ſunt,caſus ſibi reſeruare non valent. Nàm excommunicatione communione ſacramentorum,& Chriſti fidelium; ſuſpenſione ſpiritualium adminiſtratione:Interdicto autem diuinis ipſo iure priuantur:proinde ſua munia obire ſic affectis non licet.Imo vbi excommunicati ſuſpenſiuè ſunt,ſi ea quæ ordinis ſunt efficiant,vel exerceant,& lethalis culpę rei fiunt, necnon irregulares efficiuntur. *c.1.de ſent.excom.in 6.& c.1.de re Iud.lib.6.Sayr.lib 7.de cenſ.c 9. num.* 1.Nec ſolum cenſurarum,ſed etiam irregularitatum impedimentis in reſeruandis caſibus carere debent, nam ſicut irregularitas impedit, ne quis legitime tàm ordinis quàm iuriſdictionis potesta-

teſtatem recipiat, ita ſi poſt ſuſceptum ordinem interueniat, ne ordinis, ac iuriſdictionis functiones exerceantur, prohibet. *Vgol. de irreg. c. 64.* & alii communiter.

Geſta à cenſura innodato an valeant.

AN autem geſta ab eis aliqua cenſura irretitis valeant; concludendum eſt, vbi tolerati ſunt ab Eccleſia, omnia valere; vbi vero denuntiati, notorii ve ſunt, exceptis his, quæ ordinis ſunt, quæ iuriſdictionis ſunt, non valere. Quare & ſi v. g. Epiſcopi, vel Abbates Pontificio priuilegio fulti, ordines in cenſura conferendo, vel conſecrando, valide conficiant: quandoquidem ordinis poteſtas impediri omninò non poteſt; beneficiorum tamen collationes, cenſuræ, vel aliæ ſententiæ ab eiſdem latæ, nec non caſuum reſeruationes factæ nullæ erunt, ſi denuntiati, notoriiue exiſtent. *Vgol. de offic. Epiſcop. p. 1. cap. 4. §. 2. Arragon. & Salon. in. 22. q. 60. ar. 6. Sanch. lib. 3. de mat. d. 22. Marc. Ant. Genuenſ. in praxi Neap. c. 61. Sayr. lib. 2. de cenſ. cap. 5. num. 33. Molfeſ. tr. 7. c. 13. nu 2. & alij.*

3 *Requiſitum.*

TErtiò (quod etiam ſupra ſignificaui) Prælati reſeruantes caſus, proprios ſubditos habere debent, in quos liberam iuriſdictionem re ipſa exerceant; aliàs illa reſeruatio non teneret, nec obligaret. *arg. l. fin ff de iuriſd. omn iud. c. fin. de conſt. in 6.*

Et ita licet Papæ Conſtitutionibus, & Conciliorum generalium Decretis in rebus ad animam pertinentibus omnes Chriſti fideles aſtringantur. *c. cuncta per mundũ. 9. q. 3. c. fin. vbi DD. ext. de conſtit.* alii tamen inferiores Prælati ſuos ſubditos tantum obligare poſſunt. *c. cum Epiſcopus, tit. de off. ord. lib. 6. Vgol. tab. 1. de cenſ. c. 9. §. 2*

Quinam Epiſcoporum reſeruatione ligentur.

1 *Aſſertio.*

VNde reſeruatio Epiſcopi ligat primo omnes ſibi ſubiectos, ſiue mares, ſiue fœminæ ſint, clerici, vel laici, priuati ho-

mines, vel in dignitate conſtituti, niſi aliqui in edicto excipiantur. Nouitii etiam vel tyrones, cum religionis caſibus non ligentur, vt dixi, reſeruatione ab Epiſcopo facta includentur, ac proinde ab eo abſolui oportebit. *Graff. & Azor. l. c. Nald. v. nouitii*, & multi alii. Et ſi probabilitate non careat, quod alii ſentiunt, nouitios caſibus in religione reſeruatis ſubiici, & à Superiori religioſo abſolui poſſe, *Salas* alios allegans. 1. 2. *diſp.* 14. *ſect.* 5. *Vecchius in Praxi nouit. diſput.* 9. *Dub.* 26.

2 *Aſſertio.*

AFficit ſecundo etiam hæc reſeruatio ignorantes peccatum illud eſſe reſeruatum, quando illud eſt prohibitum quia malum, vt blaſphemia, inceſtus, homicidium, &c. Secus dicendum in excommunicatione alicui peccato annexa, illa enim ſemper ſcientiam, & inobedientiam ſupponit; & in his, quæ mala ſunt quia prohibita, cuiuſmodi ſunt acceſſus ad monaſteria monialium bono fine, vel etiam non denuntiare pia legata intra tantum temporis ſpatium, ſi hoc per Epiſcopum in edicto ſuo reſeruetur, &c. *Vgolin. l. c.* § 8. *num.* 10. *Sayrus de cenſ. lib.* 1. *cap.* 18. *Azor. par.* 1. *Inſtit. moral. lib.* 1. *cap.* 15 *q* 3. *Carbo. lib.* 8. *de legib. diſput.* 3. *Sanchez lib.* 9. *de matrim. diſput.* 32. *q.* 3.

3 *Aſsertio.*

IMò tertio afficit, etiam ſi dubitarent, an peccatum illud eſſet reſeruatum; tum quia qui aliquid dubia conſcientia agit, bonam fidem habere non cenſetur, *cap. fina. ext. de præſcr.* Et contra amicitiæ leges facit, qui id facit, de quo dubitat, an ſit amico gratū. *Ang. & Syl. in v. dubium. Sayrus in claui reg. lib.* 1. *cap.* 8. Et ſemper in dubiis fauore animæ tutior pars eſt accipiendā. *c. iuuenis. de ſponſ.*

Hinc dixi ſupra mortifere peccare, & in excommunicationem incidere Sacerdotem, qui à caſibus Summo Pontifici reſeruatis abſoluit, cum dubitat an reſeruati ſint.

Vbi tamen incidenter aduertendum, Illum non dici dubie agere nec peccare, qui de duabus opinionibus alteram eligit, eo quod bona fide credit eſſe veram, huiuſmodi namq. homini res illa non dubia eſt, licet fortè aliquo ſcrupulo is angat. Eſt.n. in opinione aſſenſus

ſus,qui in dubio deeſt. Dubium eſt cum neutri parti aſſentiris, quod pro vtraque ſint rationes, ſcrupulus verò cum opinaris quidẽ, ſed cum formidine,& quadam apparenti ſpecie. *Nauar.in c. ſi quis autem num.*48. *de pœnit.diſt.*7. *Flor.p.*1. *c.*5. §. 3. *Sà in ver. dubium. Bonac.tom.*2. *d.*2. *puu.*7. *& nos in* 1. *p.de Exam.tr.*5. *c.*10. *q.*64.

4 *Aſſertio.*

QVarto Epiſcopi reſeruatio illum comprehendit,qui non ſubditus delictum non reſeruatum admittat in diœceſi, vbi domicilium habet, & deinceps domicilium in alteram diœceſim transferat,vbi delictum illud reſeruatum reperitur. Item ſi in caſum illum reſeruatum in ſua diœceſi, in aliena ditione incidiſſet, dum ad propria redit,ſui Epiſcopi abſolutione egebit, nam forum interius obligat Parochianum ſubditum etiam extra diœceſim delinquentem,quidquid quò ad externum forum in iure caueatur. *in c.fin.de conſtitu.lib.*6. *Vgol.p.*2. *de off. Epiſcopi.c.*39. §. 1. *&* 2. *Suarez tom.*4. *diſput.* 39 *ſect.*1. *Henriq.lib.*3. *de pœnit.c.*14. *num.*8.

Eadem ratione in reſeruatione includuntur peregrini,ſcholaſtici,mercatores,& aduenæ; cum quo ad caſus reſeruatos ſubdantur legibus illius diœceſis,ad quam applicuerunt. *c. illa. diſt.* 12. vbi Aug.ex doctrina D. Ambroſii monet,vt vnuſquiſque legib.ac conſuetudinib.eorum ad quos diuertit,ſe cõformet:iuxta illud adagiũ lex,& regio. Et ita communiter tenent. *DD.in cap.à nobis, el* 1. *de ſent.excomm.lib.*6. *& Sanch.lib.*3. *de matr.diſp.*18. *q.*2. *num.*18.

Sicut è contra ſi peccatum eſt reſeruatum in propria Eccleſia pœnitentis,non verò in ea,in qua verſatur,abſolui poterit à quolibet ordinario Cõfeſſario, quia talis pœnitens vt incola illius loci,& iuxta eius forum iudicandus eſt. Vnde etiã dici poteſt, religioſum, qui crimen aliquod in ſuo Monaſterio reſeruatum perpetrauit, quod tamen in Monaſterio vbi confitetur, non eſt reſeruatum, abſolui poſſe à Confeſſario,qui ſuper caſus reſeruatos facultatem non habet. Sed tamen aduertè,debere adeſſe bonam fidem,nam ſi adhoc tm̃ iter ageret, vt haberet occaſionem alteri confitendi, & cenſuram proprii *Prælati* declinandi, non eſſet neceſſitas, ſed voluntas, intentioni Paſtorum, & Eccleſiæ vſui repugnans, ideo non eſſet valida confeſſio. *Graſſius lib.*1. *deciſ.aur.c.*13. *num.*47. *&*

conſilio 1. de pœnitent. & remiſſ. Henriq. in ſumma lib. 6. c. 14. §. 8. Reginal p. 1. l. 8. c. 5. nu. 69. Ferrantes p. 3. c. 6. §. 9. n. 22. Suarez. diſputat. 25. ſect. 2.

Imò addo quod attinet ad regulares, etiam tempore Iubilæi, alios Cõfeſſarios eligere non poſſe, præter eos qui ab eorundem Prælatis deputati ſunt. *ex Decreto Clementis VIII. incip. ad Perpetuam rei memoriam. apud Vgol, de off. Epiſ. p. 1. c. 7. §. 2. Molf. ſtr. 7. c. 16. Bonac. tom. 1. d. 5. q. 7. pun. 4.* §. 1. Niſi tamen in Diplomate huic priuilegio ſit derogatum, De qua re per *Alphõſum de Leone de poteſtate, & off. Confeſſ. tempore Iub. p. 2. q. 18.*

Inſuper cum iter agendi ab eis facultas impertitur, facultatem concedere nõ cẽſentur, vt à caſibus reſeruatis ſubinde abſolui queãt. *arg. c. Epiſcopus. de pœnit. & remiſſ. lib. 6. Roderiq tom. 1. qq reg. quæſt. 21. art. 10. & quæſt. 62. art. 5. Miranda. tom. 1. Man Prælat. quæſt. 34. art. 15. Henriq. l. 7. de Indulgent. cap. 22. num. 2. in gloſ.*

Quinam caſibus reſeruatis non comprehendantur.

Ex dictis etiam facile dignoſci poteſt, quinam in caſus reſeruatos non incidat

1 *Aſſertio.*

Prima enim aſſertione non is ligatur, qui vel ratione domicilij vel incolatus, vel delicti, non eſt reſeruanti ſubiectus. *c. fin. de Conſtit. in 6. li. 5. de inſt. & iur. q. 4. ar. 1. Syl. in verb. ſubditus.*

2 *Aſſertio.*

Secundo nec par eius, qui ſibi caſus reſeruauit; nec enim par in parem imperium habet. *c. innotuit. §. quamuis. vbi Abb. ext. de elect.* Multo minus ſuperior. *c. cum inferior. ext. de maior. & obedien.* Non igitur Legatus à latere, non Nuntii Apoſtolici, in caſibus ab Epiſcopis, vel Archiepiſcopis, vel Patriarchis reſeruatis ligabuntur.

Nec ipſemet, qui caſus reſeruauit: ſi quidem quiſquam in ſeipsũ iuriſdictionem non habet, ſaltem, vt inquiunt DD. quò ad vim coactiuam, non autem quo ad vim directiuam in foro conſcientiæ, cũ quod ad peccatum, & culpam attinet, ligetur: quia licet Princeps

ſit

ſit ſolutus legibus, debet tamen ſecundum leges à ſe latas viuere: *l. digna vox. C. de legibus. Iaſon. in l. 1 ff. quod quiſque iuris, Felyn. in c. 1. num. 25. de Conſtitut. Barthol. Med. 1. 2. q. 96. art. 5. Graſſius lib. 4. c. 5. num. 7. & tradidimus in 3. par. de Exam. ecol. tr. 15. c. 8. q. 30.*

Superior leges à ſe latas ſeruare debet.

ET vulgare eſt illud, quod in prouerbium fere tranſiit. *Patere legem, quam tu ipſe tuleris. c. cum omnes ext. de Conſtit.* Hinc Claudianus præclarè ſcripſit.

In commune iubes ſi quid cenſes ve tenendum,
Primus iuſſa ſubi, tunc obſeruantior æqui
Fit populus: nec ferre vetat, cùm viderit ipſum
Auctorem parere ſibi. Card. Palæot: de Bonon. Eccleſiæ adm. p. 1. c. 6. vt retuli in 3 p. de exam. tr. 15. c. 9. q. 30. reſol. 6. Quamobrem Pacatus laudans Theodoſium ſeniorem, quod non minacibus edictis ſed menſæ parſimonia luxuriam conuiuiorum repreſſerat. Sic eſt enim inquit, ſic eſt. Exaſperat homines imperata correctio; blandiſſime iubetur exemplo.

Et ſcite Alphõſus Aragonum Rex, Veluti aiebat Heliotropium ad ſolis motum, ita populus ad Principis mores vertitur, & formatur. Et cum intellexiſſet mala punica per artem dulcia, & ſapida reddi: Quin dixit, & nos ciues ingenio acri, & probo exemplo, induſtria, & labore, meliores reddimus. Nam

Facere recte ciues ſuos Princeps optimus faciendo docet,
Cumque ſit imperio maximus, exemplo eſt maior.

D. Bonau *l. de ſex alis Seraph. c. 6.* ait inter alia, Prælatum eſſe debere ſimilem geometriæ magiſtro, qui quas docet demonſtrationes, in ſabulo fingit; Cum in omnibus virtutum exemplis oporteat rectorẽ ſubditos præcedere, tùm præſertim in communis obſeruantiæ conformitate.

Sunt qui dixere, vitam, & ſermonem inſtar geminarum manuũ eſſe debere, nec licere diſcipulos altera trahere, repellere altera, quod prouerbio vetamur: id autem facere magiſtrum, cum bene loquitur, & male viuit. *D. D. in cap. inter cætera ext. de off. ord.*

Si autẽ Epiſcopus, vel Prælatus regularis in caſum incidat Sum-

mo Pontifici reſeruatum,à quo ipſe alios abſoluere poteſt,eam facultatem alteri delegando, ab eo abſolutionis beneficium obtinere valet, vt de caſibus occultis declarauit ſacra Congreg. Cardinalium in Conc. Trid. *ſeſſ.24. de refor.c.6. Suarez.tom.5.d.41.ſect.2.n.9 Sayr.l.7.de cenſ.c.14.num.5. Idem Suarez.tom.4.d.30.ſect.2. Sanchez.lib.8. de matrimon. diſput.3. num.3. Marc. Anton. Genuenſ. in praxi Neap.c.67.num.24. Roderic.tom.1.qq.regul.tr.61. art 9. Miranda.tom.2.q.9.art.10.Megal.in Inſt.confeſſ.p.1.lb.1.c.13. nu.10.Beia.in reſpon.caſuum conſcientiæ.p.4. caſu 37.& alij.*

Imo etiamſi caſus Papales eſſent publici, & ratione impedimenti,vel neceſſitatis imminentis ſibi competant,poterit Epus eos alteri demandare,&c. vt ex cõi DD. ſententia, tradit *idem Sanchez lib.2.de matrimon.diſput.40.q.2.num.14. & Alexand. Peregr.in tr.de duello q.37.num.10.& Reginal.lib.1.c.11.ſect.1.num.135. Duar.in Bulla Cænæ Domini l.3.§.2 q.10.& ſeq.Sanctar. de hæreſi c.5.Dub.3.& 4.*

3 *Aſſertio.*

TErtio caſu reſeruato non tenetur is,qui illum commiſit, ſed ante abſolutionem,reſeruans,vel motus eſt,vel vita deceſſit: tũc.n.illi caſus cũ ab hoïe ſunt,illo ablato expirare ſolẽt. Qđ intelligendum eſt,niſi illa caſuum reſeruatio eſſet facta per modum ſpecialis ſtatuti,vel conſtitutionis;tunc namq;non deſinit reſeruatio, niſi à Succeſſore fuerit reuocata,per ea quæ tradunt DD. *in c.2.de conſtit.in 6.& in c.fin.de off. Legati. Barth. Medina.lib.1.Inſtruct.conf. c.x. Viuald de abſolut.num.57 Nald.in v.caſus Mo ſeſ.tr.7.c.37.nu.44.Zerula in Praxi Epiſc.v.caſus,& v.edicta. Fagundex p.2.l.8. cap.1.num.31.*

4 *Aſſertio.*

QVarto caſuum reſeruatione non tenetur,qui mandat,vel cõſulit alicui, vt delictum reſeruatum perpetret.

Nam cum diuerſa ſint, & valde inter ſe differant facere,& mandare,quando pœna aliquid facienti imponitur,mandans,uel conſulens,nõ cõprehẽditur,niſi exprimatur. *Dec.in l.conſilii.ff.de reg. iur.Nau.c.27.nu.51.Henriq.de excommunic. cap.11.num.1.Anglo.*

Say-

Sayrus lib.3.de cenſ.c.11.num.25. Duard.l.2.can.6.q.3. vbi per hec ait excommunicationem Bullæ Cœnæ latam contra falſificantes literas Apoſtolicas non extẽdi contra mandantes; *& c. Clarus §. fin. q.49.verſ.ſed quæro.* Et additur communis ratio, quod in caſibus reſeruatis, vt potè pœnalibus ſtrictà debet fieri interpretatio. *c. odia de reg. iur. in 6.* Quò etiam fit vt in materia reſeruationis non valeat argumentum à pari, vel maiori ratione deductum, ita ut non ſequatur, legens librum hæreticum excommunicatione Papæ reſeruata feritur, ergo, & hæretici concionem audiens, quam uis hoc illo ſit periculoſius. *Reginal lib.1.c.11.num.124. Nald in v. caſus nu. 3.* Niſi tamen, vt ſuo loco dicemus, aliud de ſtatuentis mente appareat, vel præſumatur.

5 Aſſertio.

QVinto non ligatur, qui delictum reſeruatum non commiſit, vel perfecit, etiam ſi conatus ſit ipſum committere. Eſt nãq. gñalis regula, q̃ vt quis incurrat in caſus reſeruatos, vel cẽſurã, vel irregularitatem, ſemper requiritur actus conſummatio, & perfectio *Caiet. in ver. excom. in princ. Felyn. in tract. an conatus debeat puniri non ſecuto effectu. Nau. conſ.19 & conſ 32. de ſent. excom. Graff. lib.2.aur deciſ.c.62 num.5. & de caſ reſer. l.1 c.5. num.54* vbi reſoluit clauſtra monaſterii monialium ingrediẽtem ad malum finẽ licet opus non perfecerit, ſub cenſura Papæ reſeruata comprehendi, cum actus quò ad ingreſſum ſit cõſummatus, ſequitur *Belloc. p. 2.q.9.num.189.* & alii communiter.

6 Aſſertio.

SExto non erit peccatum reſeruatum, vbi qui illud perpetrauit, ſemel ab eo fuit legitimè abſolutus, ſi enim deinceps illud cõfiteatur, ſuperioris reſeruantis auctoritate opus non erit. Hinc qui, vt dicunt DD. facit confeſſionem generalem de peccatis aliàs ritè confeſſis, quò ad reſeruata abſolui poterit à quolibet Confeſſario. Sicut etiam quilibet Sacerdos ab Ordinario non approbatus, ſuper mortalia peccata non reſeruata abſolutionem impẽdere poterit, à quibus pœnitens eſt aliàs ab habente facultatem abſolutus. *Tolet. lib.1.c.85. Graſ. conſ.1. de pæn. & remiſſ.* & alii.

Qui-

Quinimò abſolutus tunc à cenſuris, & caſibus reſeruatis, ſi poſteà aliquorum reſeruatorum, vel cenſuratũ recordetur, à quocunque Cõfeſſario approbato abſolui poterit, vt ex communi ſententia tradit *Sayrus lib. 2. de cenſ. c. 20. num. 35. Suarez. tom. 4. d. 3. ſect. 3. nu. 9. Roderiq. in qq reg. tom. 1. q. 21. ar. 7. Miranda tom. 2. q. 34. ar. 13.* Idque aliqui ex veriori ſententia ad vota etiam extendunt. *Sayr. Claui reg. lib. 6. c. 12. n. 17. Henriq. de Indulg. c. 11. n. 4. Sanchez. lib. 8. de matrim. diſp. 15.* & alij.

Quod procedit, etiam ſi is valenti abſoluere à reſeruatis inualidè, & inefficaciter ad ſalutem animæ fuerit confeſſus.

Niſi tamen hic defectus circa ipſum peccatum reſeruatum contingeret, vt quia non haberet propoſitum ſe de illo emendandi, aut illud non integre, & ſatis declaraſſet, vel niſi abſolutio à reſeruatis daretur per modum indulgentiæ confitentibus conceſſæ, vt in Iubilæis fieri ſolet: tunc enim de concedentis intentione valida confeſſio requiritur. *Reginal. p. 1. l. 8. c. 5. ſect. 2. nu. 62. Bonac. de ſacram. d. 1. q. 7. p. 5. num.* 8. & alii.

7 *Aſſertio.*

SEptimo quando qui caſum reſeruatum commiſit, vſu rationis carebat, cuiuſmodi ſunt furioſi, infantes, ebrii, ſemidormientes, & huiuſmodi: cum enim hi mortifere non peccent, eo quod quidquid agunt, non intelligunt, caſuum reſeruatione non tenẽtur DD. *c. 1. ext. de delictis puerorum, & in Clem. 1. tit. de homicidio. Vgol. de off. Epiſc. p. 2. c. 39.* §. 7. Et de hoc dicetur in cap. ſequenti.

Quando reſeruatio ceſſet.

TRibus porro modis potiſſimum reſeruatio ceſſat, primo ſi Superior reſeruationem reuocat, ſecundo ſi moritur, vt ſupra dixi, vel ſe à munere abdicat, modo illorum caſuum reſeruatio ſit ab homine, & nõ à iure, vel per modum conſtitutionis, vel niſi, quis uiuente Epiſcopo in eos inciderit, &c. Tertio ſi ipſe Superior ſuſpẽdatur, excommunicetur, & poſtmodum talis denuntietur. *Naldus in v. caſus num.* 10. *Mllſeſ. tr. 7. c. 17. num. 2. Fagundez p. 2. l. 8. cap. 1. nu.* 30.

30.*& ſeq.* vbi hoc tam de Epiſcopis, quam de Prælatis religioſum intelligit, vt infra.

De cauſa materiali caſuum reſeruatorum vbi traditur, quænam peccata reſeruationi ſubijci debeant: & quinam ſint caſus, qui tùm Epiſcopis, tùm Prælatis religionum ex vſu reſeruari ſolent. Cap. III.

1 *Aſſertio.* Non *venialia, ſed mortalia peccata reſeruanda.*

COmmunis eſt, & indubitata Doctorum aſſertio, ſola peccata mortalia ab Epiſcopis, & religionum Prælatis, omnibuſque Epiſcopali auctoritate fungẽtibus reſeruari debere; nam quidquid ſit de Summo Pontifice, quem dicunt aliqui, omnes caſus, ſiue ſint peccata venialia, ſiue mortalia, reſeruare poſſe: Sola peccata mortalia, vt idonea materia reſeruanda ſunt: cum veniales culpas nemo confiteri cogatur. *Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. & can. 7. Suar. tom. 4. diſp. 29 ſect. 3 Henriq. lib. 3. de Sacr. pœnit. c. 14. nu. 6.* Miranda *in Man. Præl. reg. tom. 2. q. 34. ar. 4. Bonac. de ſacr. pænit. d. 5. q. 7. p. 5.* §. 1. *& alij.*

Illationes.

HInc inferunt, quod ſi v. g. Epiſcopus ſibi furtum reſeruauit, de furto, quod ex ſuo gñe eſt mortale, ſemp intelligitur; quare ſi quis rem minimã ſurripuerit, cum culpam tantum venialem ſecum trahat, à quolibet Cõfeſſario abſolui poterit; cum reſeruatio intelligatur de peccatis mortalibus grauioribus, & non de uenialibus, quæ non neceſſaria, ſed ſufficiens materia Sacramenti pænitentiæ dicuntur, & quæ proinde, ut dixi, confiteri de iure non tenemur. *Gloſ. in c. perfecta de pænit. diſt. 1. DD. in c. omnis. de pœnit. & remiſſ. Sot. in 4. ſent. diſt. 18. q. 1. art. 3. Vict. de confeſſ. num. 128. Nauar. c. 21. nu. 34. Sanchez l. 8. de mat. diſp. 15. Coriolan. p. 1. ſect. 3. ar. 2. Molf. ſ. tr. 7. c. 10. n. 21. Fagund. p. 2. l. 2. c. 2. nu. 12.*

2 Quare licet etiam homicidium regulariter lethalis ſit culpa, & reſeruatione afficiatur, ab ea tamen eximitur ubi ob actus imperfectionem ueniale tantum ſit peccatum, ut ſi quis ſemidormiẽs, uel ſemiebrius alium occiderit, út eſt cõis ſententia.

Pariter ſi acceſſus ad moniales cum locutione ſine facultate reſeruaretur, non comprehenderentur qui parum colloquerentur.

Graſſius lib. 4. deciſ. aur. c. 8. nu. 5. per ea quæ dixi in 1. *par de Exam. tr 5. c. 7. q 50.*

Non tamen à mortali excuſarentur, & per conſequens à reſeruatione, ſi per contemptum legislatoris id tacerent, niſi fortè actum ipſum contemnerent, quia uenialem tantum culpam in eo agnoſcerent. *Caietan. in v. contemptus. Val. in 12. d. 7. q. 5. p. 6. Carb. lib. 7. legibus, diſput. 3.*

Quam concluſionem ſupra firmatam, adeò extendunt DD. ut aſſerere etiam audeant, religioſos, qui ex uoto, uel ex vi conſtitutionũ toties in anno confiteri tenentur, ut ſunt Monachi nigri, de quibus habetur *in Clem. ne in agro. §. ſanè. de ſtatu Monach.* ueniales culpas fateri non aſtringi.

Quinimò quando in aliquo Iubileo confeſſio intra aliquod tempus facienda exigitur, eum qui uenialium culparum tantum puluere aſpergitur, confeſſionis præcepto non arctari. *Nauar de indulg. & Iub notab. 18. num. 17 Belarm. de Indulg. cap. 13 q. 3. Suarez. to. 9. diſp. 50. ſect. 5. Ioan. Franciſcus Leo. in Theſ. for. Eccleſ. p. 1. c. 7. n. 27. Henriq. lib. 7 de Indulg. c. 12. num. 2. Sanchez. lib. 8. de mat. d. 15 num. 19. & nos alibi in dialogis de Indul. 7. Eccl.*

Et quando quis eas uoluntariè confitetur, non eſſe neceſſe habere propoſitum cauendi ab omnibus, & ſingulis collectiuè. *Vinald. in Cand. aureo de contrit. q. 9. & de cõfeſſione q 58. Henriq. lib. 3. c. 8. Suarez. d. 20. ſect. 6. Roderiq. p. 1. c. 54.*

Neque dũ quis illa confitetur, cogi eũ ea exprimere, ac proinde mendaciũ in illis cõtingens, lethalẽ noxã non inducere, niſi tũ ſolũ illa venialia confeſſus fuiſſet, quia tũc debita deeſſet materia, &c. *Sot. in relect. de teg. vel de teg. ſecr. memb. 2. q 7. Suarez. d. 22. ſect. 2. Nauar. c. 21. n. 37. Vaſq. in 3. par. tom. 4. q. 91. art. 1. Dub. 7. Coninch. Diſp. 6. num 6. Reginal. 6 num. 7. Fagundex. p. 1 l. 3. c. 2. nu. 9. Molf. tr. 7. c. 11. num. 4. Bonac. tom. 1. d. 5. q. 5. ſect. 2. pun. 2. §. 2. n. 12.* Atq; idem dicunt de peccatis mortalibus alias legitimè confeſſis, quia pari paſſu ambulant.

Venialia peccata aliquando à Regularibus reſeruari poſſe.

ADdunt alii aliquando uenialia peccata reſeruari poſſe, maximè à regularibus Prælatis, cum illa percrebeſcerent, & religio-

ligioſam diſciplinam eneruarent,vt eſt ſine cauſa, & frequenter ſilentium frangere,literas inſcio Superiore ſcribere, in cubiculum alterius regularis ingredi,& huiuſmodi, quæ vt experientia ſatis docet, ex vſu in magnum profeſſæ religionis detrimentum vergunt.

Inſuper Prælatos religionum teneri ſub pœna peccati mortalis corrigere talia peccata venialia, quæ cum in communitate frequētantur,maximum damnum Reipub. & toti cœtui afferre poſſunt: quandoquidem in religioſo ſtatu illud Sapientis dictum maxime locum habet. *Eccleſ.c.*12. Qui minima contemnit, paulatim decidet. Nam ſicut in humanis corporibus,qui paruis vulneribus ſuis medicinam adhibere negligunt,febres, ac putredines,atque adeo mortem quoque ipſam acceſſunt,eodem modo in toto congregationis corpore,qui exigua parui pendunt,ad maiora inuitant,& ipſum totum corpus paulatim deſtruunt.

Etiam minima mala cauenda.

ETiam minima mala in Cōgregatione obſeruanda, & cauēda ſunt, hiſque exortis, ſeu enaſcentib. præſentantum remedium adhibendum eſt: uidemus rimula, uel multis arenis in naui neglectis, nauem demergi, bouem culicum multitudine ſuffocari, latentes, & occultas impetigines in lepram totius corporis ſerpere, grana ueneni uitam tollere. Quemadmodum parui ſumptus ſi ſæpe fiant rei quantumuis amplæ fontem exhauriunt, ita legū,& inſtitutorū trangreſſiunculæ ſi accumulentur,collegiorum neruos concidunt. Et ut parua in principio itineris digreſſio ſit magnus in ſine error, ita minima legum tranſgreſſio ſi negligatur, fit tandem cętus totius,& ciuitatis lues.

Caueat ergo Superior qui cēſoriam uirgam tenet,ne ut perdite amantes ab oſculis ad alia concepta ſceſera ſenſim, & pedetentim proſiliunt,ita ſubditi à paruis malorum punctis, & umbris in flagitiorum oceanum ruant, quorum peſtifero halitu,tota infecta Congregatio tandem contabeſcat, *Franc.Tittelman.in pſal.* 31. *Tymp. in ſpec.boni magiſt.p.*2.*ſigno.*52 *Negron.de cura minim.par.*2. *Arg.* 8. *Scribon.in Medico relig.l.*3.*c.*7. ubi probat regularum etiam minimarum neglectum morbum interdum tàm Superioribus, quàm

ſubditis communem eſſe curandum, atque ibi opportuna reme-dia præſcribit.

Exemplum.

QVod autem regulæ etiam paruæ non negligendæ ſint, lucu-lento exemplo tradit. *Ant. Daur. in Floribus exemp. tom. 4. tit. 77. exemplo. 5.* his uerbis, Angelopoli in Prouincia Maxicana anno Domini. 1587. ducendus erat quidam ad ſupplicium, uoca-uit unum è noſtris: Iam inquit, dicam quiddam pater, quod ſi ſcia-tur, ſpero fore, ut qui multis in uita obfui, prodeſſe alicui poſſim, ſal tem poſt mortẽ. Fui miſer aliquot annos in ueſtra ſocietate, & cum meam accõmodabam ad Superiorum uolũtatem, me totum illis a-periens, felix fui: ſed Adam non diù fuit in Paradiſo, deteriorum conſuetudo, & mea me non dicam fortuna, ſed peruerſitas deiecit è mentis tranquillitate, qua fruebar vtebar nempe unius familiari-tate, qui cum contemptim dictitaret, vnam aut alterã legẽ poſſe uio lari, ſalua cõſcientia, è paruis neglectis, paulatim delapſus ad robu ſtiorem nequitiam, me perdidi, ſimul. n. expulſus è ueſtro lectiſſimo numero, cum ueſte non iam pudorem quem iam pridem amiſe-ram, ſed ut eſt mihi uiſum, Ieſum Chriſtum exui, & huc me mea perduxerunt flagitia. Hęc ego tibi: tu quæſo narra aliis, uſu enim compertum eſt, ex prioribus aliorum delictis naſci exempla, in po-ſterum pro futura, hæc ibi. Atque hic perſpicitur uerum eſſe quod ait *Caſſian. collat. 6. c. 17.* Hominem non ſubito malum euadere, ſed ſenſim, ac paulatim uitiis increbeſcentib. miſerabili caſu concide-re. *Roſignol de Diſcep. Chriſt. perfect. l. 2. c. 19.*

Sot. in 4 d. 18. q. 2. art. 3. & de ſecreto membro 2. q. 2. concl. 3. Henriq c. 14 num. 6. Baunes 22. q. 33. art. 2. dub. 2. Lopez. p. 2. Inſtruct. conſcientiæ c. 55. Barth. Medina 1. 2. q. 96. art. 4. *Sayrus lib. 3. clau. reg. c. 7. num. 14. & lib. 12. c. 3. num. 17. Ferd. Caſtilius in hiſtoriis* D. *Dominici p. 1. lib. 3. c. 55. Vinal. p. 4. c. 4. nn. 51.* T*homas Ieſu de viſit. regul. tr. 1. c. 6. & nos in Comment. de ſtatibus par. 1. c. 22.*

Nihilominus ſimpliciter, & abſolutè loquendo non poſſunt iſtę veniales culpæ quatenus tales ita reſeruari, ut maneat obligatio eas confitendi ſuperiori reſeruanti: per ea quæ tradit. *Suar. diſput. 29 ſect. 3.* Mir*anda in Man. Prælat. reg. tom. 2. q. 34. art. 4. Megal.*

vbi

vbi ſup.cap.11.num.11. Ant. Fer. in exam. theol. mor. p.3.c.6. §. *6. Graſ.l.1.deciſ.aur.c.10.& Doct. ſuperius citati.*

2 Aſſertio.

Peccata interna reſeruari non poſſe.

SEcunda etiam conſtituitur Doctorum aſſertio, ſola peccata mortalia externa ſub reſeruationem cadere, ſiquidem ex cõmuni proloquio: Eccleſia de occultis, & internis actibus non iudicat, ſed illos Dei iudicio relinquit, qui ſolus cordium, & renum ſcrutator eſt. 1.Reg. 16 & *Pſal.7.c.Erubeſcant.d.* 32. Qua etiam ratione communiter utuntur DD. vt probent, in mundo aliquam legem diuinam neceſſariam eſſe, eo quod humanæ leges de actibus purè internis nihil præcipere, aut prohibere poſſunt, iuxta illud, Cogitationis pęnam nemo patitur. *l.cogitationis ff.de pænis, c.cogitationis. de pęn. d.1. vbi Nau. Barth.* Medina. *1.2.q.91.art.4. Clarus in* § *fin. q.91. Tuſchus in v.cogitatio.concl.*409 *gloſſ. & DD. in l. ſi quis C.de tranſact. Maſcar. de Probat. concl.* 309. vbi tradit quomodo cogitationes probentur, &c.

Illationes.

VNde infertur: hæreticum uerum, & perfectum, ſed purè mentalem, excõmunicationem non incurrere, ac proindè à quolibet Confeſſario approbato abſolui poſſe. Verum ſi actus quiſpiam exterior ex ſua hæreſi prodierit, quantumuis occultus fuerit, ueluti ſi hæreſim occultè ſcripſerit, uel quemuis docuerit, iam excommunicationis gladio in bulla Cęnæ Domini ferriri. *Sayrus lib 3.clau.reg. cap.6.num.15.& de cenſuris lib 3.cap.4.num.2. Simancas de Cathol. Inſtit tit.42.num.47: Gutier.l.1.qq.Canon c.13 num.28. Suar. tom. 5.de cenſ.d.21.ſect.2.num.2.* Fagundex. *p.2.l.8.c.8.num.41.*

*E*t quidquid ſecundum aliquos ſit de abſoluta poteſtate, Eccleſia nunquam interiores actus reſeruare conſueuit, nec interna peccata Epiſcopi, & alii Prælati ullo modo reſeruare debent; tùm quia cordis peccata frequentiſſima ſunt, tùm etiam quia occultiſſima, ita ut homo uix ſecum diſcernere queat, conſenſerit ne, an non, intolerabileq. eſset onus, cũ huiuſmodi ſcrupulis ad Superiores ſemper recurrere. *Miranda q.34 art.3. Simancas in cathol. Inſtit. tit.42. Suarez l.c. Henriq l.3.de pęnit.c.14.num.6. Sanchez lib.2.de precep. cap.8. num.4. & alii.* Vnde cum uera legum interpretatio abuſu

deiu-

deſumatur, hæc ſententia quæ praxi ac ſtylo fauet, præferenda eſt. *D D. in c. dilecti. de cenſuet. Rolandus à valle. tom. 2. conſ. 2. Berout conſ. 87.*

Peccata exteriora non reſeruari, niſi in actu completo.

INſuper hæc reſeruatio non intelligitur de actu exteriori, niſi ut dicunt, effectum habuerit, ut ſi quis s.u. g. uerberauerit, ſed occiſio non ſit ſequuta: cum uerba ſemper cum effectu ſint accipienda. *l. 1. §. hac verba. ff. quod quiſque iurir. Io. And. & Archid. in c. perpetuò de elect. lib. 6. D. Anton. p. 3 tit. 17. cap. 11. in fi. Graſſius lib. 4. deciſ. aur. 18. num. 61. Fely. in tract. de conatu.* Et eſt generalis regula, vt ſupra dixi, quod ut quis in caſus reſeruatos, uel cenſuras incidat, ſemper actus conſummatio requiritur *Caiet. in v. excõ. in prin. Suar. to. 5. diſp. 4 ſect. 3. Roder. tom. 1. qq. regul. q. 6. art. 16. Nau. conſ. 60. de ſent. excomm.* Hinc etiam ſtatuto prohibente frumenta extrahi, ſi quis in uia ſit repertus, non tamen adhuc extraxit non ligatur, quia in delictis euẽtus ſpectari debet, &c. *Borellus de communi atteſtans. l. 3. de Edict. Magiſt. l. 3. c. 14. num. 40. Idem tradit Duard. in comment. Bulla Cęnę Domini. l. 1. c. 1. q. 3. num. 54.* generaliter docens ad incurrendam cenſuram in Bulla Cœnę Domini contentam actus perfectionem exigi.

Vnde, & inceſtus eorum, qui extra vas ſemen emiſerunt, quia nulla contrahitur affinitas, nec eſt perfectus inceſtus, non erit reſeruatus.

Idem dicendum de peccato nefando, & beſtialitate, & quibuſcũque aliis criminibus, ſi in his perpetrandis actus non fuerit completus per effuſionẽ ſeminis intra vas, &c. niſi alias attentatio ſola per expreſſa verba reſeruaretur, vt infra dicetur.

Peccata etiam puerorum, qui vſu rationis carent, reſeruationi non ſubiacent, quod verum eſt, etiam ſi poſt pubertatem abſolutionem petant. nec enim proprie dicitur homo, qui ratione caret. *c. ſi homo, vbi gloſ. 27. q. 1.* Et illa ætas, cum quidquid agat ignoret, meriti, aut culpæ capax eſſe non poteſt.

Hinc .n. inferunt & DD. pueris ante vſum rationis integrum eſſe carnibus veſci in ieiuniorum diebus, eo quod legibus non ſubiiciantur. *Caiet. 22. q. 22. q. 148. art. 8. dub. 1. Cordub. de caſib. conſcientiæ.*

ca.

caſu 60. *Azor p.* 1. *Inſt. mor. c.* 27. *q.* 3. *Sanchez de precep. l.* 1. *c.* 12. *n.* 9. *Bonac. tom.* 2. *d* 14. *q.* 1. *pun.* 6. *num.* 6. *Fagundez p.* 3. *l.* 1. *c.* 8. *num.* 8. *Molfeſ. tr.* 10. *c.* 3. *n.* 36. vbi idē dicunt de perpetuo amentibus, &c.

Et hæc regulariter vſque ad ſeptimum annum contingere ſolet. *Abb. & alij in cap. omnis. de pæn. & remiſſ. & in cap.* 1. *de delict. puer.*

Quibus modis acceleretur vſus rationis.

ALiquando tamē in pueris accelerari ſolet rationis vſus, tùm ex ſpeciali Dei gratia, & priuilegio, vt B. M. V. D. Io. Baptiſtæ cōtigit, tum ex ipſa naturali corporis conſtitutione, vt accidit illi quinquenni puero, quem ex blaſphemia damnatum referunt. Sicut etiam aptitudo ad generandum in illo puero præuenta fuit, quem fama eſt, in nouennio nutricem ſuam grauidam reddidiſſe. *D. Ant.* 3. *p. tit.* 14. *c.* 13. § 9. *Doctores l. c. Morales in Matth. l.* 2. *tr.* 4. *num.* 2. *Tiraquel. l.* 5. *connub. num.* 37. *& Barth. ab Ang. dialog.* 2. *de baptiſmo* §. 34. Vnde licet non niſi exacto ſeptenni ætatis anno, vſum rationis habere non cenſeantur, fallit tamen niſi forte quis præcoci ingenio alios anteuertat. *Fagundez. l. c.* De quo Alciat. *Emblem.* 209.

Cur properans folijs præmittis Amygdale flores?
Odi pupillos præcocis ingenij.

—— Vulgo enim pene apud omnes creditum eſt, eos quibus ſit ingeniū tam præcox, & maturum, aut inſanos fore, aut non diù victuros

Idem cenſendum videtur de ſenibus capularibus, qui ob ætatē mente deficiant (quidam .n. dictos eſſe ſenes aiunt à ſenſu diminutione, quoniam p̄ vetuſtate deſipiant; de quibus Euripides in *Bacchis* ait, *veſtram ſenectam video mentis indigam*, & Apoſt. ad Hebr. c. 8. Quod antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt. *Menoch. conſ.* 82.) Vt. ſ. ſi inſtar puerorum vſu rationis careant, in dieb. vetitis carnibus veſci poſſint, &c. *Tiraq. de temp. pænis. q.* 8. *Farinac. eod. tit. q.* 92. *nu.* 35.

Impu-

Impuberum peccata, mitius punienda.

PEccata vero impuberum, vt maſculorum ante 14. annum reſer uationibus Epiſcoporum ſubduntur, niſi aliud eorum ſtatutis caueatur, qui etiam ſi in caſus Pontifici reſeruatos inciderint, ſolum Epiſcopis reſeruata cenſentur. *vt dicit Syl. in ver. caſus q. 5. & colligitur ex c. quãuis, c. 1. & c. ſi ext. de ſent excom.* Fere enim in omnibus pœnalibus iudiciis, & puerili ætati, & imprudentiæ ſuccurritur. *l. fere ff. de reg. iur.* Et in pueris delicta non debent ita puniri, ſicut in maiorib. *vt habetur in c. 1. de delictis puerorum.* Quibus alludit, quod Cæſar apud *Lucanum lib. 9. Pharſaliæ* de Ptolomeo teneræ, puerilíſque ætatis loquens, in hæc verba ait:

Sed parcimus annis, donamusque nefas.

Seneca quoque inter ea, quæ iram lenire debent, & nos à vindicta retrahere, pueritiam ponit, & ſexum fęmineum. Puerum, inquit, ætas excuſat; Fœminam ſexus. Atque ſic communiter Doctores, ſentiunt, *vt Clar. in praxi crim. §. fin. q. 60. Tiraq. de temp. pęnis cauſa 7. Farinacius in praxi pariter crim. eod. tit. de temp. pęnis. quaeſt. 92.*

Sed tamen licet minor ætas in delictis præſertim carnalibus faciat mitigare pęnam in foro externo, & in foro conſcientiæ impuberum peccata, vt inceſtus, nefandi criminis, &c. regulariter reſeruationi non ſubſint, quò tamen ad Deum à mortali culpa non excuſantur.

Vnde *Caiet. in ſum. in ver. inceſtus*, ſic ait: Sicut ad inceſtus crimen ſpectat etiam ſine opere conſenſus in conſanguineam, ſeu affinem, ita ad inceſtus ſpeciem ſpectant impudicitiæ, & carnales cõmixtiones impuberum perſonarum, ſi conſanguinitate, aut affinitate ſunt iunctæ: quoniam & ſunt huiuſmodi actus, vt via ad conſummatum inceſtum, & multo propinquius, quàm cogitationes ad inceſtum ordinantur, quantum in ſe eſt, conſummatum: licet ex impotentia ætatis non conſumetur. hæc ille. Facit quod tradit. *Sanchez. lib. 2 de matr. d. 21. & lib. 7. d. 15. Graff. conſ. 3. de frig. & malef. conſ. 2. de pęnit. & remiſſ.*

Grauiora peccata reſeruanda ſunt, & quomodo grauitas conſideretur.

NEc ſolum peccata reſeruanda debent eſſe mortalia, & externa reipſa perpetrata; ſed etiam grauiora, & atrociora reſeruari oportet. Quę grauitas conſideratur habita ratione. Primo eius qui oſtenditur, prout eſt blaſphemia contra Deum, & Sanctos prolata. Secundo damni illati, vt eſt, homicidium. Tertio trangreſſionis naturali rationi repugnantis, cuiuſmodi eſt inceſtus, & peccata contra naturam, &c. Quarto habebitur etiam ratio ad peccata, quæ frequentius in diœceſi committuntur *arg. c. vbi periculum. de elect. lib. 6.* Idque colligitur ex declaratione Pont. Decr. &c. Nam iuxta antiquum adagium in Græcorum collectaneis redactum, Mores hominum, & plantarum ſemina ad regionis habitum reſpondēt *Morales Matth. l. 2. tract. 8. num. 20.*

Peccata Papæ reſeruata annexam regulariter excommunicationem habent.

AD materialē etiam cauſam ſpectat inquirere, quænam peccata in facto, & in ſpecie à Superioribus reſeruentur. Qua in re illud etiam eſt repetendum, quod cum à trium potiſſimum perſonarum generibus peccata reſeruari ſoleant, nempè à Papa, ab Epiſcopis, & Prælatis religionum: qui ad Pontificem ſpectant, paſſim a Doctoribus connumerantur; præſertim à Summiſtis, vt Syluestro, Angelo, Tabiena, Armil. & Caiet. *in ver. caſus: & in ver excōicatio* Gregorio etiā Sayro *lib. 3. de cenſuris*. Suarez. pariter *de cenſuris diſp.* 21. & aliis. Quibus, vt ſuperius dixi, regulariter, & iure ordinario excommunicationis cenſura annecti ſolet: licet etiam quædam reſeruationes ſine illa reperiantur; vt probatur *ex Extrauag. Inter cunctas. de priuilegijs*, & expreſſius ex propria Conſtitutione Sixti Quinti contra Clericos male promotos, quæ incip. *Sanctum, ac ſalutare. vt per eūd. Suarez. l. c. diſ 29. ſect. 2. Sanch. l. 9. de matr. d* 32. *num.* 18. *Molfeſ. tr. 7. c.* 18. *& Viual. in cand. aureo in 3. p.* vbi illam Conſtitutionem explicat. Imò etiam colligi poteſt ex reſeruatio-

ne violationis immunitatis Eccleſiæ facta per Clem. VIII. quò ad driuilegia abſoluendi à cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis in terminis Conſtitutionis Greg. XIV. *incip. Cum aliàs.* Per quàm ſane sãctionem nõ videtur inferri excommunicatio latæ ſentẽtiæ reſeruatæ; ſed ſic aliæ pœnæ a ſacris Canonibus, & Concilijs inflictæ renouantur, & ad priſtinum ius reducuntur. *Alex. Ambroſ. in explicat. d. Bullæ c. 15. nu. 4. Marc. Anto. Genuenſ. in praxi Eccleſiæ Neap. c. 22. num. 12. Mar. Anton. lib. 3. var. reſol. 15. Nald. in v. caſus num. 1. Bonac. de legibus d. 3. q 7. §. 6. num. 8.*

Sed excommunicationem illam eſſe latæ ſententiæ, & Papæ reſeruatam nonnulli tenent, præſertim. *Marius Ital. l. 1. de immunit. Eccl. c. 6. §. 2. & Pereg. eodem trac. c. 15. num. 18. vt dixi in 2. par. de Exam. Eccleſ. tr. 11. c. 4. q. 4. ſupp. 2. & c. 5. q. 7. ſupp. 1.*

Nulla peccata Epiſcopo de iure, ſed de generali, vel particulari conſuetudine reſeruari.

QVò ad caſus verò Epiſcopo reſeruatos ſtatuendum eſt, non ſolum aliquã peccata cenſuram annexam habẽtia: ſed etiã nulla exiſtente cẽſura, ſolum ratione ipſorum peccatorum aliquos caſus ſibi reſeruari; qui quidem in triplici differentia reperiuntur, quidã .n. de iure, quidam de generali Eccleſiæ conſuedine, quidã verò ſpeciali vſu, vel conſtitutione, ipſis Epiſcopis reſeruari ſolẽt. *vt ait Tolet. lib. 3. c. 1. Suarez tom. 4. d. 29. ſect. 3. Fagund p. 2. l. 8 c. 2*

Et quidem quatenus ad ius pertinet, nullo iure probatum inuenio, quod aliqui caſus Epiſcopo reſeruentur, ſolum Gloſſatores in *Extrauaganti ſuper cathedram de ſepult. in clem. dudum tit. de eodem, & in c. ſi Epiſcopus de pænit. & remiſ. in 6.* aliquos caſus enumerant, quos dicunt Epiſcopos de iure ab inferiorum Sacerdotum iuriſdictione ſubtrahere, qui tamen potius ad generalem, vel particularem conſuetudinem referendi ſunt, vt ẽt aduertit. idẽ *Suarez. d. 29. ſect. 3. & ante cum D. Anton. 3 p. tit. 17. c. 11. quos etiam ſequitur Anton. Fer. in exam. theolog. mor. p. 3. c. 6 §. 6. num. 15. & Germon. de ſacrorum immun. in l. 3. c. 8. nu. 28. Molfeſ. tr. 7. c. 19.*

Cum autem tàm generalis, quàm particularis conſuetudo in facto conſiſtat, & in variis diœceſibus varii etiam, & diuerſi ſint indu

&i mores, nec poſſit certa regula cõſtitui. Ideò Confeſſarius in qua libet Eccleſia, vel diœceſi, ſe ad ipſius Ciuitatis conſuetudinem, vel ſtatutum conformare debet. Si quidem vnaquæque prouincia in ſuo ſenſu abundat, & cuiuſque loci vſus dat vel tollit iuriſdictio. nem: *c. vtinam d. 76. c. duo ſimul. de officio ord. c. illa d. 12. Caiet. in ſum. in v. caſus. Graffius conſ. 2. tit. de regul. Pet. Sot. de miniſt. o Confeſſionis lect. 5.* Vnde etiam extat illud adagium: (vt ſuperius ſignificaui) Mos, ſiue lex, & regio, quo admonemur, ſeruiendum, & obſecundandum eſſe morib. regionis, in qua verſamur.

Quin hodie cum non pauca ſint ingeniorum, & morum diſcrimina, ad ea quò ad fieri poteſt, accõmodare ſeſe, polypumque piſcem imitari, non minima prudentiæ pars cenſetur. *Manut. in Adagijs.* Ideo *in 1. par. de Exam. tr. 5. c. 6. q. 59.* diximus Confeſſarium teneri habere notitiam conſuetudinis loci, vbi confeſſiones audit, cum vnaquęque regio ſuos mores habeat. *c. certificari. extra de ſepult. Menoch. conſ. 13. num. 13. Roder. in qq. regul. tom. 1. q. 12. art. 7. Mant. Dial iuris 56.*

Monita, & Documenta.

SIc enim, & Cardinalis Aldobr. ſciſcitanti cuidam quis maxime eſſet ad imperandum, & regendum idoneus? reſpondit, qui naturam habet Polypi, nouitque prudenter in populo morum colores induere. *Farneſ. in apoph. in v. Princeps* Subditorum quippe mores, & naturam exactius noſſe, in magnis, & neceſſarijs eſt habitum, iuxta illud,

Principis eſt virtus maxima, noſſe ſuos.

Hinc *Plutar. lib. Polit. ad Traia* monitū eſt, Vir ciuilis, & rēpub. tractare incipiens, tamdiù ciuium moribus conſentanee viuat, & ſe ad eorum naturam accõmodet, atque ſcite cõſectetur ea, quibus populus ſoleat delectari, donec opinione virtutis, & fide iam comparata, auctoritati inniti poſſit. *Io. Choc. in Polit. l. 2. c. 21. Tymp. p. 2. c. 14. Et diximus in Comment. de hum. vita ſtat. par. 1. c. 6.*

Vnde ad dignoſcendum gregis ſui mores maxime conducet ſi Epiſcopus ſæpe ſuum Pęnitentiarum in Cathedrali conſtitutum, & alios primarios ſacramenti pœnitentiæ miniſtros, coram ſe congregabit, ibique cum iis de grauioribus caſibus, aliiſque neceſſariis rebus

bus aget, quas in confeſſionibus excipiendis, & conſiliis dandis aliquo remedio indigere animaduerterunt. *Card Paleot. in Archiepiſc. Bonon par. 3. tit. de ſacr. pœnit.* Quod ſi ipſe Epiſcopus confeſſiones audiat (quod munus cum magna pietate, & animarum fructu multos ſanctos viros obiiſſe comperimus, vt etiam de Superioribus religioſis erga ſuos ſubditos dicitur, *Marc. Ant. Gen. in Man. Paſt c 61. Corol de caſ reſ. p. 1. ſect. 1. ar.* 10) caueãt ne in adminiſtrãda poſtmodum iuſtitia, notitia ex auditis confeſſionib parta vtantur, cum Decreto Clementis VIII. uetitum ſit. *Sanchez l 3 de mat. diſp.* 16 *Mart. Delrius in Diſq mag. l. 4. c. 1. ſect.* 2. Vt ſcriptum reliquimus in *1. p. de Exam. Eccl. tr. 5. c. 21. q.* 121. & alibi.

Caſus autem qui ſpeciali Bononienſis Eccleſiæ Tabella nunc reſeruantur, ſunt ij ſequentes.

Caſus in Eccleſia Bononienſi reſeruati.

1 Blaſphemia atrox in Deum, Sacratiſſimam Virginem, & Sanctos ex conſuetudine prolata.

2 Adoratio Dæmonis, & inuocatio eius expreſſa. Item maleficiũ, necnon quælibet ſuperſtitio, quæ fit cum abuſu ſacramentorum, vel ſacramentalium.

3 Homicidium voluntarium, non ſolum quò ad committentes, ſed etiam quò ad conſulentes, mandantes, vel auxilium, ſeu fauorẽ præſtantes, effectu ſequuto.

4 Inceſtus in primo, vel ſecundo gradu conſanguinitatis, & in primo affinitatis. Copula carnalis cum cognata ſpirituali. Quæcunque copula carnalis etiam tantum attentata cum filia ſpirituali, vel cum parochiana; Stuprum virginum, et cum promiſſione matrimonii. Sodomia etiam cum fœminis; ac beſtialitas. Et hæc omnia, quæ hoc quarto numero continentur, quò ad maſculos tantum poſt pubertatem.

5 Obſcœnitates, aliaue grauia crimina cum monialibus ſeu aliis fœminis in clauſtris degentibus, quomodolibet commiſſa; vel tentata, nec nõ verba obſcœna. Acceſſus virorum ad monaſteria monialium ſine licentia in ſcriptis, vel cum licentia ſubreptitia, aut obreptitia.

6 Le-

6 Lenocinium in proprias filias, vxores, ac ſorores.
7 Solutio Quadrageſimæ ſine licentia in ſcriptis, nec non doloſa fides, ſeu doloſa licentia ſoluendi Quadrageſimam per medicos, & alios Deputatos facta, ſeu conceſſa.

Caſus tantum in tabella expreſſi reſeruari cenſentur.

QVorum caſuum explicationem infra in 3. ſectione ſubnectemus. Illud interim obſeruandum, quod cum Epiſcopi aliquos caſus in tabella proponunt, quos publicant, voluntque eos eſſe reſeruatos, niſi aliud exprimant, illi excluſi cenſentur, qui in Synodalib. Conſtitutionibus inſerti reperiuntur. Illa enim legalis regula militat, Incluſio vnius eſt excluſio alterius. *c. nõne ext. de præſumpt. & tenet Comitulus in reſp. moral. lib. 1. q. 25 & alij.*

Quò ad regulares, quæ ſcilicet peccata ſoleant ab ipſis reſeruari, dicendum eſt pariter, quod cum hoc ad factum potius, quàm ad ius referatur, & cum iuxta varias religioſorum Ordinum conditiones, vniformis omnibus regula, & norma conſtitui non poſſit, eorum conſtitutiones, & Leges conſulendæ erunt. Solum addendum, Clementem VIII. Pontif. Max. ſpeciali Decreto certos caſus præſcripſiſſe, quos ipſi regulares Prælati reſeruare poſſent, modo, & forma adhibita, quam infra referemus. Hi caſus ſunt ſequentes.

Caſus qui à Regularibus reſeruari ſolent.

1 VEneficium, incantationes, ſortilegia.
2 Apoſtaſia à Religione, ſiue habito demiſſo, ſeu retento, quando eò peruenit, vt extra ſepta Monaſterii, ſiue Conuentus fiat egreſsio.
3 Nocturna, ac furtiua è Monaſterio, ſeu Conuentu egreſſio, etiã non animo apoſtatandi facta.
4 Proprietas contra votum paupertatis, quæ ſit peccatũ mortale.
5 Iuramentum falſum in iudicio regulari, ſeu legitimo.
9 Procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad abortum faciendum poſt animatum fœtum, etiam effectu non conſecuto.
7 Falſificatio manus, ſeu ſigilli Officialium Monaſterii.

8 Fur-

8 Furtum de rebus Monaſterii, ſeu Conuentus in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale.

9 Lapſus carnis voluntarius, opere conſummatus.

10 Occiſio, aut vulneratio, ſeu grauis percuſſio cuiuſcunque perſonæ.

11 Malitioſum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum à Superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad Superiores. Quos caſus videre licet apud *Steph Quar. in ſum. bullarum in v. caſus. Io. Bapt. Corrad in reſp caſ. conſc. q. 17. Graff. conſ. 2. de reg. Comp. Priuil. Mend. in v. caſus. Steph. Deluinum. in tract. de poteſt. Abb c. 32. Roder. in qq reg. tom. 1 q 21. art. 1. Mirand. tom. 2. q. 34. a. 6. Molſ. l. 7. c. 2. Fagnn p. 2. lib. 8. c. 4.* & alios. Et eos infra Deo dante plicabimus.

Circa quam Clementis VIII Conſtitutionem eſt aduertendũ, à Summo Pontifice ibi non ſtatui, vt omnes ij caſus ſint in religionibus reſeruati, ſed tantum permittit vt regulares Præfecti hos caſus, aut omnes, aut aliquos eorum ſibi reſeruare poſſint, prout ſubditorum vtilitati prudenter in Domino expedire iudicauerint.

Prohibet aũt Papa, ne Superiores regulariũ præter dicta peccata alia propria auctoritate reſeruent, ſed addit quod ſi aliud præterea peccatum graue pro religionis conſeruatione, aut pro conſcientiæ puritate reſeruandũ videbitur, id nõ aliter fiat, quàm gñlis Capituli in toto ordine, aut Prouincialis in Prouincia, matura diſcuſſione, & cõſenſu. Ex illo autẽ Decreto tres aſſertiones colligi poſſũt.

Aſſertiones ex Decreto Clemen. VIII. deductæ.

1 *Aſſertio*

PRimo caſuum reſeruationem a Superioribus Regularium contra Conſtitutionem Pontificis factam ex aliquorum probabiliori ſententia non tenere: vt ſi v. g. alios caſus, quàm præſcriptos ſibi reſeruent, eſset enim in deſtructionem, non in ædificationem; vt ex principio eiuſdem Decreti patet, ita vt hæc lex actui reſiſtat & impediat ortum tàm naturalis, quàm ciuilis obligationis. *arg. Bart. in l. cum lex. ff. de fideiuſs.* & eorũ quæ ſcripſi in *1. p. de Exam. tr. 3. c. 8. q. 54.*

2 *Aſſertio.*

SEcundo Superiores in beneficium vnius tantum Monaſterii, vel Collegii, reſeruare poſſe alios caſus, præter eos, qui in dicto Decreto numerantur, dummodo reſeruatio in Capitulo generali, vel Prouinciali fiat. Quod ea ratione fulcitur, quod conſeruatio vnius Monaſterii ad conſeruationem religionis pertinet;

Quia ſicut *morbida facta pecus totum corrumpit ouile.*

Et cuncta prius tentanda, ſed immedicabile vulnus,

Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur. vt inquit ille; *arg. c. reſecandę.* 24. *q.* 3. Ita vno deprauato, & morib. corrupto monaſterio, facilè cætera corrumpuntur, própter tranſitum religioſorum de vno aliud monaſterium. Nemo enim neſcit quantum vitium ad corrumpendos mores habeat improborum conſuetudo, & commercium, vt proborũ ad eos corrigendos *l. ædiles la.* 1. §. *Padius. ff. de adi. Edi. c. fi. de Statu Monach.* 3. Hinc vates regius P*ſal.* 105. commixt ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. *Plutar. de l. educ. Tiraq. l.* 16. *connub.* 7. *c.* 1. *num.* 15. *l.* 6.

3 *Aſſertio.*

TErtio Præfectos regulares peccatis, quæ in Decreto Clementis non continentur, abſque facultate Capituli generalis, vel Prouincialis excõmunicationem addere, & eam reſeruare nõ poſſe. In quibuſcunque namque diſpoſitionibus attendenda eſt potius diſponentis voluntas, quam verba; cum non intentio verbis, ſed verba intentioni deſeruire debeant. *c. in his. ext. de ver. ſig.* M*enoch. cõſ.* 3. *num.* 11. Sed ratio expreſſa in dicta Conſtitutione ob quam adillam condendã Pontifex motus eſt, fuit ne ſubditi interdum Superiori ſuo conſcientiæ maculas detegere formidantes, in æternæ damnationis periculum, & ſpiritualis remedii deſperationem inducãtur, vt ex initio ipſius Decreti ſatis conſtat; & eadem ratio, & cauſa militat in eo caſu, in quo excommunicatio reſeruaretur; ergo Pontificis mens fuit, etiam excommunicationis reſeruationem prohibere, quod probabilius contra *Suarez. l. c. & Coriol. par.* 1. *ſect.* 1. *art.* 6. tenen.

nendam puto, & conſentit Megalus *lib.* 1. *Inſt. confeſſ. c.* 12. *num.* 8. *Sãch. de prec. l.* 6. *c.* 1. *n.* 15. *Molfeſ. tr.* 7. *c.* 20. *num.* 17. Atq. ita quoſdam alios doctiſſimos uiros in Academia Conimbricenſi ſic reſpondiſſe refert *Fagund. de precept. eccleſ. p.* 2. *l.* 8. *c.* 4. *num.* 5.

Quando caſus regularibus reſeruati expirent.

VBi illud vltimo loco annotandum, caſus Superioribus regularium reſeruatos deſinere eſſe reſeruatos, vt primum Superior mortuus fuerit, vel aliàs munere ſuo functus ſit, vel eo ſe abdicauerit; nam qui reſeruando iuriſdictionem abſtulit, eam ſibi retinuit, ſed vita functus eam amplius retinere non poteſt, cum mors omnia ſoluat; ac proinde vt prius libera remanet; niſi tñ, vt de Epiſcoporum caſibus dixi, illa peccata per modum conſtitutionis eſſent reſeruata: tunc enim niſi à ſucceſſore reuocentur, ad inſtar legis perpetuò durant, Idem *Megal. l. c. num.* 13. *Vgolinus de off. Epiſc. p.* 2. *c.* 40. *de cenſ.* 1. *tab. c.* 9. § 4 *Barthol. Metin lib.* 1. *Inſt. confeſſ. c.* 10. *Emanuel. Sà in v. caſus in fine Piaceſ. in prax. Epiſco. p.* 2 *tit. de caſ. reſ. n.* 17 *Nald. v. caſus Zerula in prax. Epiſ. in v. edicta ad* 3. *& in v. caſus ad* 4. *Fagundex p.* 2. *l.* 8. *c.* 1. *num.* 30 *Molfeſ. tr.* 7. *c.* 17 *num.* 45. *& ſeq.* Vbi excipiunt, quando quis ante mortem Prælati in aliquem caſum reſeruatum incidiſſet cum enim quò ad ipſum reſeruatio nõ tollatur, vtique per ſucceſſorem, vel per Capitulum ſede vacãte dari debet abſolutio.

De cauſa formali reſeruationis caſuum: vbi breuiter expeditur forma, & regula, quam Prelati tàm ſeculares quàm regulares in reſeruandis caſibus obſeruare debent.

Cap. IV.

QVoniam in humanis actionibus duo coniunctim requiruntur, vt veræ virtutis laudem obtineant; alterum, vt id quod geritur, rectum ſit: alterum, vt rectè geratur; ſic enim Deus in Deut. *c.* 16. præceperat, Quod iuſtum eſt iuſtè perſequeris, vt uiuas. Propterea videndum ſupereſt, quæ forma adhiberi debeat, vt caſuum re-

ſer-

ſeruatio recte, & laudabiliter fiat. Cum dubitandum non ſit quin in ea re magna prudentia, maturoque conſilio vtendum ſit, ne aliquid temerè, & perperam in negotio tanti momenti agi contingat. *Reginal.p.2.lib.1.c.11.n.12.* Spiritualis enim homo ait D. *Bernar. l.3.de conſid.* omne opus ſuum trina conſideratione præuenit; Primo an liceat, deinde an deceat, poſtremo an expediat, *c.magno ext. de voto. Gennenſ. in Man.* Paſt.c.5.

In reſeruandis caſibus prudentum, & peritorum conſilio vtendum.

Est ergò primo obſeruandum, Epiſcopos, & religionum Prælatos, qui ſapienter hanc actionem reſeruandorum caſuum moderari cupiunt, prudentum, & peritorum virorum conſilio uti debere, ut præcipitur in litteris Sacræ Congregationis Cardinalium, ad Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Card. & Archiepiſc. Neap. quæ habetur apud. *Steph. Quar. in ſūma Bullarij in v. caſus. & tradit* Graff. *l.1. de Arbit. Confeſſ. c.13. Arg. Bellug. in Spec. Princ. Rub.* 1. *& Borell. de Magiſt. Ed.* 1. *& l.1.c.8.*

Notum eſt enim eos qui cæteris præſunt, & clauum imperii moderantur, maximam curarum molem ſuſtinere, & tàm in priuatis, quam in publicis actionibus magnis inuolui difficultatibus. Ideò rectè ſenſerūt, qui ſummæ huic poteſtati alios in curarum partem aſciſcendos exiſtimarunt, tùm quod facilius munia reipublicæ ſociatis laboribus exequetur, ſi quidem multæ manus onus leuius reddunt: tùm quod melior, & prudentior æſtimabitur, quod ſolus omnia nō præſumit: nam ex Menandri ſententia: Sapiens eris ſapientibus ſæpe aſſidens.

Conſilij capiendi neceſſitas.

Sanctorum etiam Patrum, & antiquorum Philoſophorum ea ſemper fuit ſententia, hominem, ſibi in ipſis reb. grauibus, ac difficilibus gubernandis, ut plurimum minimè ſufficere, ſed præter ſupernum auxilium, etiam prudentium conſilio adiuuandum eſſe; ut ſicut ex multis ſcintillis lumen unum accenditur, ſic copulatis multorum mentibus, quæ antea diuiſæ erant, ſolidius, ac plenius humanarum rerum adminiſtrationibus proſpiciatur. Cum plus uideant

oculi, quam oculus, & nemo ſolus ſatis ſapiat. Ad quod reſpexit Euripides *in Phœniſſis*, cum ait.

Vir vnus autem nemo cuncta diſpicit.

& Sophocles in *Philocti.*

Rebus in arduis ſapienti,

Quid conſilij capiat, ſæpe eſt

Difficile. Ita vt rectè admonuerit Sapiens: *Eccle.* 32. Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pænitebis. *Et Prouer.c.* 3. Ne ſis ſapiẽs apud temetipſum. *Et Tob.c.* 4. conſiliũ ſemp. à ſapiẽte require. *Iuſtin. & Paleot. de Conſiſt. conſul. p.* 1 *q.* 1. 10. *Choc. in Polit. l.* 2. *c.* 23. *Genuen. in Man. Paſt. c. q.* 4.

Exempla.

SCribit Lampridius Seuerum Imperatorem cum ſciret, Senatũ eſſe animam, & rationem reipubl. & ſicut corpus ſine anima perire: ſic remotis conſiliis, publicas res peſſumire, nunquam aliquid ſtatuiſſe, abſque plurimorum Iuriſconſultorum, aliorumque peritorum cætu. Sæpeque illud iactabat, mori præſtare, quam precario imperare: Illum autem precario imperare dicebat, qui vni, vel paucis hominibus ſe credit, quorum arbitrio omnia permittit, adeo vt ex eorum ductu imperium gerat, reliquis vero, & ſi ſapientiorib. neutiquam auſcultet. Vnde & rectè religioſiſſimi illi veteres Imperatores dixerunt: Bene enim cognoſcimus, quod cum veſtro conſilio Patres conſcripti fuerit ordinatum, id ad beatitudinem noſtri Imperii, & ad veſtram gloriam redundare. *l. humanũ. C. de legibus.* Marcus Antoninus Imperator, qui ſapiens appellatus fuit, dicere ſolebat, æquius eſſe, vt ille tot, taliumque amicorum ſapientum conſiliũ (quo ſemper in rebus ſuis vtebatur) libenter amplecteretur, quã vt tot, taleſque ſapientes amici ſuam vnius voluntatem ſequerẽtur.

S. Pontifex in caſuum reſeruatione Cardinalium conſilium adhibet.

ET quod attinet ad Summum Pontificem (vt hoc vnum verbũ dicam) licet ſummam ac pleniſſimam habeat auctoritatem, ſummo loco ſedeat, plurimum videat, ac ſuperno lumine in rebus agendis commune Reipub. Chriſtianæ bonum concernentibus

adiuue-

adiuuetur, cum tamen & ipſe ſit homo, humana circundatus infirmitate, in reſeruatione caſuum, & in condendis Bullis, Aſſiſtentium ſibi Cardinalium conſilio, ex quadam vi directiua, vti eum par eſt, quò hæc caſuum reſeruatio, & Bullarum ſanctio fini, quem prætendit, deſeruiat qui quidem eſt, vt per excommunicationes in Bulla Cœnæ Domini reſeruatas, & alias Conſtitutiones, animarum ſalutem conſeruet, Chriſtianam Rempub. promoueat, & eccleſiaſticam libertatem, Apoſtolicamque auctoritatem ſibi à Deo commendatã tueatur. *Nauar. conſil. 25. de ſent. excom.* Hinc ex Iure Canonico, & multis Conſtitutionibus conſtat, eas de conſilio, & aſſenſu fratrum conditas fuiſſe, *vt patet in extrauag. com. c. ſuper cathedram. tit. de ſepult. c. cum inter ext. de elect. c. 1. de renunciatione 6.* Probè enim ſcit Sũmus Pontifex, quod ait Sapiens. *Prouerb. c. 8.* Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus: & quod Apoſtoli ſal terræ, & lux mundi à Chriſto deſtinati, quamuis omnia à Spiritu ſancto edocti, inter ſe ſe ſæpius inierunt conſilia. *Bernard. Reſſign. de diſcip. Chriſtianæ perfect. lib. 3. c. 22. Gabriel. Card. Paleot. de ſacri conſiſt. conſult. p. 1. quæſt. 3. art. 8.*

An Papa conſilium quod requirit ſequi teneatur.

VBi etiã illã q̃onem diſcutiũt, an Papa quando conſiliũ requirit, qđ ei bonum, & ſalutare proponitur, teneatur illud ſequi, &c. De qua re *Aymon. conſ. 1. Couar. de ſponſ. 2. par. c. 3. §. 8. num. 3.* vbi tradũt, quod licet q̃s conſilium petere debens regulariter illud ſequi non teneatur, fallit tamen vbicumque conſilium viri in dignitate conſtituti exigitur, tunc enim eius conſenſus neceſſarius eſt. Vt communem aſſerit *Socy. in l. 2. §. voluntate ff. de ſolut. mat.* Sc̃do excipitur quoties ab aliquo tanquam à Collega, & officii participe petendum eſt, vt per *Sanchez. de præcep. l. 5. c. 4. n. 65. & l. 6. c. 8. n. 82.*

Epiſcopi an in reſeruandis caſibus aliorum conſilium adhibere debeãt.

QVò ad Epiſcopos pariter dicendum eſt, in conſtituendis caſibus reſeruatis conſilio virorum rerum vſu, & peritia præſtantiũ, vti d̃cre. *Graſſ. conſ. 1. n. 46. de cognat. ſpirit.* Genuẽſ. in Man.

*Paſt cap.4.num.4. Zecch. de munere Epiſcopali c.7.num.*34. Hoc enim prudentiæ ratio, quæ in ipſis eſſe debet, proculdubio poſtulat, Nam cum illa dicatur recta norma rerum agendarum, illius auxilio homines iuuantur, non tantum vt numera, quæ ſibi incumbunt, cautè, & circumſpecte obeant, ſed etiam ut ſalubria à peritis documenta ſuſcipiant; quod ad docilitatem pertinet, quæ prudentiæ pars integralis dicitur. *D.Thom.* 2.2.*quęſtio*.49.*Art* 3 Quod eò magis exigitur, cum ea res quam aggredi quis nititur, illius eſt ponderis, & grauitatis, ut probabiliter agentis ſcintiam, & experientiam tranſgrediatur, quippe qui in eo rerum genere nunquam ſe exercuerit. Quod quidem in humanis actionibus ſæpe accidere ſolet, quæ vt plurimum ab experientia pendent; in quibus ſanè plus proficit expertus, quam qui rationem ſequitur. vt ait *Ariſt. lib.*1. *Metaph.c* 1.*Cardinal.* Palaot. *de ſacr.conſiſt conſult.p.* 1.*q*.1.

Cauendū eſt aūt, ut reſeruationes, leges, & edicta captioſa, obſcura, atq. ambigua, & valde difficilia nō ſint, ſiquidē paria ſūt aliqd nō dicere, & dicere, ſed obſcure *l. de ætate* §. *nihil ff. de interrog. act. Nau. conſ.*6. *de Hęret.* Et difficultas ac impoſſibilitas æqui parantur *l. Nepoſ. ff. de verb. ſignif.* Nec debēt eſſe cauſa delicti, quod ad laqueum potius, quam ad ſalutem forent. *Bald. in l.* 2. *C. de Ind. vid. toll* atq. ſic conſulit. *D. Iſidorus relat. in c. erit autem lex. diſt*. 4. *Sotus l.* 1. *de Iuſt. & iur. q.* 5. *a* 3. *Borel. de Mag. edictis l.* 2. *c.* 5. *& ſeq.*

Epiſcopus quorumnam conſilio in reſeruandis caſibus vti debeat.

IN hoc autem negotio Doctorum, & expertorum uirorum, præſertim Pœnitentiariorum opera, qui in eius Cathedrali Eccleſia præficiuntur, deſeruire poterit; ipſi enim cum & rerum peritia, & experientia ex munere audiendarum confeſſionum, & conſultationum parta, ingenii acumine, & uirtutis integritate præſtantes eligi ſoleāt, magis norint, quæ ſcelera, & delicta, tàm in Vrbe, quàm in diœceſi graſſentur; quæ remedia, & antidota adhiberi oporteat, *vt dixi in trac. de humana vita ſtatibus, & eorum obligationib. p.* 1. *c.* 10. ubi etiam ex DD. tradidi. Pœnitentiarios in his, quæ ad forum pænitētiæ, & cōſciē ſpectant, Vicarios ab Epis ſolere cōſtitui, & pariter præfici, ut eoſdem inferiores Cōfeſſarii in dubiis, quæ circa con

ſeſ-

feſſiones accidunt, conſulant. Quod D. Carolũ in primis obſeruaſſe ibidē, & alibi diximus. Vñ ſicut ridendus eſſet, qui in morbis corporis alios quam medicos acceiſeret, aut in nauigatione alios quam remiges, & nautas, aut in agro colendo alios quàm agricolas adhiberet: ſic in conſiliis in hoc rerum genere petendis, abſurdum uideretur eos omninò prætermitti, qui hoc fere profiterentur, & qui in huiuſmodi rebus ſunt uerſati: cum regula ſit, magiſtris artis, & in ea peritis, concedendum eſſe. *Val.Max. lib.7.c.12.* Et vetus eſt prouerbium, Qui conſulatum geſſit, ſcit quid in eo munere accidat. Et eſt vulgatum dictũ, Fruſtra in agris quæri, quod domi habetur. Vnde *Abbas. in c. ad noſtrã. ext. de conſuetud.* refert Bartolum in cauſis in quibus ab eo conſilium petebatur, præſertim ſi ad humanos, & ciuiles contractus ſpectabant, cum mercatorib. conferre ſolitum. Nec non ſcimus Q. Mutium Scæuolam I.C. qui Vrbis Oraculum habebatur, quoties de iure prædiatorio conſulebatur, ad Furium, & Caſellium huius artis peritos conſultores reieciſſe. Quod non ſolum eius auctoritatem non minuebat, uerum etiam uiri prudentiam commēdabat, cum quiſque artem quam profitetur, cæteris melius noſſe cenſeatur.

Bonon. Eccleſiæ mos.

QVa ratione pro recta adminiſtratione *Bononienſis* Eccleſiæ ſalubriter inſtitutum eſt, ut Pœnitentiarii, qui in Metropolitana Eccleſia deputantur, decimo quinto quoque die, & ſæpius etiam ſi occaſio poſtulabit, omnes una coram Illuſtriſs. Archiepiſcopo congregentur, ibique de grauioribus caſibus agant, aliiſque neceſſariis rebus, quas in confeſſionibus audiendis animaduerterũt, conſultatione, aut remedio aliquo indigere, ut habetur in Archiepiſcopali Bonon. *p. 3. de Sacramento pœnit.* Bene quippè Taſius Hermonæus interrogatus, quidnam in ciuili uita præcæteris ſapientius eſſet? &c. experientia reſpondit: nimirum quod in ciuilibus, & politicis negotiis, praxis ſit rerum agendarum magiſtra. Acies quidē ingenii eruditione acuitur, & expolitur, at uis agendi multis experimentis, rerumque tractatione perficitur. Et Demades optimè in repub. uerſatus, cum aliquando interrogaretur quem in ſapientia, quærenda præceptorem habuiſſet? reſpondit tribunal, ſentiens in reb. agendis praxim eſſe qualibet præceptione potiorem. Vnde eſt

illud

illud vulgatum, quod praxis eſt uera legum intellectrix *Caſtel. Cottain Mem. in v. Practica. Tuſch. in v. Practica. concl. 466. & v. Stylus. concl. 495.*

Regulares Prælati Aſſiſtentium ſuorum opera, & conſilio vti debent.

QVod etiam ad regulares Prælatos attinet, dicimus pariter, ipſos ſuorum Aſſiſtentium, vel Diffinitorum opera, & conſilio in hac actione reſeruandi caſus pro cætu, ac congregatione vti debere. Aſſiſtentes namque, & alii ſapientes viri regularib. Prælatis aſſident tanquam conſiliarii, & adiutores, in his rebus, quæ eorum curæ, & induſtriæ demandantur, vt ſicut lapidum conflictu ignem, elici uidemus ſic plurium diſquiſitione: veritas magis eluceſceret, & alter alterius induſtria, & rationibus iuuaretur; cum firmius ſit iudicium, quod plurimorum ſententia confirmatur, & facilius inueniatur, quod à pluribus quæritur. *c. prudentia. de off. delegat. per excellentiſſimas 11. q. 3. Neuizan. in proœmio ſyluæ nupt.*

In agendis dubiis, & arduis certitudo diuinæ voluntatis ante operis inchoationem inueſtiganda eſt. *arg. c. cum Paulus. 1. q. 1.*

Hæc autem certitudo tripliciter quæri poteſt. Primo per illuminatorum conſilium. Secundo per orationis patrocinium. Tertio per expectati temporis ſpatium. *ait D. Bernard. Senen. fer. 6. poſt Pent. ſerm. 3. c. 4.*

Nullus quamuis doctiſſimus, & maximè expertus inuentus aliquando eſt, qui ad omnia præſtanda, quæ prudentia præcipit, parem afferre poſſe vim ingenii, atque induſtriam affirmarit. Imò quo quiſque ſapientior, eò magis indigum ſe eſſe fatetur. Auguſtũ Cæſarem cum quippiam feciſſet, cuius deindè pœniteret, cum ſenſit damna, ſcribit *Seneca. lib. 6. de benef. c. 32.* ſæpe exclamaſſe: Horũ mihi nihil accidiſſet, ſi aut Agrippa, aut Mœcenas vixiſſet: horum quippe conſiliis vtebatur, dum viuerent. D. Auguſtinus Epiſcopus tot annorum dicebat, ſe paratum eſſe ab anniculo puero edoceri. *c. ſi habes 24. q. 3.* Vnde etiam eſt illud ſapientis dictum.

Tres infelices in mundo dicimus eſſe,
Infelix, qui multa ſapit, ſpernitq; docere,
Infelix, qui pauca ſapit, ſpernitque doceri,
Infelix cuius prodeſt ſapientia nulli.

D. Baſilius in homil. de legen. lib. gent.

Epi-

Epiſcopi, & religionum Prælati Clem. VIII. Decretum obſeruare tenentur dum ſibi caſus reſeruant.

MAtura ergo deliberatione, & conſultatione cum peritis, & ſapientibus viris habita, quò ad formam, quæ in reſeruandis caſibus adhibenda erit, Epiſcopi, & religionum Prælati Decreta quæ Clemens VIII. illis præſcripſit diligenter inſpicient, & obſeruare ſtudebunt. Nam quod ad Epiſcopos attinet, Sacra Congregatio Cardinalium ſpeciali eiuſdem Pontificis mandato, & viuæ vocis oraculo ſuper ea re habito, in declaratione Decreti, quæ incipit, Cum autem dubia; decernit, vt locorum Ordinarii ad quos caſuum reſeruatio ſpectat, ea in re modum non excedant, & vt non paſſim, ſed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantũ & grauiorum criminum abſolutionem ſibi reſeruent, quorum reſeruatio ad Chriſtianam diſciplinam retinendam conferat, & in ædificationem, non autem in deſtructionem cedat; ne aliòqui ſacramenti pęnitentiæ miniſtrorum coarctata poteſtate, Sanctæ Matris Eccleſiæ piæ menti contrarius effectus ſubſequatur.

Caſuum reſeruatio prudenter facienda.

EOrum quippe arbitrium regi debet ſecundum prudentiæ, charitatis, & iuſtitiæ leges, habita ratione, tùm ad qualitatem, & numerum caſuum reſeruandorum, tùm ad qualitates, & conditiones ſubditorum, ad quorum utilitatem, & ſalutem caſus ipſi reſeruandi ſunt. Cum ut etiam ait *Alex. 4. in cap. non ſolum. de regul. in 6. & Molfeſ. ſ. inf. cit. tr. 7. c. 19.* deceat, & expediat, ut puritati conſciẽtię iudicium rationis non deſit, ac unde ſpiritualis profectus quęritur, ſalutis diſpendium conſequatur.

Sicut etiam dicimus in corrigendis peccatis, conditiones loci, tẽporis, & perſonarum perpendendas eſſe, ita ut emendatio ſperetur, aut ſaltem deterior exitus nõ timeatur: cum iuxta uetus proloquiũ, Fruſtra niti, neque aliud ſe fatigando, niſi odium quærere, extremæ dementię ſit: *Saluſt. in proœm. belli Iugurt.* Cui conſonat illud *Seneca epiſt. 29.* Magno uiro tentandum non eſt, quod ſuccedere non poſſit, &c.

Sic

Sic prudenter S. Mater Eccleſia à cenſuris abſtinet, quando animaduertit, illas non medicinales, uel proficuas fore, ſed detrimentum, mortem, aut deſperationem inducturas. *c. prodeſt. 23. q. 5. Iaſ. in l. quod iuſſit. num. 41. ff. de re iud. Fely. in c. ſcribam. ext. de præſump. Graff. 4. deciſ. aur. c. 1. nu. 25. arg. D. Tho. in 4. d. 18. q. fin. art. vlt. Genuenſ. in Man. Paſt. c. 64.* ubi aiunt Superiorem poſſe imo & debere inuitũ ſubditũ ab his cenſuris liberare, ſi uideat illius aĩę expedire.

Prælati in concedenda facultate abſoluendi à caſib. reſeruatis faciles eſſe debent.

QVa etiam ratione aſſerunt DD. quod cum animarum ſalus, & commune bonum promoueri debeat, Superiores in concedẽda facultate, qua ſubditi à caſibus reſeruatis abſolui ualeant, faciles, & benignos (cum delectu tamen) ſe prębere dñt, ſic.n. & cõi utilitati proſpicitur, & confeſſionis iugum magis ſuaue, & minus graue redditur. Et ut ait D. *Chryſ. relatus in c. alligant. 26. q. 7.* Melius eſt errare in miſericordia remittendi, quàm in ſeueritate ulciſcendi. D. *Thomas in opuſc. 19 contra impug. relig. & in 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 3. Pius V. in ſua Conſtitut. incip. Romani Pontificis. Sotus in 4 ſenten. diſt. 18 q. 2. art. 5. Miranda. tom. 2. q. 34 art. 9. Nauar. in c. placuit. num. 119. & ſeq. de pœnit. d. 6. Henriq. lib. 3. de pœnit. c. 15. num. 6 Suarez. diſt. 30. ſect. 4. Molfeſ. tr. 7. c. 21. num. 5 Petrus Sot. lect. 5. de miniſtro confeſſionis.* ubi etiam ait, non tantum abſolutionem peccatorũ permittendã, ſed etiam multorum uotorum diſpenſationem, quæ à pueris, uel mulieribus leuitate aliqua fiunt, cum tamen regulariter inferioribus Sacerdotibus diſpenſare à iure non concedatur.

Concilii etiam Tridentini Patres ſapienter ſanxerunt, ut præter ordinarium confeſſarium, monialibus extraordinarius bis, uel ter in anno concedatur. *ſeſſ. 25. c. 9. Graff. lib. 1. deciſ. aur. c. 13. nu. 73. Viuald. in cand. aureo. p. 3. c. 4. num. 2.* Vbi multum rationi conſentaneũ etiam cenſet, ut Epiſcopi Confeſſariis ſanctimonialium, quos ut idoneos ad huiuſmodi munus elegerunt, quò illud clam, & cũ omni religionis pace, & bono exemplo obeant, omnes ſuos caſus, & facultatem in hoc ſuam impertiant.

Hoc etiam ſapienti iudicio ductus Clemens VIII. in ſua conſti-

tio

tutione decreuit, ut nullus regularis Prælatus poſſit ſubditos ſuos cogere, ut ſibi peccata ſua confiteantur, quinimò, ut infra dicetur, prohibet ne Superiores inferiorũ confeſſiones audiant, niſi ſe uoluntariè, & ſpontè eis ſubieceriut.

Vnde etiam dicendum uř q̃d licet nouitii Præpoſito, uel Magiſtro confiteri debeant, aliquando expedire ut eis extraordinarius Confeſſor exhibeatur, ſacrilege enim multoties confiteri compertum eſt, timẽtes ne illis profeſſionis tempore ſit ſuffragium negaturus. &c. *arg. Roderiq. p. 1. ſumma. c. 184. num. 16.*

Et ſi imprudenter reſeruatio caſuum à Prælatis fiat facta tamẽ valet.

VBi tamen illud aduertendum, quod licet Præſules imprudenter, & contra hæc Pontificia decreta peccata reſeruando grauiter contra charitatem, & iuſtitiam peccent, ſi per hanc iniuſtã reſeruationem nimium ſint ſubditis oneroſi, vel eos aliquibus animarum laqueis, & periculis exponant, vel cum opus eſt, facultatẽ abſoluendi non delegent; nullo tamen modo dicendum eſt, talem reſeruationem eſſe irritam, vel nullam, propter ſimilem reſeruantis imprudẽtiam. Nec enim ibi abſoluta poteſtas deeſt, nec actus eſt cõtra eſſentialem formam, cum aliud ſit, actum poſſe dici imprudentem, vel iniuſtum, & aliud nullum. Sicut ſnīa alia eſt iniuſta, & alia nulla. Et teſtamentum aliud iniuſtum, & aliud irritum. Et excommunicatio alia nulla, & alia iniqua. Siquidem nullum id dici ſolet, quod ſubſtantiali formæ legis repugnat; iniuſtum quod in aliis rebus peccat. *Bal. & Iaſ. in l. non dubium. C. de legibus. Sayrus de cenſ. lib. 1. cap. 16. & 17.*

Sicut etiam in diſpenſationibus videre licet, quæ licet iniuſtè, imprudenter, ſine cauſa, & peccaminosè in legibus à ſe conditis à Prælatis fiant; validæ tamen ſunt, & à iure ſuſtinentur. *Innoc. in c. cum ad monaſterium de ſtatu monach. Fely. & Decius in c. at ſi clerici. §. de adulteriys. ext. de iud. Sanch. lib. 8. de matr. diſp. 17. q. vlt.*

Vnde dicendum eſt quod cum talis reſeruatio ſine cauſa facta ſit valida, quãuis illicita, abſolutio cõtra eam datã neceſſariò inualida erit. *Sylueſt. v. Confeſſ. 3 n. 5. Graff. l. 1. Deciſ. c. 13. n. 77. Suar. tom. 4. de pœnit. d. 29. ſect. 4. n. 8. Fagundex. 2. p. l. 8. c. 1. n. 25.*

Atque idem pariter ſuo modo dicendum eſt de forma, quæ in reſeruatione caſuum regularibus Prælatis Pontificio decreto præſcripta eſt, vt ſcilicet eam ſub pęna lethalis culpę obſeruare teneantur; quamuis ſi in ea ab ipſis imprudenter, vel ſcienter peccetur, actus tamen reſeruationis valeat: modo, vt plerique volunt, Superiores alios caſus, quàm præſcriptos nõ reſeruent, ita vt abſolutio ſine facultate impenſa irrita ſit.

Quid Clemens VIII. circa caſuum Epiſcopalium reſeruationem obſeruandum ſanxerit.

PRohibet autem Summus Pontifex ne locorum Ordinarii reſeruent ſibi, caſus in Bulla Cœnæ Domini contentos, nec ſpecialiter Sedi Apoſtolicæ reſeruatos. Non promiſcuè eos, quibus annexa eſt excommunicatio maior à iure impoſita, niſi propter frequentiam, ſcandalum, aut aliam neceſſariam cauſam, aliquos reſeruandos iudicauerint. Non eos, in quibus niſi facta reſtitutione, vel executione, non datur abſolutio. Non eos, in quibus licet culpa mortalis adſit, in rebus tamen parui ponderis verſantur, & frequenter inter idiotas euenire ſolent, vt damni dati, & ſimilium. Non peccata carnis, in quibus ſcandaloſum periculum contingere poſſit, vel certè aliquid ſuſpicionis, ob frequentem reditum ad ordinarios Iudices. Iubet autem, vt admodum paucos caſus reſeruent, multitudinem reſecando, eoſque maximè neceſſarios, & grauiores, quos reſeruandos iudicauerint ad retinendam diſciplinam in ædificationem, & non in deſtructionem animarũ, conſiderata diligenter cuiuſque Prouinciæ, & populorum moribus natura, & propenſione, pro cuiuſque diœceſis ſtatu, & qualitate. *Molf. tr. 7. c. 19.*

Monẽtur etiam Ordinarii, vt tam in Vrbe, quàm in diœceſi Pænitentiarios delegent, qui aliis Cõfeſſariis facultatem abſoluendi à reſeruatis concedant, & impertiant, idque maximè in ſolemnioribus, & præcipuis anni feſtiuitatibus, vt peccatores quibus obuia, & facilis fuerit huiuſmodi Sacerdotum copia, ad peragendam confeſſionem alliciantur. vt habetur apud *Steph. Quarantam in ſumma Bullarij in v. caſ. reſeruati, & Paul. Piaſec. in praxi Epiſ. p. 2. c. 1. tit. de caſib. reſer. Marc. Ant. Genu. in Man. Paſt. c. 62. Molf. tr. 7. c. 14. n. 79. Megal. lib. 1. c. 13. num. 24.*

Vni-

Vnicuique regioni, & vrbi proprij ſunt mores, &c.

VT in corpore phyſico. teſte *Gal. lib. de temp.* quotidie aggregatur aliquid, quod quandoque curatione indiget, ita quoque reſpub. vel ciuitas gliſcentibus vitiis, ſic aliquando corrumpitur vt tam externo, quam interno remedio curari debeat. Nec dubiū, quin vt tradit *Liuius l.* 45. varient hominum ingenia, & tam ciuitatibus, quàm ſingulis hominibus ingeniti, & peculiares inſint mores, genteſque aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ, in vinū, in venerem aliæ proniores ſint. *Ex* quo profectum videtur illud adagium, aliàs à nobis vſurpatum, Mores hominum, & plantarum ſemina ad regionis habitum reſpondent. Et huc pertinet determinatio *Conc. Nannat. cap.* 11. qd̃ refertur in *cap. quando. diſt.* 24. Vbi inſtitutum eſt, ordinandorum patriam inueſtigari debere, vt proinde ſciatur, quibus ipſi ſint moribus imbuti, cum, ex patria mores, & inclinationes aſſumantur. *Pet. And. Canon. in* 1. *Hipp. aphor. Tiraq. l.* 7. *connub. num.* 17.

Prælati difficiles in concedenda facultate abſoluendi à caſibus reſeruatis ſe præſtare non debent.

SAne Prælati tā Eccleſiaſtici quā regulares, ut alibi dictū eſt, in cōcedenda facultate, vt q̄s ab aliquo caſu reſaruato abſoluatur, difficiles ac rigidi eſſe non debent, ob maxima pericula, & incommoda, quæ ex hoc oriri poſsūt. Vnde vere S. *Iuo Epiſt.* 82. Immoderatus inquit, diſciplinę rigor quos corripit, non corrigit, ſed in laqueum Diaboli præcipitanter impellit. Animaduertere deberent, pęnitentiæ ſacramentum ex ſe ipſo graue eſſe, & multa continere, quæ debilibus metum incutiant, & puſillanimes timidiores reddāt. Miniſtrorum autem Chriſti eſt onus illud quò ad fieri poteſt alleuiare, lenitate potius quàm ſeueritate utendo. Et præſtat pęnitentes aliàs bene diſpoſitos in Purgatorium mittere, quàm rigore nimio efficere vt in Infernū deſcendant. Idq. etiam colligitur ex Conſtit. *Pij V.* pro regularibus in illis verbi, Eiſdem tamen Prælatis in vſu huius poteſtatis præcipimus, vt cum ſibi ſubditis benignos, & faci-

les ſe exhibeant,& ex *D. Thom.in 4.ſent.diſt.17.q.3 art.3.* Quia tamen om̃ia extrema vitioſa ſunt, cauere debent ne contra in hoc ſerio negotio non ita faciles ac remiſſi ſint,& ſalutis aĩarum ſuorũ ſubditorũ immemores,&prædictã autoritatẽ de facili cuilibet abſque delectu, & diſcrimine committãt cõtra illud Sapiẽtis. Cui det videto. *Miranda in Man.Pralat.tom.2.q.34 art.9. Coriol de caſ reſer.p.1 ſect.1.art.17.Suar.tom.4.diſp.30.ſect.4.Reginal.l.8.num.43. Coninch.de miniſtro pœnit.diſp.8.n.108. Molfeſ.tr.7.c.21.n.35.& ſeq.*

Monitum.

HIc porro eſt etiam illud obſeruandum facultatẽ à caſibus reſeruatis abſoluendi quam in ſcriptis tantum quò ad Epiſcopales concedi ex Decreto. Clement. VIII. concedi permittebatur ex eiuſdem Decreti declaratione, etiam ſola viua uoce poſſe dari. Sicut etiam Parochi in die Paſchatis ſuis ſubditis Sacram Euchariſtiam præbere tenentur, & illis aſſerentibus Confeſſarijs regularibus fuiſſe onfeſſos, licet fidem vel atteſtationem inſcriptis non deferant;nam cum de Confitentis ſolius præiudicio, ſi falſum dicat agatur,in animæ iudicio ſimplici illius verbo ſtandum erit, vt ſtatuit *Bened.11.in Extrauag.Inter cunctas. tit.de priuileg. Gloſ. in Clem.1.de priuileg.& in c.placuit de pœnit.l.6. Iaſ.in Rub.ff.de acq. hæred. Belloch.de caſ.reſ p.1.q 2.num 33.*

Quid regulares in reſeruandis caſibus obſeruare oporteat.
1 Præceptio.

PRimo vt non liceat Superiorib. regularium confeſſiones ſubditorum audire,niſi quando peccatum aliquod reſeruatum admiſerint, aut ipſimet ſubditi ſponte, ac proprio motu id ab his petierint. Cuius diſpoſitionis illa cauſa aſſignari poteſt, quod vt ſupra dixi,multi ſunt adeò infirmi,& imbecilles, quod potius eligerent ſine confeſſione ex hac vita decedere,quàm tale peccatum Superioribus confiteri, quandoque ob verecundiam,quia erubeſcunt apud illos culparum labes detergere,cum quibus quotidie verſantur, vel quia valde timent illis, confitendo bonum nomen amittere, uel

quia

quia ſuſpicātur, eos eſſe ſibi infeſtos, & aduerſarios, & propter alias multas cauſas, quas Monaſteriorum Pęnitentiarii probe norunt.

2 *Perceptio.*

PRopterea ſecūdo loco idē Pōtifex ſtatuit, ut Superiores Pręfecti in ſingulis domib. deputent duos, tres aut plures Confeſſarios ꝓ ſubditorū numero, maiori, uel minori; iique ſint docti, prudentes, & charitate prędìti, qui à non reſeruatis illos abſoluant; & quibus etiam reſeruatorum abſolutio committatur, quando caſus occurrerit, in quo eam debere committi ipſe in primis Confeſſarius iudicauerit.

Ex quibus uerbis conſtat, regularium Superiores non ſolum debere abſolutionem reſeruatorum Confeſſariis Monaſterii committere, ſed etiam eorum iudicio ſtandum eſſe an abſolutio committenda ſit.

Quo in negotio tamen maturè hoc agant, caueantque, ne perperam, & temerè iudicent eſſe abſolutionem impertiendam, quando peccatum admiſſum in damnum Congregationis, vel alterius perſonæ vergeret, cui ſolus Superior ſaluo ſigillo, remedium adhibere poſſet. Nam per conceſſionem liberi arbitrii, nil contra bonos mores, vel in præiudicium alterius conceſſum cenſetur. *Menoch. lib.* 1. *de arb iud. q.* 13. *n.* 8. *&* 14. *& conſ.* 64. *Graff. de arbit. Confeſſ. in proœmio. Tuſchus. in v. arbitrium Concl.* 470.

Ex quo facilè colligi poteſt, quanta ſapientia, & prudentia Monaſteriorum Pęnitentiarii fulgere debeant, & quàm meritò Clem. VIII. eos doctos, prudentes, & charitate præditos exigebat, vt videlicet cauſas nouerint iudicandas, & peccatorum grauitatem cū omnibus circunſtantiis perpendant, aut ne aliquo inordinato affectu excæcati, licere iudicent quod non licet, aut è contra; ſeu abſolutionis beneficium indigno tribuant, ex quo vtriuſque condemnatio conſequatur. Nam ſi cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadent. *Matth. c.* 5. *& in c. cum ſit. ext. de ętate, & qualitate.* Prout tradidi in 1. *p. de Exam. tr.* 5. *c.* 1.

Boni, & idonei Confeſſarij partes.

QVod etiam D. Benedictus ante *in regula. c. 46.* his verbis animaduerterat: Si animæ peccati cauſa latens fuerit, tantum Abbati, aut ſpiritualib. ſenioribus patefaciat, qui ſciant curare ſua, & aliena vulnera, non detegere, aut publicare. Cui etiam D. Auguſtinus relatus in c. *Sacerdos. 3. q. 7.* ſubſcribit, cum dicit, Sacerdos, vt ſapiens, & perfectus medicus primum ſciat curare peccata ſua, & poſtea aliena vulnera detegere, & ſanare, & non publicare.

Quippe Sacerdotē non ſolū ordine, ac Iuriſdictione inſtructū eſſe oportet, ſed doctrina quoq., & ſcientia, atque vſu earum rerum quæ huius ſacramenti partes, naturamque attingunt, ne quid per imprudentiam, aut inſcitiam erret, cum in eius adminiſtratione, & Iudicis partes ſuſtineat, & medici. Illius quidem vt indagare delicta pęnitentis, eorumque genera diſtinguere, & quæque grauia, quæque leuia ſint, ducta cuiuſque generis, ſtatus, ordinis, ratione, internoſcere, ac diiudicare poſſit. Huius vero vt animi morbis commode, & prudenter mederi ſciat, & ſingulis apta, ac ſalubria remedia adhibere, vt non ſolum in præſentia omnis, qua æger premebatur morbi vis depellatur, ſed etiam in poſterum valetudo eius firmior, munitiorque reddatur. Ad has doctrinæ atque prudentiæ laudes, quibus ſacræ pœnitentiæ miniſtros præditos eſſe conuenit, illæ quoque haud minus neceſſarie ſupra ſignificatæ accedere debent, fides, ſcilicet, & taciturnitas, quæ vt perpetuò ſanctæ illis inuiolatæque ſint, Eccleſiaſticis legibus ſeuere, ac diligenter eſt cautum. Demum ea vitæ innocentia, ea morum integritate, his pietatis, & religionis ornamentis nitere Confeſſor debet, vt ex his quoque, & fiducia pęnitenti addatur, & eius animum tanta viri veneratio inceſſat, vt iudicio monitiſque eius non parere magni piaculi inſtar ducat, vt colligitur ex *c. omnis. ext. de pœnit. & remiſſ. & Clem. Dudum. § Statuimus de ſepul.* D. *Baſilio in ſerm. de abdicatione ſeculi.* D. *Bernardo ad Fratres de Monte Dei. D. Bonauent. de purit. conſcientiæ. cap. 16. & lib. 2. Phar. c. 13. Caiet. & alijs ſummiſtis in v. confeſſor. Synodo Amer. de pœnit. c. 115. Ricc. in Praxi var. reſol. reſ. 21.*

Vnde Epiſcopus grauiter peccat ſi Cōfeſſarios idoneos, & prędi

ctis

ctis conditionibus præditos in ſua diœcc. ſi non eligit; cum ab ignaris, & improbis ſacramenti pęnitentiæ miniſtris quęuis mala procedant. *c. inter cætera. ext. de off. ordin. Genuen. in Man. Paſt. cap. 6* 2. Ideq; de Pręfectis regul. dr. ſi idoneos i monaſteriis nō deſputēt. &c.

Addo approbationem, & licentiā ab Epiſcopo ſeculari, vel regulari Confeſſario ad excipiendas confeſſiones conceſſam, etiam ſi examen pręceſſerit, poſſe ab eodem Epiſcopo ex iuſta, & probata cauſa auferri, vt ſi ſcandaloſe viuat, errores diſſeminet, indignos abſoluat, fœminas ſolicitet, ſurdus efficiatur, &c. *arg. c. accepimus ext. de ætate, & qualit.* & ex cōi tradit *Fagundez de Præcept. Eccleſiæ p. 1. l. 7. c. 2. num.* 31. Quod tñ non procedit in Confeſſariis admiſſis à regularib. Superiorib. pro fratribus. &c. *arg. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 15.*

3 *Præceptio*.

TErtio pręcipit ibi Summus Pontifex, tàm Superiores pro tempore exiſtentes, quàm Confeſſarios, qui poſtea ad Præfecturæ gradum promoti fuerint, diligentiſſime cauere debere, ne illa notitia, quam de aliorum peccatis in confeſſione hauſerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur, de qua re videatur. *Sanchez. lib.* 3. *de matrimonio d.* 16. *Mart. Delrio lib. 6. diſq. mag. c. 1. ſect. 2. Suar. d. 33. ſect. 6. & 7. & P. Onuphrius in tract. de ſacro ſigillo. ſect. 2. q. 2. dub. 1. Coriolan. p. 1. ſect. 1. art.* 13. Et nos alibi ſæpius.

4 *Præceptio*.

QVarto concedit Superiorib. vt eis liceat graues pęnitentias determinare quibuſdam peccatis, etiam non reſeruatis, quæ ſubditos ab huiuſmodi perperrandis cohibere poſſint.

Ex quibus verbis conſtat à fortiori, hoc multo magis licere in caſibus reſeruatis: nam olim etiam in Eccleſia Canones pęnitentiales extabant, in quibus pęnitentię pro grauibus delictis imponendę taxari ſolebant, q. videri poſſunt in Decreto Gratiani, & diligēter collecti ſunt ab Hoſtienſi in *ſumma. de pænit. & remiſſ.* §. *quæ pęna*.

Quos & ſi pro foro externo, non vero in interiori iudicio plerique DD. recentiores in telligendos eſſe velint, expedit tamen Confeſſarios eos ſcire, & prę oculis habere, vt pœnitenti oſtendatur quàm

graui pœnitentia dignus ſit eamq. libêtius amplectatur, & in futurum relapſum caueat. *vt per Reginal. l. 7. num. 50. Anton. in Catechiſ. Neap l. 1. c. 30. Molfeſ. tr. 7. c. 25. Chap. c. 12.*

Et in quolibet fere religioſo ordine extât pœnitentiales Canones ad quorũ normam pniæ à Confeſſariis infligendæ dirigendæ ſunt, Regularia tñ ſtatuta quibus cauet, vt qui tale delictum commiſerit, ipſo facto ſit ſuis officiis priuatus, intelligenda ſunt vt prius Superioris Iudicis declaratio requiratur. Idem *Molfeſ. tr. 6. c. 8. n. 23.* & alij.

Et quod de pœnitentia dictum eſt, intelligendum eſt etiam de quacunque condigna ſatisfactione, aut alia conuenienti medicina, ſi neceſſaria, aut valde conueniens iudicetur.

Quare Superior poterit aliquando interrogare ſpeciem culpæ, & conſuetudinem, vel alias circunſtantias. In vſu verò huius poteſtatis tàm quò ad pœnitentiam, quàm etiam ad medicinam, prudentia opus eſt, & moderatio adhibenda; regulaliter enim prima interrogatio neceſſaria non videtur, niſi quando Superior non multum cõfideret de prudentia, & legalitate eius, cui talem cauſam committit. Secunda etiam omittenda foret, quando huiuſmodi circunſtantiæ ſine manifeſtatione, vel ſuſpicione perſonæ declarari non poſſunt: cum hoc enim periculo nec ipſe interrogare debet, nec alter reſpondere tenetur. *vt per Suarez diſp. 30 ſect. 5.* & alios communiter. Et de hoc etiam in ſequenti capitulo dicetur.

De abſolutione caſuum reſeruatorum, & de modo quo quis tàm iure ordinario, quàm iure delegato, tàm directè, quàm indirectè à caſibus reſeruatis abſoluitur.

Cap. V.

CVm topica & legalis extet regula, quod contrariorum eadem eſt ratio, ſcientia, & diſciplina, & cognito vno contrario, cognoſcitur & reliquum. *l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Euerardus in topica legali in loco à contrarijs.* Sicut ex ſuperius allatis liquet, tria perſonarum genera, ordinariã iuriſdictionem ad reſeruandos caſus habere, quæ ſunt, Summus Pontifex, Epiſcopi, Abbates exempti, & nullius diœceſis, & Religionum Prælati, Epiſcopali iuriſdictione fungentes; ita etiam ad eos ordinario iure, & directè, ipſa abſo-

abſolutio ſpectabit,quandoquidem eius eſt ſoluere,cuius eſt ligare; & omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur;& nihil eſt tam naturale,quàm vnumquodque ſolui eo vinculo quo colligatum eſt. *l.3.ff.de re iudic.c.1.ext.de reg.iur.l.nihil tam naturale.ff.de regul.iuris.*

Papa,& Epiſcopi iure ordinario,& directè à caſibus abſoluunt.

VNde & Papa,& Epiſcopus cum ſint ordinarii Sacramenti pęnitentiæ miniſtri, ſi ſibi peccata pro foro,tàm externo quàm interno,& conſcientiali reſeruarunt,poterunt per ſeipſos ſi volunt, in sacrali iudicio abſoluere;ſicut olim ab ipſis fieri ſolebat,& noſtris etiam temporibus aliquoties ab aliquibus Pontificibus, & Epiſcopis cum magna Chriſtianæ reipubl.ædificatione, id muneris obiri vidimus. *DD.in c.omnis de pęnit.& remiſſ. Henriq. lib.3.de Sacramento pęnit.cap.7.Val.tom.4 diſp.7.q.10.p.2.Mar Anton.Genuenſ.* Man.Paſt.c.62. *Graff.de arbit.confeſſ.l.1.c.23.Piaſec. in praxi Epiſc.p.2.c.1.tit.de caſ.Epiſc.reſer.nu.*18.

Pontificibus,& Epiſcopis iure ordinario munus concionandi competit.

SIc in re ſimili pariter ſcimus prædicationis munus olim Pontificibus,& Epiſcopis de iure ordinario pertinuiſſe; nam Papa, Archiepiſcopi,Patriarchæ,& alii Eccleſiæ Antiſtites in locum Apoſtolorum ſuccedunt qui concionandi onus ſibi reſeruarunt. Hinc conſtat in naſcentis Eccleſiæ principio,Pontifices,& ſi in aliis rebus maximè etiam occupatos,in hoc munus incubuiſſe, vt videre licet ex multis homiliis,& multorum Pontificum ſermonibus,& concionibus,præcipuè D. Gregorii. D.Leonis,& aliorum . Epiſcopos etiã in eodem munere laboraſſe,ex eorum libris clareſcit:ſiquidem maxima pars SS.Patrum,quorum ſcripta hodie legimus, Epiſcopali dignitate inſigniti fuerunt,vt D. Baſilius,Gregorius Nazianz.Chryſoſtomus,Ambroſius,Auguſtinus,& alii innumeri. Ideo *in c.inter cętera. de Off.Ord.& in Conc.Trid.ſeſſ.5.de refor.c.2.& ſeſſ.24.c.4.* officium prædicandi proprium Epiſcoporum munus eſſe diffinitur.

Sbrozzius de off. Vicarii lib. 2. c. 21 Vgol. de off. Epiſc. p. 2. c. 42. Marc. Anton. Genuenſ in Man. *Paſt. c. 32. Franc Leo. in theſſori eccl. p 1. c. 8.* M*oſcon. de* M*aeſt. milit. Eccl. lib. 2. c. 19. Zecchius de republ. Eccleſ. tit. de concionatoribus. num. 2.* Vt dixi *in 3. par. de Exam. Eccleſ. tr. 15. c. 1. q. 1.*

Quia verò tàm Summi Pontifices, quàm Epiſcopi, rebus Eccleſiæ publicis detinentur, & occupantur, nec tantum otii illis ſuppetit, vt & confeſſionibus audiendis, & concionibus ad populum habendis vacare poſſint, ideò aliis perſonis hæc munera demandare ſolent. *DD. in d. c. inter cætera, & Auctores citati.*

Prælati regulares directè iure proprio, & ordinario à reſeruatis abſoluunt.

QVod etiam ad Prælatos religionum ſpectet ſubditorum confeſſiones audire, illoſque à reſeruatis peccatis abſoluere, notum eſſe arbitror, quandoquidem, vt aliàs ſcripſi, Paſtores ordinarii dicuntur, quorum intereſt, oues ſuas curare, & ſi ægrotæ fuerint, idoneis, & opportunis medicamentis ſanare. *Abb. & alij DD. in d. c. omnis, de pænit. & remiſſ. & in c. cũ ab Eccleſiar. ii. ext. de off. ord.* N*au. conſ. 21. de temp. ordin. & in Man. p. 21. nu. 75. Tolet. in ſum. lib. 3. c. 13. nu. 6. Henriq. d. c. 7. n. 4. Roderiq. tom. 1 qq. reg q. 21. art. 3.* M*iranda tom. 2. q 34. ar* 8. Sic. n. & ipſi in votis, iuramẽtis, ieiuniis, & huiuſmodi cum ſubditis diſpenſare ſolent. *Azor. li. 7. Inſtit. moral. c. 19. q. 6. Sanchez lib. 8. de matr. d. 3.*

Atque huc confert. *Trid. Conc.* ſanctio, dum *ſeſſ* 14. *c.* 7. tradit Sacerdotes à pęnitentib. perſuadere debere, vt ad Superiores, & legitimos Iudices pro beneficio abſolutionis accedant. Quem locum non ſolum in Epiſcopis, ſed etiam in aliis Superioribus Pręlatis procedere manifeſtum eſt. Cum ergo ſint legitimi Iudices, poterũt per ſeipſos in ſacramento pęnitentiæ ſubditorum cauſas iudicare.

Sed quia tàm Epis, quam regularib. Pręlatis non vacat, confeſſiones ſacramentales excipere, & in exequenda iuſtitia, plectendiſque reis, aliquod impedimentum afferre poſſet, per ea, quæ tradit. *Genuenſ d. c. 62. & Eymericus de Inquiſitore in 3. p. fol.* 410. ideò magis expediet Pęnitentiarios conſtituere, & aliis inferioribus Sacerdotibus

bus in caſibus particularibus occurrẽtib. facultatem communicare

Superior reſeruantis abſoluit.

NEc ſolum qui caſus reſeruauit, ſed etiam Superior reſeruantis abſoluere ab ipſis caſibus reſeruatis valet, quare Sum. Pont. abſoluere poterit ab omnibus caſibus reſeruatis. Quicunque ſit ille, qui eos reſeruauit: ipſe enim omnes in iuriſdictione excedit. Hinc vt aliàs etiam dixi, vbi facultatem abſoluẽdi à caſib. ſibi reſeruatis concedit, eſto nihil de reſeruatis aliis Prælatis dicat, eccleſiæ tñ vſus interpretatur, facultatẽ hanc cõceſſiſſe. *Vgol. de cen. tab. 1. c.* 10. §. 4.

Inſuper ſucceſſori reſeruantis à caſibus reſeruatis per conſtitutionem, ab Anteceſſore abſoluere licebit, ſubrogatus enim naturam ſapit eius, in cuius locum ſubrogatur. Quare & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Sede vacãte à caſibus ab Epiſcopo reſeruatis abſoluere poterit, eo quod in locum ipſius Epiſcopi ſuccedit. Quod tamen in hanc ſententiam intelligitur, vt Capitulum ſacerdoti facultatem hanc concedat non enim Vniuerſitas eorum, quæ ordinis Sacerdotii ſunt capax eſt, delegare igitur eam alteri debet. *Philippus Franc. in c.* 1. *tit. ne ſede vacante. lib. 6, & Additio ad Steph. Quar in ſum. Bullar. in v. Capitulum. Vgol. de off.* Epiſc *p. 2. c. 36. arg. quod tradit Sayrus lib. 2. de cenſ. c. 19 num. 7.*

Quinam poteſtate delegata ab homine à caſibus reſeruatis abſoluant.

DElegato etiam ab homine à caſib. reſeruatis abſoluere fas eſt; vbi ab eo eſt delegatus, qui delegandi facultatem habet hic autem eſt Ordinarius qui reſeruauit, vel Superior, vel Succeſſor, vt dixi.

Hinc Epiſcopi Vicarius ex demãdata ſibi poteſtate, ſi ſit Sacerdos, ab his in ſacramentali, & pœnitentiali foro abſoluere poterit. Qui ſi ſacerdotio inſignitus non ſit, integrum illi erit per ſe reſeruationem remittere, vel alteri ſacerdoti vt abſoluat committere: eius enim facultas ſiue reducatur ad inſtar aliarum facultatum quæ Vicariis conceduntur, cum eorum iuriſdictio ordinaria dicatur, ſiue ad delegatam, cum ſit facta ad vniuerſitatem cauſarum,

 haud

haud dubium, quin ſubdelegare queat. *l. more. vbi gl. ff de iuriſd. omn. iud.* & ita tenet *Nauar. conſ. 22. tit. de pænit. & remiſſ. & Sbrozzius de off. Vicarij lib. 2. q. 19.* & alij.

Et ſicut Epiſcopus, & eius Vicarius poſſunt alios abſoluere, ita etiam Cōfeſſarius ab iis electus id erga ipſos præſtare poteſt ne alias peioris conditionis, quàm ſubditi ſint. *Garz. de ben. p. 11. c. 10. n. 139. Barboſ. de Epiſcopo Alleg. 39. Sanch. l. 8. de matr. diſp. 3. Piaſec. in praxi Epiſc. par. 2. c. 1. num. 16. Coriol. de caſ. reſ p. 1. ſect 1. art. 23. Sanct. de hæreſi c. 5. Dub. 3.* & alii communiter.

Idem ius, & eandem facultatem multi habere volunt Vicarios Generalium, vel Prouincialium, ſeu Viſitatorum abſentium. *arg. Azor p. 1. lib. 7 c. 29 q 6. Megal. lib. 1. c. 10 num. 4. Roder. in qq. regul. tom. 1. q. 21. art. 9. Miranda tom. 2. q. 19. art. 1. Sanch. l 8. de mat. d. 3. n. 9. Nald. in v. abeſſe.* Vbi reſoluit abſentiā Prælati regularis à ſuo cōuentu vltra naturalem diem, ad transferendum ius in eius Vicemgerentem ſufficientem videri, vt quò ad caſus Papales occultos poſſit vti facultate *Conc. Trid. ſeſ. 24. de refor. c. 6* quæ Superiorib. localibus erga ſibi ſubditos indulgetur. teſte *Roder. in qq. regul. q. 61. a. 9. & Beia. p. 4. reſponſ. caſ. conſc. caſu. 37.* & alijs.

Et hoc idem dicendum eſſet de caſibus eidem Superiori abſenti reſeruatis, &c. Quod etiam eiſdem Vicariis, ſeu locumtenentibus concedendum erit, iuxta tradita per *Sāchez l. 8. de mat. d. 3. n. 9.*

Regula Subrogatus, &c. quomodo intelligatur.

SI quidem ſubrogatus debet ſapere naturam, & conditionem eius, in cuius locum ſubrogatur. *§ fuerat. Inſtit. de act. fuſc. Gabrielius in Concl. l. 6. concl. 2.* Vbi *num. 69.* hanc regulam limitat in præeminentia, & honore, in quibus ſubſtitutus in locum ſubſtituti non ſuccedit, quia ita honorari non debet, prout is in cuius locum ſubrogatur, uel ſubſtituitur. *vt per Baldum, & Iaſon. in l. ſed ſi § fin. ff. de in ius voc. & Dec. in l. ſolet. ff. de Iuriſd. omn. Iud & in c. ſane. el 2. ext. de off. deleg.* quo loci notabiliter etiam ait, Vicemgerentem honore afficiēdum eſſe tāquam repræſentantem ſuum principalem, ſed non quantum ille.

Et per hoc infert, Galliarum Regem iure Sabaudiæ Ducē Vene-

toru

torum Legato præpoſuiſſe, quia Dux perſonaliter, vt aiunt, aderat, & Legatus Dux non erat, ſed ipſum Venetiarum Ducem, ac Præſidem referens. Et eum ſequitur. *Nau. conſil. 7. & 8. tit. de Maior. & obed.*

Pœnitentiariorum facultas.

ATque idem dicendum eſt de Pœnitentiariis, qui iuxta Decretũ. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c.* 8. in Cathedralibus Eccleſijs conſtitui ſolẽt; qui quidem, & ipſi Epiſcoporum in foro conſcientiæ dicuntur Vicarii. &c. *Angleſ. in flor. theolog. q. de confeſſione diff. 6 & Zerula in praxi pœnitentiali. c. 22. q. 5.*

Ipſi namque quaſi Epiſcopali poteſtate in foro conſcientiæ funguntur, nõ quidem ex vi verborum Concilij, quod de illorum facultatibus non loquitur, ſed potius ex communi recepta vbique Epiſcoporum conſuetudine, qui, ne fruſtra conſtituti videantur, cum non deſint Confeſſarii ad quos diœceſani accedant, ad hoc ſe aſſumere tales Pœnitentiarios declarant, vt in caſibus, cenſuris, votis, iuramentis, diſpenſationibus, & aliis forum conſcientiæ concernentibus ſibi deſeruiant; & vt in dubiis, quæ circa confeſſiones occurrunt inferiores ſacramenti pœnitentiæ miniſtri eos conſulant. *Io. Chap. de caſ. reſer. c. 4. diff. 2 Zech. de off. Epiſc. c. 6. num. 29.* Ac proinde ſiue hi cenſeantur Ordinarii, prout, Cõcilium eos, vt Ordinarios Iudices ex beneficio annexo cõſtituere uidetur, ſiue Delegati, cum ad uniuerſitatem cauſarum ſint electi, non ſolum poſſunt à caſibus reſeruatis abſoluere, in uotis, & irregularitatibus, & aliis ad Epiſcopum ſpectantibus diſpenſare; ſed etiam in caſu particulari, dum in facto conſuluntur, propriam facultatem aliis ſubdelegare; ex illa regula, quod delegatus à Principe poteſt alteri ſubdelegare; *c. fi. de off. Vicarij lib. 6 c. fi. de off. Deleg. lib. 6. & c. fi ext. de Off. Iud. Ord.* Vbi *gl.* palam fatetur, illos qui ordinario iure, uel delegato à Principe abſoluere ualent, poſſe ẽt uices ſuas committere, cũ uiderint expedire. Nec ipſe Pęnitẽtiarius abſoluens, vel delegãs, tenetur integre totã, & longã pęnitentis confeſſionem audire, &c. ut notoria praxis eſt. *Graffius de arbitr. Confeſſ. l. 1. c. 23. Molfeſ. tr. 7. c. 21. nu. 23. Nauar. c. 27. n. 45. Cou. l. 3. var. reſol. c. 20. n. 5. Graff. l. 4. dec. aur. c. 17. n. 10.*

Atq. Pęnitētiariū ſubdelegare poſse, &c. *tenent Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 1. Thom. item Zerula in praxi Epiſc. in ver.* Pęnitentia*rius, & in praxi pęnit. in c. 24 q. 17. & Lalius Zechius in repub. eccleſ. cap. 24. tit. de* Canonicis. *num.* 16. *Michael. Zanardus in p.* 1. *Direct. theolog. de ſacramento pęnit. c.* 40. *Io.* Bapt. *Conſt. in admon. ad Parochos p.* 4. *tit.* 6. *c.* 4. *& de regularib. loquēs Roder. tom.* 1 *qq. regul. q.* 21. *ar.* 9. *Aloyſius Riccius in praxi cauſ. deleg. decif* 121. *Coriol. de caſ. reſeru. par.* 2. *ſect.* 2. *art.* 5. Et multi alii quos breuitatis cauſa omitto ſic tenent, prout tradidimus *in Comment. de hum. vita ſtat. p.* 1. *c.* 10. *& de Exam.* Eccleſ. *p.* 3. *tr.* 14. *c.* 4. *q.* 4.

Quinimò Vicarium, & Pęnitentiarium, quibus commiſſa eſt poteſtas abſoluendi, & diſpenſandi in *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 6. poſſe eam aliis demandare. affirmat *Marc. Anto. Genuenſ in praxi* Eccleſ. *Neap. c.* 67. *nu.* 24. Quod tamen intelligit quò ad nudum miniſterium abſolutionis, uel diſpenſationis in caſu particulari occurrenti. Idem etiam dicēdum quò ad uotorum commutationem, uel diſpenſationē, uel etiam in aliis, quæ Epiſcopali poteſtati ſubiiciuntur. *arg. Vgol. de off. Epiſ. p.* 2. *c.* 58. §. 6. *& Azor. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 19. *q.* 22. *Sanch. lib.* 4. *de prac c.* 38. *n.* 18 *& lib.* 3. *de mat. diſ.* 31.

Delegati per diœceſim ex Decreto S. Congregationis abſoluere, & ſubdelegare poſſunt.

EX eadem delegata poteſtate abſoluunt illi Pęnitentiarii, & alii Sacerdotes, qui ex Decreto Sacræ Congreg. Card. nomine Clementis VIII. edito, ab Ordinariis conſtitui par eſt per totam diœceſim, ac præſertim in illis locis, qui à Ciuitate, & à Cathedrali Sede longius remoti ſunt. Quib. ſi facultas concedatur, in pręcipuis anni feſtiuitatibus licet non ſolum à caſibus reſeruatis abſoluere, ſed etiam eandem facultatem aliis Confeſſariis, ſi opus ſit, etiam uiua uoce impertiri, &c. *Megalus l.* 1. *c.* 13. *num.* 24. *Ricius in praxi fori eccleſ. decif.* 572. *Quaranta in ſumma Bull. in v. caſus Molfeſ. tr.* 7. *c.* 14. *num.* 79. Graff. *de caſ. reſeru. c.* 3. Vt ſupra diximus. Nam clarum eſt ex communi DD ſententia, ut alibi ſignificaui, Iudices tàm Ordinarios, quàm delegatos ad uniuerſitatem cauſarum, quales Pęni-

tia-

tentiarii eſſe ſolent, poſſe facultatem quam habent, aliis Sacerdo- tibus approbatis, & à iure nõ impeditis committere. Quod quidem præter uniuerſalem Eccleſiæ uſum, hac ratione confirmatur, quod ſi hoc fieri non poſſet, in maximum Chriſtianæ reipub. detrimentum cederet, ſunt enim Iudices tàm ordinarii, quàm delegati, multis occupationibus, tùm publicis, tùm priuatis detẽti, ita ut nequeãt omnium ad ſe confluentiũ audiendis confeſſionibus uacare; ut illud etiam omittam, quod multi non audent ad illos accedere. Iam autem ſi illis non integrum eſſet aliis inferioribus facultatem abſoluendi à reſeruatis delegare, innumeri ſine confeſſione in ſtatu damnationis ex hac uita decederent.

Et ipſe Pęnitentiarius illud auditum reſeruatum peccatum confeſſionis ſigillo comprimere, ac ſeruare tenetur. Et Inferior Confeſſarius Pęnitenti aſſerenti ſe Superiorem adiiſſe, & ab eo reſeruationem ſublatam eſſe credere debet, quia in hoc foro, exceptis publicis cenſuris, dicto Pęnitentis pro ſe & contra ſe ſtatur. *Molfeſ. l. c. nu.* 24. & conſtat ex declar. Decreti Clem. VIII.

Delegati vi Iubilai, vel alicuius priuilegij abſoluere valent, & quæ in delegatione obſeruanda ſunt. &c.

DElegata itidem facultate abſoluere dicuntur à reſeruatis illi Cõfeſſarii, qui ui Iubilæi, uel Priuilegii, uel Diplomatis eligi ſolent. In qua quidem delegatione nonnulla neceſſariò animaduertenda ſunt, & obſeruanda.

1 *Obſeruatio.*

PRimo quod licet Papa circa caſus, cenſuras, irregularitates, uota & ſimilia, amplam admodum tribuere ſoleat facultatem, nonnullas tamen reſtrictiones, & limitationes ſemper adiungit; propterea ipſis inferioribus Confeſſariis uidendum eſt, quid Summus Pontifex illis concedat, & conceſſionis uerba perpendenda ſunt, ne iuriſdictionis fines excedentes actum abſolutionis nullum reddant, ſeſeque æternis ſuppliciis mancipẽt; limitata enim cauſa limitatum etiam producit effectum, & fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi. *l. in agris ff. de acq. rer. dom. & l. diligenter ff. mandati.*

Appro-

Approbatus ab Ordinario ſemper eligendus.

2 Obſeruatio.

SEcundo quod quando alicui per Bullam Iubilæi, uel aliquod priuilegium, conceditur, ut poſſit ſibi Confeſſarium eligere, qui illum à caſibus reſeruatis abſoluat, ſuper uotis, & irregularitatibus diſpenſet, &c. non poteſt eligere, niſi approbatum ab Ordinario iuxta formam Concilii Trid. *ſeſſ.* 3. *c.* 15 *Graff. conſil.* 4. *tit. de pænit. & remiſſ. Angles in* 4. *ſent q de Confeſſ. diff.* 7. *Suar. d.* 38. *ſect* 4. *Coriol. p.* 1. *ſect.* 1. *art.* 21. *Bonac. de ſac pænit. Diſp* 5. *q.* 7. *punt.* 4. §. 1. ubi reſoluit approbationem Epiſcopi requiri etiam ad abſoluendos religioſos, quando in Bulla dicitur, ut Confeſſarius ſit approbatus ab Ordinariis locorum, ut alibi dixi. Sicuti etiam in formulis diſpenſationum, quæ in foro conſcientiæ à ſacra Pœnitentiaria Romana manant, & expediuntur, ſemper hæc uerba inſeri ſolent, Diſcreto uiro Confeſſori Magiſtro in Theologia, uel Decretorum Doctori, ex approbatis ab Ordinario, &c. *Sanchez. lib.* 8. *d.* 34. *num.* 5. *&* 14. *Reginal p.* 2. *lib.* 31. *c.* 38. *n.* 214. De qua re egimus *in* 3. *par. de Exam. Eccleſ. tr.* 13. *c.* 11. *q.* 32. *ſupp.* 4.

Debet autem eſſe approbatus ab eo Ordinario, in cuius diœceſi qui deliquit, confitetur. *Suar. d.* 28. *ſect.* 6. *&* 7. *Vgol. de off. c. p.* 1. *c.* 7. §. 2. *Steph. Quar. in ver. Confeſſor.* Gutier. *in qq. can. l.* 1. *c.* 27. Vt etiã eligi poſſit à pœnitente non ſufficit ut ſit approbatus, ſed nec iure impeditus eſſe debet; cum excommunicati, ſuſpenſi, uel interdicti, ad Confeſſiones audiendas eligi non poſſint. *c. ſi celebrat. c. Apoſtolica. tit. de cler. excommunic. miniſt.* Si tamen occultè huiuſmodi cenſuris ſint affecti, confeſſiones ipſis factę ualidæ ſunt. *Henriq lib.* 2. *de ſacramento pęnit. c.* 14. *Sanchez l. c. Barth. Metina. lib.* 1. *Inſtruct. confeſſ. c.* 11. §. 2. *Petr. Sot. de miniſtro confeſſ. lect.* 6. *Nauar. c.* 9. *num* 7. *Reginal. l.* 1. *p.* 1. *c.* 10. *num.* 114. *Valentia. tom.* 3. *d.* 15. *pun.* 3. *Molfeſ. tr.* 7. *s.* 13. *num.* 20. *Bonac. de mat. q.* 2. *pun.* 8. *q.* 6.

In admittendis regularibus ad audiendas confeſſiones fratrum Epiſcopi approbatione non eſt opus.

3 Obſeruatio.

TErtio integrum eſſe Prælatis regularibus ſubditos ſuos ad audiendas confeſſiones ſuorum ſubditorum exponere, etiam

ſi Epi-

ſi Epiſcopi loci,ubi degunt approbatio, uel aſſenſus non accedat,] cum Concilium Trid. de illis nihil ſtatuat. *Nau. c. 4. num. 7. Graff. lib. 1. dec. aur. c. 13. n. 55. Vinald. de abſol. num. 18. Suar. d. 28. ſect. 4.* Et quò ad regulares perſonas (vt aliàs innui) adeſt Conſtitutio Clementis VIII. Incip. *Romani Pontificis circumſpecta benignitas*, in qua ſtatuit, regulares, quò ad ſacramenti pęnitentiæ adminiſtrationem, & caſuum reſeruatorum abſolutionem, diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubiectos eſſe, & tempore etiam Iubilæi non poſſe eligere Cõfeſſorem, præter eos, qui à ſuis Prælatis eorum confeſſionibus deputati ſunt, vt videre eſt apud *Steph. Quaran. in ver. confeſſor. Vgol. p. 1. de offic. Epiſ. c. 7. §. 2. Henriq. l. 3. de pœnit. c. 6. Mirand. tom. 2. in Man. Prælat. q. 34. art. 15. Graffius l. 4. Deciſ. aur. c. 15. n. 12. Sorbus in compend.* Priuileg. Mend. *v. abſolutio quo ad Fratres Roder. tom. 1. qq. regul. q. 17. art. 1. & 2. Bonac. ſupra citat. d. 5. q. 7. pun. 1. num. 25.*

Licet etiam verum ſit, eodemmet tempore Iubilæi per Pontificiã Bullam aliquando derogari conſtitutionibus, ac priuilegiis, quibus religioſi ſine Prælatorum ſuorum facultate prohibentur ſibi Confeſſarium extraneum eligere; qua in re eius tenor, & verborumq́ vis inſpicienda ſunt, *Graff. l. 3. dec. aur. c. 5. num. 108.*

Sibi ſubditis vbique locorum pęnitentiæ ſacramentum adminiſtrari poteſt.
4 Obſeruatio.

QVarto obſernãdũ Cõfeſſarios ſic approbatos, ſiue ſint ſæculares, ſiue regulares, per totã diœceſim Ordinarii à quo admiſſi sũt, hac auctoritate vti poſſe, & ſibi ſubditos vbiq; repertos, extra ditionẽ, & diœceſim, à peccatis abſoluere cõis eſt ſententia. *vt per Henriq. lib. 3. de pęnit. num. 1.* Graff. *lib 1. c. 13. num. 45. Suarez. d. 25. ſect. 1. Sanchez. tom. 1. de mat. l. 3. d. 39. Azor. p. 2. l. 3. c. 12. q. 11. Zerula in praxi pœnit. c. 16. q. 3.*

Item mortuo, vel amoto Epiſcopo, à quo approbati ſunt, poſſe adhuc confeſſiones audire, & per Bullas eligi, nec teneri iterum ſe præſentare, eo quod gratia per mortem concedentis non expirat. *c. ſi cui. de præbendis. in 6. cap. ſi ſuper gratia. de off. deleg. lib. 6.* Et pro-

rediteriam ſi ſolo verbo concedatur. *Maſcard de* Probat.*vol.* 2. *cócl.* 845. *Mar. Anton.l.*1.*var. Reſol. Reſol.*74.Molfeſ.*tr.*4.*c.*12.*n.* 75.*Bonac.tom.*2.*d.*1.*q.*3.*pun.*8 §.1.

Quod intelligitur modo ſimpliciter,& abſolute facta fuerit; ſecus ſi ad certum, vel limitatum tempus, vel locum, ſeu eiam ad bene-placitum concedentis ſit collata. *c. ſi gratioſè.* vbi *Francus. de reſcri. lib.* 6.*Syl.in v gratia.q.* 2 *Sayr.lib* 7.*de cen.c.*14.*num.* 7. *Henriq. lib.* 6.*de pœnit.c.*6.*num.*7.*Sanchez.lib* 8.*d.*28.*q.*3 *nu.*71.*Barboſ. de Epiſ. p.*2.*Alleg* 25.

Verum tamen eſt, quod Doctores dicunt, Confeſſarios delegata fungentes iuriſdictione, ab vno Epiſcopo approbatos, à Succeſſore ex cauſa reprobari poſſe, & cogi iterum examen ſubire. *Fagund.p.* 2. *l.*8.*c.*2.*Graff conſ.*6.*&* 7.*tit.de pæn.& remiſſ.Suar.d.*28 *ſect.*7.*aſſ.*1. *& alij communiter.*

In Iubilæis poteſtas delegata limitatis finib. concedi ſolet.
5 Obſeruatio.

QVinto obſeruandum, in gratiis, Iubilæis, & Indulgentiis, huiuſmodi delegatam poteſtatem limitatè, & certis finibus circumſcriptam concedi ſolere. Quò fit vt cum Papa in illis tribuit facultatem abſoluendi à quibuſcunque caſibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, non ſubinde cenſeatur concedere poteſtatem abſoluendi à caſibus, qui in Bulla Cœnæ Domini continentur, niſi ſpecialiter illos exprimat. Supra quam etiam Epiſcopos vi Concilii *Trid. ſeſſ.* 24.*de reform.c.*6.facultatem non habere eſt communis DD.ſententia. *Cov.in c. almamater.*§.2.*num.*7.*de ſent. excom.lib.*6. *Graff. lib.* 4 *cap.*15.*num.*25.*Suarez.tom.*5.*de cenſur.d.*7.*ſect.*6. Idem *Graff. conſ.*4.*de homicidio,& idem* Suarez.*tom.*4.*d.*30.*ſect.*2.*Azor.*1.*p.Inſtit.mor.lib.*8.*cap.*16.*q.* 10.*& alij.*

Et ſi ab illis in caſibus in Bulla Cœnæ Domini contentis abſoluēdi facultatem tribuit, non licebit Confeſſario ab hæreſis labe abſoluere, niſi ſpecialis mentio fiat, vt de communi placito tradit. *Sanchez.lib.*2.*de præc.c.*12.*n.*10.*& Farin.de hæreſi.q.*192.*nu.*63. *Duard. in Bulla Cœnæ.l.*3.§.2 *q.*8.*num.*7.contra *Molfeſ.& alios ab eo relatos.*7.*c.*21.*num.*62.

Inſu-

Inſuper quotieſcunque in Bullis, Priuilegiis, Iubilæis, & aliis Apoſtolicis Conceſſionibus apponitur, ut per illas quis ab omnibus cēſuris, & pęnis abſolui poſſit, nunquam ſub tali generali conceſſione diſpenſatio irregularitatis comprehenditur, niſi claris verbis exprimatur, vt ex communi ait. *Sayrus lib. 7. de cenſ. c. 14. nu. 2. Auila de cenſ. p. 7. d. 10. dub. 4. Molf. tr. 7. c. 21. n. 18.* & alii.

Quinimò ſub generali conceſſione diſpenſationis non venire irregularitatem ex bigamia, & homicidio voluntario, aſſerit *Vigaldus de irregularitate num.* 332. vbi etiam teſtatur de ſtylo Curiæ, Cum quo *Roderiq. tom. 2. qq regul. q.* 105. *art.* 1.

Atque idem obſeruandum eſt in diſpenſatione, vel commutatione votorum, vt niſi in ſpecie à Summo Pontifice concedantur, Confeſſarius electus ex delegata poteſtate nil poſſit in illis quinque votis Papę reſeruatis, de quib *in Extrauag. Et ſi dominici. tit. 5. de pęn. & remiſſ. Azor. p. 1. lib.* 11. *c.* 19. *q.* 3. & alii.

In quorum diſpenſatione, vel commutatione ſi concedantur, ſemper iuſta cauſa neceſſario requiritur. *Fagund. p. 1. l. 2. c. 1. num.* 16. Et eſt communis opinio, vt etiam per *Sayr. in Cla. reg. l. 6. c. 12. nu.* 25.

Et licet olim non tanta concederetur facultas diſpenſandi, vel cōmutandi vota per Iubilæum, & alias Bullas; hodie tamen iuſtis de cauſis animum Pontificis mouentibus, omnia vota in illis permitti ſolent duobus tantum exceptis, caſtitatis ſcilicet, & perpetuæ religionis; & tantam vim hæc reſeruatio ſecum affert, vt nunquam conceſſa conſeantur, niſi exprimantur. Licet vi Bullæ, vel Iubilæi commutari, vel etiam diſpenſari ualeant, quoties ita à uera uotorum, caſtitatis, & religionis perfectione deficiunt, ut poſſit in illis Epiſcopus diſpenſare, prout eſt uotum caſtitatis ad tempus emiſſum, non nubendi, &c. *vt tradit Sanch. l. 8. de mat. d.* 15. *Barboſa de Epiſcopo p. Alleg.* 237.

Cautela obſeruanda tempore Iubilęi, &c.

ERit autem tempore talis generalis conceſſionis optima cautela, ſi unuſquiſque omni ſtudio curet, ut à quocunque caſu, etiam Pontifici reſeruato abſoluatur, & in quocunque uoto, uel quacunque irregularitate diſpenſetur; quia ſi tranſacto illo Bullæ, uel Iubilæi tempore, alicuius caſus, uel cenſuræ, uel irregularitatis, uel etiam uoti, recordetur, poterit poſtea à quocunque Confeſ-

ſtario directè abſolui,& diſpenſari;quod procedit etiam ſi poſt con feſſionem,& abſolutionem, cætera in Iubilæo præſcripta non præſtet,& ſic dictum Iubilæum non ſit conſecutus. *Sanch. l. c. num.* 20. *Suarez.tom.*4.*d.*31.*ſect.*4.*Graff.lib.*4.*c.*15.*num.*35.*Henriq.lib.*7.*de Indulg.c.*10.*&* 11.*Vgol.tab.*1.*de cenſ.c.*10.§.4.*Sayrus de cenſ.lib.*7.*c.* 14 *n.* 8.*& in claui reg.lib.*6.*c.*12.*num.*17.*Bonac.de ſacr pęnit.d.*5.*q.*7. *pun* 5.§.5.*Molfeſ tr.*7.*c.*16 *n.*11.

Idem dicendum de pęnitente habente multa peccata reſeruata, qui dum confitetur,unius,uel alterius obliuiſcitur coram Pęnitentiario; poterit enim poſtmodum ab omnib.per inferiorem abſolui. *Nau. c.* 26. *num.* 15. *Megalus lib.* 1.*c.*14 *num.*10.*Armilla v.Confeſſio num.*13 & alii communiter.

Item locum habet ſecundum aliquos,etiam ſi fictè, & inualidè fuiſſet confeſſus;cum enim Superior ex huiuſmodi confeſſione tulerit iudicium,reſeruatio ſublata cenſetur. *D. Anton.* 3 *par tit* 15.*c.*19. §.17.*Angles.q.de confeſſione concl.*5.*diff.*1.*Caiet. & Armilla in v.caſus.Graffi.is l* 1.*deciſ.aur.c.*13.*nu.*74. Idem tenere videtur *Suarez. diſp.* 31.*ſect.*4.*nu.*9.Contrarium tamen quò ad peccata(quidquid ſit de cenſuris)tenent,& tutius *Rod.in qq.regul.tom.*1.*q.*21.*art.*7. *Miranda.tom.*2.*q.*34.*art.*13.Idem negat Megalus *l.c. & Reginal l.* 8 *c.*5.*num* 6. quando confeſſio fuit nulla propter defectum Confeſſionis ipſius peccati reſeruati, vt quia non ſit ſatis explicatũ. &c.

Aut niſi facultas à reſeruatis abſoluendi conceſſa ſit Sacerdoti per modum indulgentiæ confitentibus conceſsæ. Tunc enim de concedentis intentione ualida confeſſio requiritur, ut poſt eundem *Reginal.* nos alibi tradidimus,& poſtmodum ſcribit ẽt *Bonac.l.c.num.* 8.*& Floron.de caſ.reſ.par.*1.*c.* 6. §. 6. Vbi etiã ex tutiori ſententia reſoluit eum qui tempore Iubilæi non eſt confeſſus eo quod non inuenerit in ſe culpam aliquam lethalem,etiam ſi cætera omnia adimpleuerit, Iubilæũ non fuiſse lucratum,& eo tranſacto à reſeruatis abſolui non poſse.

Quæ ſupra firmata doctrina notanda eſt etiam pro religioſis, q in uiſitationibus,& capitulis à ſuis Prælatis à cenſuris abſoluũtur, uel in irregularitatibus diſpenſantur. &c. vt etiam *dixi ſup. c.*2.*in fin.aſſert.*6.

6 Obſeruatio.

SExto eadem ratione etiam obſeruandum, quod cum Prælati, tàm ſæculares, quàm regulares alicui Confeſſario facultatem abſoluendi a caſibus reſeruatis concedunt, non cenſentur ſubindè concedere facultatem abſoluendi à cenſuris ſibi reſeruatis;& minus diſpenſandi ſuper uota, vel irregularitates,&c. quæ ſpeciale mandatum,& expreſſam mentionem requirunt. *Nauar.c.27.num.261.* *&* *254.&* & eſt communis. *vt per Sayrum lib.1.clau.reg.c.1.* Et ſola facultas audiendi confeſſiones non extenditur ad caſus reſeruatos, *c.ſi Epiſcopus de pæn & remiſſ.lib.6.Suarez.d.*30.*ſect.*1.

Secus verò dicendum eſſet ſi Eps, vel regularis Antiſtes alicui Pœnitẽtiario diceret; Concedo tibi totam meam auctoritatem in foro conſcientiæ, tunc enim ſufficeret intentio ipſius omnia iure ſibi communi, vel ſpeciali competentia concedentis, per illam regulam,

Quidquid agunt homines, intentio iudicat omnes.

Thomas Zerula in praxi pænit.c.24.q.19.& in praxi Epiſc.in v.caſus reſeruati.

Vñ ex prudentię præſcipto antequã Confeſſarius abſoluat, de poteſtate ſua certior ex hoc ſaltem principio fieri dẽt, ne dubius abſoluẽdo lethali noxa ſe inficiat, actum inualidum reddat,& Pontificiã cẽſuram contrahat. Hinc non placet quod tradit. *Suar.tom.4.d.26.ſect.6.Nald.in v.Confeſſor.Sanchez de pręcept.l.1.c.* 10. Idque ob Decretum Clem.VIII quod abſolutionem ſub dubio factam prohibet. *Floron.par.1.c.5.num.23.*

Pænitentiarÿ monaſterÿ delegare nequeunt.

ADuertant autem religionum Pœnitentiarii(ſic enim appellãtur Cõfeſſores in monaſteriis deputati *in clem.1.§.ſanè.de ſtatu monach.*) quod cum à Superioribus erga fratres ſubditos nudum tantum miniſterium ipſis committi ſoleat, hanc facultatem abſoluẽdi, vel diſpenſandi, aliis delegare non poſſunt, ſed per ſe ipſos caſus reſeruatos ſacramentaliter abſoluere tenentur. *arg. Suar.d.31.ſect.4.num.3.Syl.in v.delegatus q.8.Azor.p.1.lib.11.c.19.q.22.Menoch.*

vol.

vol. 1. conſ. 17. Quam tamen auctoritatem Pænitentiariis ab Epiſcopo conſtitutis permiſſam eſſe, ſupra firmauimus.

Quinam delegatione à iure facta abſoluant, & quot modis hæc delegatio contingat.

ET hæc quo ad abſoluentes à reſeruatis, delegata ab homine poteſtate, dicta ſufficiant. Quò autem ad delegationem à iure factam, dicendum eſt, quatuor potiſſimum caſibus illam contingere poſſe.

1 *Caſus.*

NEmpe in mortis articulo, in quo cuilibet Sacerdoti à quocunque caſu abſolnere conceditur ex *Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 7.* De qua re nihil hic dicendum ſupereſt, cum ſupra in cauſa finali ſatis dictum ſit.

2 *Caſus.*

ALterum eſt ratione impedimenti, quo quis detinetur ne ob aliquod peccatum Papæ reſeruatum ad Sedẽm Apoſtolicam ſe conferre poſſit, tunc enim ex commiſſa ſibi à iure poteſtate, Epiſcopus, vel ab eo Deputatus, ipſum abſoluere poterit. *c. ea noſcitur. ext. de ſent. exc. c. eos. eo. ti. l. 6. Nau. c. 27. num. 89. Vgol. de cenſ. tab. 1. c. 4. §. 5. num. 14. Sayrus lib. 3. de cenſ. c. 28. num 9. & 40. Auila p. 2. c. 7. d. 1. dub. 6. Reginal. l. 8. c. 6. num. 84. Alex. Pereg. in tract. de duello q. 37. num. 6. Sanchez. lib. 2. de matrim. d. 40. num. 3. Duard. infra citand. l. 3. in Bulla Cœnæ* Domini §. 2. q. 10. & 11. Vbi ad quãcunque excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam hanc facultatem extendunt. Quod ſi ceſſante impedimento, arbitrio boni viri ad eum non ſe conferat, à quo aliàs abſoluendus erat, in eandem excommunicationem incidit *d. c. eos de ſent. exc. lib. 6.*

Ampliari poteſt hæc aſſertio, vt procedat etiam ſi in conſtitutione non permittatur, abſolutionem ab alio dari quàm a Romano Pontifice, niſi in mortis articulo: illa enim expreſſa prohibitio non de Epiſcopo, & ab eo Deputatis, ſed de aliis inferioribus intelligitur *Pereg. l. c. Sanchez. l. 2. de præc. c. 13. num. 36. Auila. l. c.* Reginal. *lib. 1. c. 11. num. 135.*

Secun-

Secundo etiam ſi excommunicatus impeditus procuratorem, uel litteras mittere poſſit, nam nihilominus abſolui poterit, eo quod à lege ad id non aſtringitur. *Nau c. 27. num. 90. Sayr. num. 38. Alex. Pereg. num 9. Roder. p. 1. ſumma. c. 80. num. 18. Henriq. lib. 3. de pæn. c. 9. num. 7 de mat. c. 3. num. 1. Auila. l. c. concl. 3. Sà in v. abſolutio ab excom. m. nu. 8. Duard. l. 3. §. 2. q. 8. n. 21.*

Limitari tamen poteſt vt non procedat, quando excommunicatus, qui Apoſtolicam Sedem adire nequit, poſſet Legatum, vel aliũ petere, qui priuilegio abſoluendi ab huiuſmodi caſibus gauderet, tunc namque Epiſcopus abſoluere non poſſet, quia pænitens in hoc caſu remedio deſtitutus non remanet. *Sanchez. l. c. n. 8. Pereg. n. 11. Sayr. num. 37.*

3 Caſus.

TErtius caſus eſt in delictis occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, *ex Conc. Trid. c. liceat. 24. ſeſſ. de reform.* à quo Epiſcopis tùm abſoluendi, tùm diſpenſandi ampla facultas conceditur. Cui etiam ſecundum aliquos a Pontificiis Conſtitutionibus derogatum non cenſetur, niſi de ipſo Concilio ſpecialis mentio fiat. *Con. lib. 4. var. reſol. c. 16. num. 6. Roder. tom. 1. qq. regul. quæſt. 8. art. 10. Bannes. 22. q. 11. art. 4. Sanchez lib. 8 diſput. 35 num. 17. Barb. de Epiſc. p. 2. Alleg. 33. num. 24.*

Et cum iſta facultas ſit generalis, & dignitati, & non perſonæ ſit conceſſa, nec diſtinguat inter præteritas reſeruationes, & futuras, generaliter intelligi debet. Nauar. *conſ. 43. num. 1. & 2. de ſent. excom. in Comment. de Indulg. & Iub. notab. 34. num. 4. Suarez. tom. 4. d. 30. ſect. 2. Roder. p. 1. c. 81. num. 4. Lazar. de monit. ſect. 4. q. 14. Bei. e. p. 4. reſpon. caſu 34. Pereg. l. c. num. 4. Sanchez. de præcep. l. 2. c. 30. nu. 27.*

Quænam circa c. liceat obſeruanda ſunt.

1 Obſeruatio.

CIrca illud capitulum obſeruandum primo illam poteſtatẽ cõpetere Epiſcopis electis, & confirmatis, licet nondum conſecratis; quia iuxta communem ſententiam; omnia quæ ſunt iuriſdictionis eis competunt. Item probabile eſt, illam non denegari Ca-

pitulo

pitulo Cathedralis Eccleſiæ ſede vacante, cum ſecundum ius commune ſuccedat loco Epiſcopi. Imò nec *Prælatis exemptis*, nec *Superioribu*s religioſis iuriſdictione quaſi Epiſcopali fungentibus. *Sanchez. lib. 8 de matrim. d. 2. num. 10. & ſeq. Suarez. tom. 4. d. 30. ſect. 2. Mirand. tom. 2. q. 8. art. 10. Roder. tom. 1. qq. reg. q. 61. art. 9. Megalus in inſtit. confeſſ. lib. 1. c. 13. nu. 10. Beia p. 4. caſu 36. Sanct. de hæreſi c. 5. dub. 1 nu. 8. & alij communiter.*

1 *Obſeruatio.*

SEcundo obſeruandum, occultum ibi ſumi prout in iure à publico diſtingui ſolet. Eſt autem publicum, quod in oppido, vel in vicinia, vel collegio, vel communitate aliqua omnibus notum eſt, ſeu publicè diffamatum. Vnde licet ſit aliquibus notum, occultum dici poteſt, quamdiù peccator publica infamia non laborat. *vt per Nauar. c. 27. num. 254. & ſeq. Graffium l. 1. c. 13. nu 43. Sanchez. lib. 2 de præc c. 11. num. 19.*

Cui interpretationi conformis eſt ratio, quia quod occulti caſus non uero publici, Sedi Apoſtolicæ reſeruati Epis permittantur, ea vi detur eſſe, vt publicis ſcandalis obuiam eatur. *Henriq. de irregul. lib. 4. c. 22. num. 4. & Sanchez. l. 2. de præcept. c. 11. num. 21. Genuenſ. in praxi Neapol. c. 67. num. 3. Reginal. l. 1. c. 11. num. 135. & l. 30. tract. 2. c. 3. num. 30.*

Addunt DD. vt delictum dicatur publicum non ſufficere actum eſſe manifeſtum, & omnibus notum, ſed requiri etiam, vt publicè ſciatur eſſe delictum. Et cum verſatur dubium facti, an quis admiſerit crimen, ob quod cenſura incurritur, poſſe Epiſcopum ab eo abſoluere, eo quod notorium deeſt. *Emanuel. Sà in v. Episc. num. 35. Bonac. de cens. & irregul. d. 7. q. 5. punt. 1. num. 5. & d. 1. q. 3. pun. 2. Barb. p. 2. Alleg. 39. num. 27.*

Eſt etiam probabile, ſi delictum in loco ita diſtanti publicum ſit, vt non ſit ſpes fore, vt ad alium deferatur, occultum dici in eo loco, in quo abſolutio, aut diſpenſatio petitur; ac proindè ſubiici facultati Epiſcopi in eo Decreto ſibi cõceſſæ. *Auila p. 2. c. 7. d. 3. dub. 11. cõcl. 2. Sanch. de præcep. lib. 2. c. 11. n. 20. & nonnulli alij.*

At *Megalus lib. 1. c. 13. num. 8. & num. 7.* ait non dici occultum delictum, nec ab Epiſcopo abſolui poſſe, quando delictum eſt, notorium,

rium,& ſi peccator occultus ſit;ſed verius contrarium dicendum videtur,quia ex cõi ſententia, etiam ſi de delicto publicè conſtet, ſi tamen delinquens ſit occultus,ab Epiſcopo abſolui poterit. *Graf l. 1.dec,aur.c.13 num.43.& Syl.in v.correctio.q.8.& alij quos ſequitur & refert Barbosa de Episcopo.p.2.Alleg.39.num.26.& ſeq.Io.Pet. Lazar.de monit.ſect.3.q.12.n.6.*

Vbi animaduerte etiam Concilium excipere delictum, quod ad forum contentioſum eſt deductum; tale autem dici etiam ſi vnico tantum teſte ſit probatum,modo coram legitimo Iudice. *Suar. tom.5.de cenſ.d.41.ſect.2.*& alij.

Nec refert ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè res ſit in iudicium delata; exigitur tamen vt reus ſit citatus, cum iudicium à citatione incipiat, vel quod ei ſit intimata delatio. Quod ſi reus iniquis viis cauſam vicit,& abſolutus fuit,vel ſi delictum ſit ad hoc forum deductum, & iam peracto iudicio punitum,quò ad forũ conſcientiæ ab Epiſcopo abſolui poterit. Inſuper ſi duo eiuſdem criminis cõſortes ſint, ac alter ſolum ad iudicium deferatur, delictum alterius nondum delatum occultum erit,ac huic poteſtati Epiſcopi ſubdetur: quia res inter alios acta aliis præiudicare nequit. *Nau.conſ.2.de reiudicat.Vgol.p.2.de off.Epiſc.c.57.*§.2.*Sanch.l.c.n.*21.Mar.*Ant.l.3.var reſol reſol.*16.*caſu* 8.& alii.

Porro ij caſus intelligendi ſunt tàm de caſibus ante Concilium Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, quàm etiam poſt. *vt per Suarez. tom.4. d.30.ſect.2.Tol.l.1.c.41.Nauar.cons.10.de Priuileg.Pereg.de duello q. 37 Beia.par 4.reſp cas.cons.caſu 37.Finell de cas.res.c.7.* Gamba*rup.c.3 Bonac.de oblig.d.nunt.d 6.pun.*1.§.10. Vbi per hoc reſoluit, Episcopum virtute Conc.Trid.abſoluere poſse inobedientes monitoriis,aut Edictis ſancti Inquiſitionis officii.Idem de *cen.d.2.q.6. pun.2.n.*15.

3 *Obſeruatio.*

TErtio obſeruandum, poteſtatem conceſsam Epiſcopis diſpẽſandi in irregularitatibus,& ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus,excepta ea,quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum, & abſoluendi à caſibus occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, &c. ad ſubditos tantũ reſtringi,inquit.n.quoſcunq; ſibi ſubditos.

Quorum tamen nomine comprehenduntur peregrini, vagi, ſcholaſtici, mercatores, & forenſes, qui per aliquod tempus ibi commorantur.

Item religioſi, qui etſi ab Epiſcoporum iuriſdictione ſint exempti, ſi tamen pro aliquo caſu occulto Papæ reſeruato, Prælatorum ſuorum facultate obtenta, ad Epiſcopos accedant, ab ipſis abſolui poterunt; ſiquidem Monachi, & regulares dicũtur ciues illius loci, vbi habitant, & vbi eſt ipſorum monaſterium. *Bar. in l.1.ff. ad munici. Nau. conſ 7. de teſtam.*

Quo illud ſpectat: Vir eruditus, & ſapiens nuſquam peregrinus, ſed vbique ciuis. *Suarez. tom. 5. d. 41. ſect. 2. Sanchez. d. c. 11. num. 9. & 10.* vbi idem dicit de monialibus exemptis. Et ſecundum eundẽ *num. 17.* Illa verba quoſcunque ſubditos in diœceſi ſua, ſignificant, Epiſcopum poſſe abſoluere quoſcunque ſubditos, vel quia ſint ordinarii, vt potè qui ibi domicilium habent, vel quia ſubdantur quò ad forum pœnitentiæ, eo quod ibi in diœceſi inueniantur tanquam aduenæ, & peregrini: & ea facultate vti poſſe ait, etiam ſi tam ipſe, quàm ſubditi extra diœceſim exiſtant.

Idem tenet *Duard. in Bulla Cœna Domini lib. 3. §. 2. quæſt. 11. num. 23.* vbi *num. 26.* ait ex *Molina tom. 4. de Iuſt. diſput. 61. num. 1.* quod ſi regularis Prælatus iniuſte ſubdito religioſo denegaret licẽtiam adeundi Epiſcopum in caſu, à quo ipſum abſoluere nequit, tũc eundem adire poſſet vt ab eo abſoluatur, vel cum eo diſpẽſet. Siquidem per Epicheiam non eſt cenſendum mentẽ S. Pontificis, & religionis eſſe, vt religioſus vagari cogatur, & Romanã Sedem petere vt à Pontificiis caſibus occultis abſoluatur, &c. Quod alibi etiã aduerti *ex Sanchez. de præcept. l. 4. cap. 39. nu. 26.* modo de iniuſte denegata licentia conſtet. &c.

4 *Obſeruatio.*

QVarto obſerua etiam ex verbis concilii abſolutionem tñ valere pro foro conſcientiæ, vt ſcilicet ea abſolutio pro foro externo non proſit, ſi forte contingat reum illum ad iudicium trahi; non tamen prohiberi, quin abſolutio à caſibus occultis quò ad vinculum excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, & etiam diſpenſa-

ſpenſatio quò ad irregularitates ex delicto occulto prouenientes extra actum confeſſionis impertiri nō poſſit. *Ant. Gennenſ in praxi Neap. c.67.num. 17. Sanchez.l.8.d.16.num.10. & de praeceptis.lib.4. c.54.num.15.& c.43.num.16. Lazarius de monit. ſect.4.q.15.num. 9. Roder.in qq.regul tom. 1.q 61. art. 7. Emanuel. Sà in v. abſolutio ab excom.*

Abſolutio tamen cenſurarum virtute Iubilæi extra ſacramentū pœnitentiæ à Confeſſario, niſi in Bulla exprimatur: dari non poteſt maxime ſi in Diplomate diceretur, audita prius confeſſione. Siquidem materia prius per ſacramentum pœnitentiæ præparari debet, & prius pœnitens à cenſuris, & poſtea à peccatis abſoluendus eſt. Si tamen ante à cenſuris abſolutionem impenderet, & mox à peccatis, abſolutio valeret, ſed Iubilæum non lucraretur, niſi poſtquā à peccatorum nexib. abſolutus foret. *Suar. tom. 5. ſect. 5. n. 31. Molſ. tr.7.c.21.n.59. Vide quę ſcripſimus de Exam. p.1.q.35:38. & ſeq.*

5 Obſeruatio.

QVinto quod licet Cōcilium dicat, Epiſcopum abſoluere poſſe à reſeruatis Papæ per ſe ipſum, vel Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, poteſt tamen in his vices ſuas, vel in particulari caſu, vel in generali, alteri committere. *Suarez. d. ſect. 2. num. 9. Sayrus lib.4. de cenſ. c.17. num. 19. Sanchez. lib. 2. d. 40. q. 2. Mar. Ant. Gennen. num.* 15. Quò autem ad abſolutionem hæreſis, communior & tutior eſt ſententia, per Bullam Cœnæ Domini eſſe huiuſmodi facultatem reuocatam. *Sanchez. d. c. 11. num. 26. Gennen. num. 10. & Suarez. d. ſect. 2. num. 11. & alij.* & ſæpe alibi annotauimus.

Quomodo ratione ſcandali vitandi abſolutio à caſibus reſeruatis ab inferiori dari poſſit.

4 Caſus.

QVartus, & poſtremus caſus, in quo inferior ab Epiſcopo, & Pœnitentiario poteſtate à iure delegata, ſaltem ex tacita quadam præſumptione, poteſt à caſibus reſeruatis abſoluere, eſt ad euitandum ſcandalum, & infamiæ periculum: vt ſi Superior eſt abſens,

vel ita diſtat,vt arbitrio boni viri non ſine magno incommodo, & periculo adiri poſſit:& communio paſchalis temporis inſtet,vel ipſe pœnitens ſit Paſtor,vel Parochus,& illi rem ſacram facere incũbat. In hoc caſu pœnitens omnia,& ſingula peccata reſeruata,& non reſeruata,modo excommunicatione careant,confiteri debet,ac ſubindè inferior Sacerdos à non reſeruatis directè abſoluere, licet etiam à reſeruatis indirectè,& conſecutiuè abſoluere dicatur,interim pœnitens Euchariſtiam ſumere, vel celebrare poteſt, & poſtmodum opportunitate nacta Superiori integrè confiteri oportebit, vel ab ipſo facultatem petere,qua etiam à reſeruatis directè abſolui queat. vt colligitur ex *Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 7. Duard. in Bulla Cœna Domini l. 1. c. 2. q. 3. Tuſc. in v. ſcandalum concl. 52. Menoch conſ. 51. n. 44. Crauetta conſ. 262. Coriol. p 1. ſect. 1. ar. 17.*

Si autem excommunicationis cenſura reſeruata pœnitẽs detineatur,poſſe cum cordis contritione,vel ſynaxim ſumere,vel celebrare, ſed quamprimum commodè poterit, legitimo Iudici,qui abſoluere queat,confiteri debere,eſt concors DD. ſententia. *Henriq. lib. 3. de pœnit. c. 15. num. 1. Suarez. tom. 4. d. 31. ſect. 3.* Vbi tamen contra communem tenet inferiorem ſacerdotem in huiuſmodi euentu indirectè abſoluere poſſe à caſibus reſeruatis annexam excommunicationem habent bus,cui adhære videtur *Bonac. de pænit. d. 5. q. 7. p. 5. §. 3. num. 8. Reginald. p. 1. l. 8. c. 6. num. 8. Henriq l. 6. c. 15. num. 7. Coriol. l. c. Coninch. d. 8. dub. 13. nu. 106. Megalus. lib. 5. c. 19. q. 4. & nos in p. 1 de* Exam. *eccl. tr. 5. c. 4. q. 26.* Accepta tamen,ut ibi diximus,promiſſione,quod cum primum ei licebit Superiorẽ adibit quò a reſeruatis,uel à cenſura abſoluatur. Et eſt ſatis probabilis ſententia. Contra quos vide *Lazarium. in canon. & pract. quęſ. ſect. 4. q. 18. Sayrum lib. 2. de cenſ. c. 3. num. 28. Io. Bapt. Conſt. in admonit. ad Curatos p. 4 tit. 6. c. 4. Roder. tom. 1. regul. qq. q. 21. a. 4. & Mirand. tom. 2. q. 34. art. 10.*

Fama quanti facienda.

ASſertionis autem ſupra firmatæ communis etiam affertur ratio,quod ius naturale de conſeruanda fama,aut uitando ſcãdalo,omni iuri poſitiuo præualet;& quod nil cum ſcandalo fieri debet. *c. nihil. vbi Fel. ext. de praſcript. & c. 2. de operis nou. nunt.* Et quod fama quæ eſt maximum bonum,multum eſt nobis neceſſaria

c. non

c. non ſunt audiendi. 11. *q.* 3. Hinc à Sapiente nobis præcipitur, ut curam habeamus de bono nomine, quod melius eſt quàm diuitię mul tæ. *Eccleſ. c.* 41. *&* *Prouerb. c.* 22. Et ille *apud Flauianum.*

Ego, inquit, *ſi bonam famà mihi ſeruaſſo, ſat ero diues.* Et Cato.
Omnia ſi perdas famam ſeruare memento.

Et apud *Iuriſtas*, quod ſeruata fama, & inoffenſo honore fieri non poteſt, tanquam impoſſibile à iure reputatur. *l. nepos Proculo ff. de verbor. ſignifi. Caſſan. in Catalog. glor. mun. p.* 1. *conſid.* 2. *Menochius conſ.* 88. *&* *conſ.* 99. *Vt dixi in* 1. *p. de.* Exam. *Eccleſ. tr.* 4. *c.* 7. *q.* 58. *&* *tr.* 5. *c.* 4. *q.* 26.

Vnde etiam inferunt DD. religioſum pęnitentem cuius magni refert in ſacramētali confeſſione ſua peccata reſeruata Antiſtiti præſenti non reuelare, propter maximum nempè periculum, quod exindè prouenire queat, ſi ipſe Superior facultatem concedere nolit, ut alii inferiori confiteatur, ob vitandum ſcandalum, & infamiæ propriæ periculum, cum ſola contritione communicare, uel celebrare poſſe, dummodo non adſit alius Confeſſarius, cui peccata non reſeruata, & reſeruata, confiteri poſſit; & ſcandalum futurum ſit uerum, & magnum, non fictum, & paruum. *Roder. &* Mi*randa. l. c. Sot. in* 4. *diſt.* 12. *q.* 1. *art.* 4. *&* *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 5. *Graff. lib.* 1. *deciſ. aur. c.* 12. *num.* 12. *Emanuel. Sà in aphor. in v. cenſura. Henriq. l.* 3. *de excom. c.* 21. *num.* 3. *Val. tom.* 4. *d.* 7. *q.* 11. *puncto* 1. *Reginal. lib.* 8. *cap.* 6. *nu.* 85.

(Imo hic locum habere poteſt illa Sanctio Pauli V. uidelicet cum Confeſſarii à Superioribus facultatem pro aliquo caſu petunt, & illi impertire renuunt; tunc pro illa uice poſſe pęnitentem regularē abſoluere. *Coriol. de caſ. reſ. p.* 1. *ſect.* 1. *art.* 17. *Molfeſ. tr.* 7. *c.* 21. *nu.* 44. *Nal. in v. abeſſe. v. caſus. &* *v. religioſus.* ut alibi notaui.)

Religioſi an quò ad famam ſui iuris ſint.

NAm & ſi religioſi ſui iuris non ſint quò ad ea quæ uouent, ſunt tamen ſui iuris quò ad propriæ famæ conſeruationem, & quò ad ea proinde quæ in famæ fauorem omnibus fidelib. Deus mandauit.

Vnde D. *Thom.* 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. *ad* *v.* docet, inter religioſos etiā ſeruandum eſſe illud Domini præceptum. *Matth. c.* 18. Corrige in-

Supponendo ergo Superiorem duob. modis ſe gerere poſſe cum ſubdito ei caſum reſeruatum reuelante.

Primò ipſum ſacramentaliter à culpa abſoluendo.

Secundo audiendo tantum caſum reſeruatum, & dando monita ſalutis cum pęnitentiæ, uel ſatisfactionis impoſitione, & abſolutionem poſtmodum inferiori Sacerdoti remittendo.

An abſolutioni caſuum reſeruatorum ſit, præſcripta forma.

DIco abſolutioni, quæ ſuper caſus reſeruatos cenſuram non habentes impenditur, nullam eſſe præſcriptam formam, præter illam, quæ aliorum etiam peccatorum abſolutioni communis eſt; nam ſiue Superior poteſtate ordinaria, uel delegata abſoluat, illa neceſſaria, & eſsētiali forma uti debet. Abſoluo te, &c. *Cōc. Trid. l.c.c.3.& can.9. D. Thomas in 3.p q 84.art.3 vbi Suarez.d.19.ſect.1. Vaſq.dub.4 Sot.in 4.d.14 q.1.art.1.& 3. Henriq. de ſacramento pęnit.lib 4.cap.11. Caiet in v. abſolutio. Nau.cap. 26. num.11. Tolet. lib.3.cap.12.*

Quæ quidem uerba cum ſint ſententia diffinitiua à Sacerdote miniſterialiter, ut aiunt, & irreuocabiliter prolata, expedit tunc pęnitentem ad ipſius abſolutionis uerba attendere, cum quodammodo tunc de ſua ſalute certior fiat, quam per eam ſe conſecuturū ſperat, &c. *Sà in v abſolutio num.3.*

Quinimò concurrente intētione in mortis articulo, uel in aliquo alio caſu, ut tempore Iubilæi, uel magni diei feſti, dum multi confluunt, Superior, uel alius Sacerdos, his ſolis prædictis uerbis abſoluere poteſt, tùm à cenſuris, tùm à peccatis, quibus pænitens tanquam uinculis conſtringitur, *Sot.l.c. Henriq.n.3. Tol.1.c.14. Vital.in cād. aureo de abſolutione in fine num.49.& alii.*

Sed cum tempus ſupereſt, decet aliqua præmittere, & alia conſequenter addere, ſicuti in Eccleſia Romana fieri conſueuit.

Praxis abſolutionis ſuper caſus reſeruatos.

CVm uero Superior qui ordinaria fungitur poteſtate, uel Pęnitentiarius, qui delegatam vniuerſalem facultatem habet, cer-

certior factus fuerit de pœnitentis diſpoſitione, hanc praxim in vſu abſolutionis obſeruare poterit.

Primo quod ſi prius ab eo adeatur, qui caſu reſeruato obſtringitur, poterit ſi vult, vel ei vacat, omnia peccata etiam non reſeruata audire, & ab eis ſacramentaliter abſoluere. Si vero ei non placet, aut tempus non ſupereſt totam confeſſionem audire, à reſeruatis tantũ abſoluet, & pro eis ſalutarem pœnitentiam præſcribet; vel ſi ſubdelegẽdi facultatem habet, qualem Pęnitentiarios in Cathedralibus habere dum in caſu particulari adeuntur, ſuperius diximus, remittere eum poteſt ad inferiorem, quò ab ipſo etiam à reſeruatis abſoluatur, condigna tamen prius pæna in medelam illorum impoſita. *Zerula in Praxi pęnit. c. 24. q. 27. & in Praxi Epiſc. in v.* Pænitentiarius. *Piaſec. pariter in Praxi Epiſc. p. 2. c. 1. n. 15. Ric. in prax. var. reſol. Reſol.* 179.

Quod ſi à Superiore Iudice ſit à peccato reſeruato abſolutus, ob integritatem tamen confeſſionis, (quidquid aliqui dixerint) tenetur reſeruatum ſimul cum non reſeruatis inferiori Sacerdoti confiteri.

Secundo ſi priùs inferior Sacerdos adeatur poterit omnia peccata etiam reſeruata audire, qui à quibus poteſt, dummodo excommunicatus non ſit, abſoluet, & pro reſeruatis ad Superiorem remittet; qui quidem poſtea non tantum pænitentem cærimoniali quodam ritu audiet, vt aliqui falsò putarunt, ſed etiam illi ſuper peccato reſeruato ſacramentalem abſolutionem impertietur, & pro illo vindicantem, & præſeruantem pænitentiam iniunget.

Et hæc eſt uera reſolutio, & tuta praxis, quidquid nonnulli Doctores præſertim. *Suarez. tom. 4. d. 31. ſect. 1. & Vaſq pariter in 3 p. q. 91. ar. 4. dub. 10. Roder. ar. 6. Miranda art. 12. & Garzias de beneficijs p. 5. c. 4. nu.* 117. variis, & inutilib. altercationibus inter ſe dimicent.

Atque ita ſic tenet. *Sot. in 4. diſtin. 18. queſt. 2. art. 5. Syl. in v. confeſſio 1. §. 20. Caiet. in v. confeſſio: cond. 10. Nauar. c. 26. num. 6. & in c. 1. §. cautus de pęnit. d. 5. Graff. lib. 1. deciſ. aur. c. 13. num. 77. & de arb. cõfeſſ. c. 23. Henriq. lib. 3. de ſacramento pęnit. c. 15. Tolet. lib. 3. c. 8. Pet. Sot. lect. 5. de confeſſ. Val. tom 4. d 7. q. 11. p. 1. Vgol. de off. epiſc. par. 2. c. 40. Zechius de ſacramento pęnit. c 11. Poſſeuinus de off. Curat. c. 7. n. 49. Domitius Chamerotus tract. de ſacramentis, de confeſſ. dub. 16.*

Zerula

Zerula in praxi pœnitent. cap. 13. *dub.* 13. *Aegidius Coninch. coment. de ſacramentis d.* 8 *dub.* 13. & alii.

Vbi etiam illud tutum conſilium proponunt, vt ſi pœnitens qui peccato reſeruato premitur, facilè adduci non poteſt, vt ad Superiores accedat, inferiorem Confeſſarium roget, ut à legitimis Iudicib. abſoluendi facultatem obtineat.

In tali porrò impetratione Confeſſarius præter alias peccati circunſtantias, quæ ſpeciem mutant, explicabit etiam peccati frequentiã, & temporis diuturnitatẽ, proximas peccandi occaſiones, & pœnitentis conditiones, quæ ad rem faciunt, ita tñ cautè, ne peccator detegatur: ſic enim Superior in cõcedẽda facultate facilior erit, & de ſingulis inſtructus aptiora, & opportuniora præſcribet remedia.

Superiores in concedenda facultate faciles eſſe debent.

IN qua poſtea concedenda Superior tàm ſæcularis, quam regularis, vt ſæpius admonui, facilis eſſe debet, cauens ne nimis iuſtus videri velit; ſiquidem qui nimis emungit, elicit ſanguinem. *c. niſi cum pridem. de renunt. c. deniq. d.* 4. *Suarez. diſp.* 30. *ſect.* 8. *Megalus lib.* 1. *num.* 27. *Miranda in Manuali Prælat. regul. tom.* 2. *q.* 34. *artic.* 9. *Coninchius de Miniſt. ſacr. pœnit. d.* 8 *num.* 108. *Molfeſ. tr.* 7. *c.* 21. *num.* 5. *Fagundez. p.* 3. *l.* 3. *c.* 9. *n.* 17. Hinc apud Claud. Theodoſius, Honorio filio ſuo ſalubriter præcipiens ſic ait:

Sis pius in primis, nam cum vincamur in omni.
M*unere, ſola Deos æquat clementia nobis.*

Et vt Iuſtinianus Imp. extulit *in l. vlt. C. de donat. inter vir. & vxor.* Nihil eſt tàm peculiare Imperialis maieſtatis, quàm clementia, & humanitas per quam ſolam Dei ſeruatur imitatio

Prælati difficiles ſe in cõcedẽda facultatẽ pbentes accepta abutuntur poteſtate, & iugũ Dñi graue reddunt. Et cũ forũ pœnitentiæ non tàm iuſtitiæ ſit quàm miſericordiæ, ſtudendum eſt, vt confeſſio humanæ infirmitati grauis, quantum ſpiritus Domini, & prudentia patiuntur, facilis, & leuis reddatur. *Beia. p.* 1. *c.* 16. Videatur vltra auctores, quos alibi citaui *Sotus in* 4. *ſent. d.* 18. *q.* 2. *ar.* 5. Vbi ait, auream mediocritatem in hoc ſequendam eſſe, vt nec nimis faciles, nec nimis difficiles in hoc ſe præſtent, ſicque communi bono proſpiciendum

dum, vt confeſſionis religionem non grauiſſimam reddant; & conſulit vt circumſpectis, & prudentibus viris, cum expoſtulatum à ſe fuerit, caſus reſeruatos facile committant.

Quam facultatẽ ſi, vt alibi ſcripſi, in caſu occurrenti concedere regul. Prælati nolint, ex Pontificis mente pro illa vice tantum illis abſoluere licebit. *Bartoluc. in declarat. reg. Fratrum Min. c. 7. & Nald. in qq pract. in v. caſus Molfeſ. l. c. n. 5. & 35. Fangund. l. c.*

Abſolutus verò à caſu reſeruato per eum, qui ad id facultatem à Superiore accepit, huic ſe amplius præſentare non tenetur, niſi illã ſub huiuſmodi onere commiſiſſet, quod etiam ſi poſſit, fieri non ſolet. *Henriq. lib. 1. de pœnit. c. 17. num. 1. & lib. 6. c. 15. num. 2. Suar. d. 30. ſect. 5. Beia p. 2. caſu 3. Reginal. l. 8. c. 5. num.* 88.

Quomodo pœnitens contritus eſſe debeat.

ILlud in primis eſt obſeruandum, vt pœnitens antequam à caſibus reſeruatis abſoluatur, debita contritione, vel attritione præmuniatur, quandoquidem delictis reſeruatis inuolutus ſacramentali abſolutione donari non poteſt, niſi ſaltem habeat attritionem, quæ calore ſacramenti fiat contritio. *c. peccati. de reg. iur. in 6. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 4.*

Tria ad vitam neceſſario.

TRia quippe ſunt homini ad vitam neceſſaria, nẽpe mater, quæ illũ pariat, cibus, qui eũ alat, medicus, qui eundem ubi ægrotauerit, curet. Itaq. partu homo naſcitur, cibo alitur, medicina curatur. Hęc eadem ad ſpiritualem uitam traducendam neceſſaria eſſe quis non uidet? Mater eſt baptiſmus, cibus Euchariſtia, medicus pœnitentia, contritione, uel ſaltem attritione, confeſſione, & ſatisfactione conſtans. *Ludou. Granaten. in ſylua locorum communium. in v. Euch. Io. à Turre Crem. in c. quis ſcelerate de conſ. diſt. 2.*

Quinam indigne, & ſacrilege ad confeſſionem accedunt.

HInc deducitur in deplorando eſſe ſtatu, ac minime abſolutionis beneficio eſſe donandos, qui ſine debita attritione. i. dolore

lore de præterito, etiã ſi ex gehennæ metu ſit conceptus, & propoſito cauendi in futurum, ad confeſſionem animo ſe uindicandi, aut alienum non reſtituendi accedunt. Nec non eos qui proximas delinquendi occaſiones quales concubinarii ſunt, non deſerũt. Quorum falſam eſſe pęnitentiam duo potiſſimum ſunt ſigna.

Primum eſt quod confeſſionem uſque ad ultimam Quadragesimæ hebdomadam differunt, quod ex humano tantum timore procedit, ne. ſ. hæretici, uel pagani eſſe uideantur, & ne poſt mortem Eccleſiaſtica ſepultura priuentur. *c. omnis. ext de pęn. & remiſſ.*

Secundum ſignum eſt, quod tales tam cito poſt Paſcha in eadem peccata ſpõte ſe præcipitant, nec in aliquo uitam ſuam emendant. *Diſcip. ſerm.* 44. Vnde iſti qui confeſſionem uſque ad hebdomadã ſanctam protrahunt, & qui tantum ſemel in anno animæ labes tergere ſolent, niſi ante Dominicam Palmarum confeſſi fuerint, poſt peractum paſchatis tempus, & facto emendationis experimento, ad pęnitentiæ ſacramentum admitti non deberent. *ut per D. Carolum in tract. de ratione adminiſt. ſacr. confeſſ.* Quod multi pii, ac prudentes Epiſcopi in ſuis diæceſibus in uſum introducere conſueuerunt.

Monita.

LIcet autem nihil difficilius ſit quàm obdurata hominum corda, terrenisque affixa emollire, Confeſſarius tamen diuina ope fretus, & Dei zelo munitus, quo intelligit diuiniſſimum eſſe opus, eſſe Dei miniſtrum ad reducendas animas ad ſuum principiũ, id aſſequetur. *D. Dionyſ. de Eccleſ. hier. c.* 3. *Roderiq. in exercit. ſpir p. 3. tr. 1. c.* 18.

Caueat autem ne pęnitens indignè abſolutus æternam mortem ſubeat, neque enim ut medicus corporis etiam ſi incuria ægrum in uitæ diſcrimen coniiciat, ſanus nihilominus manet, ita Confeſſarius pęnitentem æternæ damnationis periculo obiiciens, eam euadit, ſed pariter eſt ei obnoxius, nam ſi cæcus cęcũ ducat, &c. Propterea Superior, uel Pęnitentiarius, ut dicam, paratos habere debet ſacræ Scripturæ locos, quibus efficaciter ad uerum Dei timorem, & compũctionem peccatorum, iuxta illius captum, pęnitentem moueré poſſit. *Pet. Sot. de remed. peccatorum lect.* 6 *& Nauar. in Man. c.* 10. *num.* 4.

Iuſtitiam, & religionem ſeruare debet Confeſſarius.

SIquidem Confeſſarius ſiue ordinaria, ſiue delegata iuriſdictione fungatur, iuſtitiam, & religionem in ſacramenti pęnitentię admĩſtratione ſeruare tenetur, cum ſacrum, & iudicialem actum exerceat; præcipuè autem & ante omnia ad eum ſpectat, pænitentis diſpoſitionem ſufficienter agnoſcere. *Suarez. tom. 4. de pęnitent. diſput. 32. ſect. 2. Lud. de Ponte de Chriſt perfect. tom. 4. tr. 5. c. 18.* Vbi ait diligentiam miniſtri ſacramenti pænitentiæ, quo ad dignoſcendum pęnitentis propoſitum, & diſpoſitionem, circa tria capita potiſſimum verari, nempe circa odium, materiam luxurię, & reſtitutionis. Et vt ait *Pipinus in expoſ. ſuper confiteor. tr. 4. c. 12.* Tria ſunt potiſſimum ſigna contritionis. 1. cum pęnitens lachrymas effundit, vel aliud interni doloris ſignum exhibet. 2. cum amare, & dolenter confitetur. 3. cum pęnitentiam ſibi iniunctam, & ſi grauem, prompte acceptat *c. perfecta. de pęnit. d. 3.*

Proindè fortis ſit, & iuſtus, & ita dignos abſoluat, ut indignum qualibet authoritate pollentem ligatum dimittat. Nec vllo humano affectu à recto, & iuſto tramite ſe abduci permittat. *gl. in c. cum æterni tit. de re. iud. lib. 6.* vbi illa carmina refert.

Quatuor iſta, timor, odium, dilectio, cenſus.
Sæpe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus.

Sicut è contra pęnitentem ritè diſpoſitum abſoluere tenetur, quia recti iudicii ratio, & æquitas inter pęnitentem, & Confeſſorem hoc poſtulat, cum ſcriptum ſit de eo, qui iudicat: Sit cunctis benignus, omnibus iuſtus, & nemini familiaris. *Anton. Ferrantes in Theolog. mor p. 3. c. 6. §. 11. num. 25. Io. Medina in ſummal. 1. c. 13. Vinald. de abſolut. n. 1. Fagundex. 2. p. l. 2. c 9. Molfeſ. tr. 7. c. 22. nu. 14.*

Quomodo ad cordis compunctionem inducendus eſt peccator.

ERit autem facilè ipſum pænitẽtem ad contritionem, vel ſaltem attritionẽ inducere, ſi turpitudinẽ, & malignitatem ſcelerum illi proponat, quod nempè peccatum bono honeſto, vtili, & delectabi-

lia

liaduerſatur, vnde ſummum malum eſſe à Sapientibus definitur. *vt per Benzon. lib. 5. de anno Iub. c. 16.*

Si curet, vt pęnitens peccatorum ſuorum fęditatem, ac multitudinem intueatur, de ſumma bonitate offenſa, de Dei gratia, cæteriſque donis amiſſis ſollicite cogitet, mortis incertæ ineuitabilem neceſſitatem, futuri iudicii horrendam ſeueritatem, ac paratas etiã peccatoribus pænas ſempiternas expendat, atque pertineſcat. Quò pertinet illud *Eſaia c.*38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine aĩæ meæ. Et illud D*auidis pſ.*118. A iudiciis tuis timui.

D. *Chryſoſt. Hom. de compunct. cordis* ſtatum hominis qui propinquum aliquem, aut ſingularem amicum morte amiſit, fuſiſſime deſcribit, oſtendens nimirum, quemadmodum in luctu, & ſqualore verſetur, omnemque animi oblectationem prorſus reſpuat, totuſq; in triſti cogitatione defixus ſit; ac poſtea ita concludit. Quod tu alienæ carni exhibes, hoc animæ tuæ exhibe, &c.

Sed cauere debet Confeſſarius ne poſtquam peccata audierit, & abſolutionem impenderit in impertinentibus interrogationibus ſit curioſus, ſcire volens omnia quæ domi fiunt; ſæpe enim ob hæc pęnitentes deuotionem, & cordis compunctionem amittunt, quam in confeſſione acquaſierunt, vt admonet *Coriol. de caſ. reſ. p.1. ſect. 3. 3. cond. Confeſſ Conc. Trid. ſeſſ 14. c. 4.*

Quod ſi nec ex pęnæ metu ac ſeruili timore adhuc ad dolendum & ſatis pęnitendum induci nequit, ſaltem ad hoc adigatur, vt doleat, quod non ſatis doleat: hoc enim in praxi ſatis erit, vt abſolutionis beneficium impendi poſſit, vt notabiliter tradit. *Sylueſter. in v. contritio 1. q. 1. & Nicol. Aurif. in ſumma tit. 3. c. 2. Emanuel Sà in v. contritio. n.* 5. & alij.

Qnod ſi peccatis eſt cenſura annexa, illa innodatus licet contritus, vel attritus non ſit, abſolui nihilominus poterit, cum cenſurarũ abſolutio in inuitum etiam conferri poſſit. *Abb. in c. ab excommunicato ext. de reſcript.* Graff. *lib. 4. deciſ. aur. c. 16. nu. 5. Sayr. lib. 2 de cẽſ. c. 21. num. 5. Zecch. in obſer. gener. 10.* C*hap. de caſ. reſer. c.* 8. *Floron. cap.* 6. §. 2.

Eò autem magis pęnitentis cor conterendum eſt, quo magis decet, vt qui grauius peccauit, grauius etiam doleat, conteratur, & pę-

niteat,

niteat,& per conſequens maiorem ſatisfactionem aſſumat, iuxta il-la dicta: Maiora delicta maiora lamenta requirunt. Facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, *D. Amb. ſerm.* 8. *in pſal.* 118. *Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 8.

Adſit

Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas.

Horat. 1. *ſerm.* 3. *arg. c. non afferamus.* 24. *q.* 1. *glo. in c. fin. ext. de ex ceſſ. Prælat. vt infra dicemus.*

Quod ſi Confeſſarius poſt debitam diligentiam adhibitam, & perpenſis circunſtantiis de pœnitentis diſpoſitione, & emendationis propoſito ſcrupulo tangatur, illi aſſerenti ſe eſſe diſpoſitum credat, & vt aliqui volunt, ad propriæ conſcientiæ quietem ſub condi-ditione de præſenti ſaltem in mente retenta abſoluat, ſi es capax abſolutionis, &c. *Molfeſ. tr.* 7. *c.* 22. *num.* 25.

Confeſſio qualis eſſe debeat.

QVò ad confeſſionẽ obſeruandum eſt, inter conditiones, quibus legitima confeſſio veſtiri debet, illæ ſunt præcipuè, & maximè neceſſariæ, nempè vt ſit lachrymabilis, & ſaltem adiunctã attritionem habeat, vt ſupra dixi.

Secundo integra, vt omnia peccata medico ſpirituali pandãtur cum impium ſit dimidiam à Deo ſperare ueniam. *c. ſunt plures. de pœn. diſt.* 6. Nec ſolum ſingula peccata, ſed etiam numerus, & circunſtantiæ mutantes ſpeciem, & etiam, ſecundum aliquos, multum aggrauantes ſunt in ſacramentali confeſſione aperienda. *Cõc. Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 5. *& tradunt DD. in c. omnis. de pœnit. & remiſſ. Azor.* 1. *p. lib.* 2. *c.* 12. *Suarez. d.* 22. *ſect.* 3. & alij.

Proinde conſcientiæ prædiſcuſſio neceſſario reqritur. *Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *de confeſſ. c.* 5. *Viual. de confeſſ. n.* 20. *Reginal. p.* 1. *c.* 3. *num.* 28. A qua tamẽ obligatione, ut infra dicam, excuſantur rudes homines, qui factorum memoriam refricare neſciunt, propterea à Pœnitentiario interrogationibus adiuuandi ſunt *Suarez. d.* 22. *ſect.* 11. *nu.* 5. *Henriq. l.* 2. *de pœnit. cap.* 3. *num.* 10. ut dixi in *Comment. de hum. uitæ ſtat. par.* 1. *c.* 17.

Con-

Conſcientiæ examen ante confeſſionem præmittendum.

PRoinde ut hæc omnia rite exprimantur, neceſſerio requiritur, vt pænitens prius ſe excuſſerit, & conſcientiæ ſuæ ſinus omnes, & latebras explorauerit; ſi quidem apud omnes exploratum eſt neceſſariũ eſſe ut cõfeſſionẽ peccatorum mortalium ſufficiens, ac moralis conſcientiæ perſcrutatio, & examinatio præcedat; hoc enim à Concilio Trid. apertis verbis decretũ eſt. *ſeſſ. 14. de confeſſ. c.* 5. & rõ illa comprobat, quia qui actum aliquẽ pręcipit, iubet etiam media per ſe ad illum efficiendum neceſſaria, ſed integra confeſſio lethalium culparum quò ad numerum, & circũſtantias, à iure iubetur, ad quam moraliter loquendo, hæc diligentia neceſſario exigitur, ergo, &c. Sic uidemus purgandum infirmum, prius præparationem recipere, quæ humores commoueat, ut poſtea ſubſequens medicamentum efficacius illos expeliat. Eodẽ modo pænitens antequam confiteatur, & ſpiritualem medicinã ſumat, debet animæ morbos dijudicare, &c.

Sicut in alio ſimili uidemus, antequam quis conſecretur, uel ordinetur, ſcrutinium per triduum præmitti, ut per illud tempus diligenter, & exacte inquiratur de ordinandorum uita, genere, patria ætate, inſtitutione, loco, ſcientia, &c. poſt quod examen, qui probati ſunt, in Sabbato Epiſcopo ſe exhibeant, *c. quando. diſt. 24. lo. à S. Gem. infra citan.*

Examen quomodo faciendum.

PAri ratione antequam pænitens ſe coram ſacerdote in confeſſione ſiſtat, ut abſolutionis beneficium, & ſacramentalis gratiæ conſecrationem recipiat, debet ſe ipſum primo diligenter excutere, & conſcientiam ſuam per triduum, ideſt diutius examinare, ut ſcilicet haud minus in id diligentiæ, ſtudiique conferat, quàm in grauibus rebus temporalibus ponere ſoleat (Non tamen lubricã habens memoriam peccata ſcribere tenetur, neque ſtatim confiteri ſi fore præuideat, ut niſi illico animam ſuam expiet, culparum obliuiſcatur. *Bonac. de pęnit. d.* 5. *q.* 5. *ſect.* 2. *pun.* 2. §. 1.) Vel per triduum ideſt tripliciter de commiſſis in Deum, in proximum, & in ſeipſum.

Illud

Illud etiam triduanum tempus de triplici tempore intelligi poteſt, ſi generalis totius vitæ confeſſio inſtituẽda ſit, ſcilicet de iuuentute, virili ætate, & ſenectute, perſcrutando non ſolum de peccatorum actibus, ſed etiam de circunſtantijs, de conditione perſonæ, de loco de exercitio, ſocietate, cauſa, modo, tempore, quibus etiam auxiliis, delicta ſua perpetrauit. *Ioannes à S. Gemin. lib. 8. de rerum ſimilit. c. 11. & l. 9. c. 10. Lud. à Ponte de Chriſt. Hom. perfect. tom. 1. tr. 3. cap. 6. Graffius conſ. 5. de pœnit. & remiſſ. Reginal. p. 1. praxis fori pœnit. c. 2. n. 6. Viuald. in cand. aur. de conf. n.* 20. vbi habet hæc verba. ſequẽtia:

Monitum.

EX quibus omnibus patet, quàm culpabiles ſint pœnitentes, qui cum per totum annum non fuerint peccata ſua confeſſi, accedunt in hebdomada ſancta, quaſi inuiti ad confeſſionem, cũ parua, vel quaſi nulla animarum ſuarum præparatione. Longe tamen culpa digniores Confeſſarii, qui cum tali periculo perditionis vtriuſque, eos ſic imprẹparatos, indigeſtaque peccatorum mole onuſtos admittunt. Caueant obſecro, ne ambo in foueã cadãt hæc ille.

Vnde cum ad eſſentiam vt dicunt, confeſſionis integritas requiratur, neceſſario ſequitur, vt ſi mutilatio ſeu eiuſdem confeſſionis dimidatio rationem negligentiæ craſſæ in excutienda, & examinanda conſciẽtia eueniat, inualida reddatur. Quod ſane non raro in hominibus qui ſemel tantum in anno, non virtutis amore, ſed formidine pænæ confitentur, accidere ſolet.

Obſeruant aũt multi DD. præſertim. *Henriq. l. 2. de pœnit. c. 3. n. 10. Suar. tom. 4. d. 22. ſect. 11. & Reginal. l. c. Coninch. d. 7. d. 9. Coriol. de caſ. reſ. par. 1. ſect. 3. concl.* 10. ab hac obligatione excuſari primo eos qui frequentiſſime confitentur, & ut plurimum non niſi veniales culpas detergunt, ij enim non tanto indigent examine. Secũdo illos qui in extremo uitæ periculo conſtituti ſunt, ſiquidem eo meliori modo quo poſſunt, adiuuãdi ſunt. Tertio agreſtes, ruſticos, ac rudes hoĩes, qui geſtorum memoriã refricare neſciunt, propterea à miniſtro ſacramenti pænitentiæ interrogationibus adiuuandi ſunt, vt innui ſupra. *& de ſtat p. 1. c. 17. & tenet. etiã Bonac. de pænit. d. 5. q. 5. & c. Argum. Menoch. l. 3. de* Præſump. Prẹſumpt 4. *Tiraq. de temp. pænis cauſa.*

ſu 11. *Tuſcb. v. Ruſticitati concl.* 372. vbi ruſticitati parcitur, & à iuris ignorantia excuſatur.

Quò autem ad Pęnitentiarium, cum nemo tàm rudis, & hebes eſſe cenſeatur, quin caſus reſeruatos, quibus premitur per ſe dignoſcere queat, dicendum eſt ab hoc onere de tota confeſſionis ſerie interrogandi eximi poſſe, præſertim quod, vt aliàs dixi, illi integrū eſt, vel à caſibus tantum reſeruatis abſoluere, vel alteri, ſi ei non vacat, illorum abſolutionem præſcripta pænitentia demandare, vt in *p.* 1. *c.* 5. *& in* 1 *p. de Exam. Eccleſ. tr.* 14. *c.* 4. *q.* 21. *Graſſ. de arbit. conſ. lib.* 1. *c.* 23. Vnde *&* *Zamb. in deciſ. caſ. conſc. pro art. mor. c.* 4. *dub.* 7. *n.* 4. ſic ait. Quare Confeſſarius pęnitentem non roget, an hæreticus, blaſphemus, veneficus, uel ſodomita fuerit, niſi ipſius pęnitentis confeſſio, vel qualitas, aliquod dictorum ſcelerum admiſiſſe ſuaſerit, quia aliter merito pęnitentes exaſperantur, ſi ab eis turpiſſima crimina rogentur, quæ non niſi perditiſſimi homines committunt, maxime quia ipſi pęnitentes etiam non rogati, quando perpetrarint, explicare ſolent, hæc ille.

Tertia præcipua confeſſionis cōditio eſt, ut ſit parere parata. i. ut pęnitens paratum animum habeat pro peccatis ſuis ſatisfaciendi, & proximas delinquendi in futurum occaſiones declinandi, &c. Sed quia de hac re poſtea dicemus.

Caſus ab integritate Confeſſ. excepti.

IDeo, quò ad ſecundam conditionem obſeruandum etiam uidetur, quod ex Doctorum ſententia, multi caſus ab integritate confeſſionis excipi ſolent, quorum principalis eſt, quando pænitens aliquo caſu reſeruato eſſet irretitus, tunc enim, vt ſuperius dixi, ſi prius Superiorem adeat, à ſolis reſeruatis abſoluere poterit, & deinde ad inferiorem mittere, qui audita omnium etiam reſeruatorum confeſſione, pęnitentem ab omnibus abſoluet.

Praxis diuidendi confeſſionem quò ad caſus reſeruatos.

QVod ſi prius ad inferiorem acceſſerit, iſte audita omnium peccatorum confeſſione, pęnitentem aliqua excommunicatio-

ne reſeruata non impeditum à reliquis abſoluet, dicendô: Ego te abſoluo à peccatis tuis, &c. & pro reſeruatis ad Superiorem Iudicē mittet, qui illis ſolis auditis abſolutionem impertiet. In his namq. caſibus, ut plerique Doctores verè dicunt, confeſſio per ſe integra dicitur, licet per accidens dimidiata cenſeatur.

Non deſunt autem Auctores non pęnitendi aſſerentes, ubi Superior ſuper ſola reſeruata abſolutionem impendit, debere pęnitentem ſola reliqua confiteri *Suarez. d. 31. ſect. 1 Megal. lib. 5. c. 8. n. 21. cum cater. s. vt ſup dixi.*

Sed alij Doctores id non probant, quia uni omnia Confeſſori explicanda ſunt peccata, cum confeſſionis integritas de iure diuino præcipiatur, & in nullo caſu etiam materialiter diuidi poſſit, niſi ratione alicuius moralis impoſſibilitatis. Siquidem etſi inferior ſacerdos in tali caſu à reſeruatis abſoluere nequeat, nihilominus ex parte pęnitentis digna diſpoſitio requiritur ad hoc ut à non reſeruatis abſolui mereatur; at qui moraliter poteſt, & non vult omnia peccata uni Confeſſario aperire, ad beneficium abſolutionis obtinendum non eſt digne diſpoſitus. *vt tradit Sot. in 4. d. 18. q. 2. ar. 5. Henriq. lib. 3. de pænit c. 15. num. 5.* & alij.

Quod in praxi ut tutum conſulendum eſt, nec adeò graue uideri debet, quin leue fiat commutatione timoris æternę damnationis in ſpem æternæ ſalutis. *Reginal. p. 1. lib. 8. c. 6. n. 90.*

Optimus ille modus etiam confitendi reſeruata reputatur, vt inferior poteſtatem abſoluendi à Superiore obtineat; quam tamen ſi concedere nolit, non propter hoc reſeruatio tollitur (quidquid ſit quò ad regulares pro prima vice) vnde in eo caſu neceſſe eſt, vel ad alium ſuperiorem Prælatum recurrere, vel ſi hoc fieri non poteſt (ut alias ſignificaui) integrum erit inferiori Sacerdoti confiteri, vt de aliis peccatis directè abſoluatur, de reſeruatis autem indirectè, donec maior facultas à Superiori Prælato obtineatur. *Suar. diſp. 30. ſect. 4 Henriq lib. 3. de pęnit. c. 15. V al. tom. 4. diſt. 7. quęſt. 11. p. 1. Fagundex. p 3. l. 3 cap. 9. num. 17*

Superior facultatem abſoluendi à peccatis reſeruatis ſub modo concedere poteſt.

QVod ſi fortè Superior abſens inferiori facultatem dederit vt à caſibus reſeruatis pęnitentem aliquē abſoluat ſub eo mo-

modo,& onere,vt coram ipſo ſe ſiſtat,& ei iterum confiteatur, volunt DD. vt ſupra inſinuaui, Confeſſarium teneri eum modum pænitenti declarare,& ſi cũ non acceptauerit,non debere audire,ſi ante confeſſionem id ſciuerit; nec à reſeruatis abſoluere, ſi poſt confeſſionem id intellexerit. Si tamen pęnitens ſub huiuſmodi modo abſolutioni conſenſerit,adeò abſolutionem valere aſſerunt,vt quãuis pęnitens poſtea Superiori non confiteatur,ualere illa non deſinat,licet culpam lethalem nouam admittat,atque ſic tenet. *Nau. in Man.c.26.nu.*12.& defendit hanc ſententiam *Suarez.d.*30.*ſect.* 5. *& Henriq.lib.*2.*de pænit.c* 17.*Coriol.p.*1.*ſect.* 2.*art.*3.*& Vaſq.in* 3. *q.*8. *D.Thomæ q.*91.*art.*3.*dub.*7. Vbi etiam tenent,hoc onus imponi iuſtè poſſe,non tantum in reſeruatis, ſed etiam in non reſeruatis caſibus in religioſis ordinibus,vbi regularis diſciplina, & obſeruantia procuratur. In religione enim quæ eſt perfectionis ſchola,quędam onera,& præcepta de rebus difficilioribus,quæ aliàs conſilium tantum reſpiciunt,'imponuntur; & regulares in his & aliis poſſunt iuri propriæ libertatis renuntiare. *Henriq.l.c.* Quod tamen,ut ſupra innui,in praxi fieri non ſolet.

Pœnitens ad confeſſionem ſcelerum animandus.

POrrò magna cautio adhibẽda, vt pœnitens ſcelerum virus euomat,neque enim deſunt, qui pudore præpediti maiori piaculo illa ſupprimunt. *Tuſell.in vita Zauerii lib.*4.*c.*23.

Proinde Pœnitentiarius diuinam efferre debet miſericordiam, & ad confitendum animare,cum per humilem confeſſionem remittatur peccatum, & Diabolus ſuum amittat Principatum. D. *Bernard. ſuper cant. ſerm.*6. Notum eſt maligni ſpiritus ingenium, qui confeſſionem ob pudorem ex ea prouenientem præpedire conatur,quemadmodum reuelatum eſt cuidam ex ſanctis Patribus contemplanti eum valde ſollicite per confeſſionalia diſcurrentem, & peruagantem, vt ſcilicet pænitentibus reſtitueret pudorem confeſſionis tempore,quem in occaſione peccandi,vt expeditius,& propenſius delinquerent, ipſis abſtulerat; nimirum vt tunc ob verecundiam culpam aliquam reticeant. Siquidem vel una lethalis culpa ob pudorem nõ expreſſa cauſa eſt,teſte *Lud.de Pon.tom.*4.*t.*5.*c.*10. vt reliquæ maneant,& præteritæ confeſsiones inualidæ reddantur,

& etiam nouum aliud ſacrilegii ſcelus accedat; quibus propterea illud Dauidis competit: Quoniã tacui, inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die *pſal.* 31. Ille ait S. *Greg.* tacet, & clamat, qui peccata quidem præterita per confeſſionem non enuntiat, & per cor impœnitens alia perpetrat, quæ noui ſunt clamores, apud Deum (Sicut clamor Sodomorum, & Gomorrhęorum ad Deum aſcendit) & noua ſupplicia petunt. Duplex eſt Diabolicę perſecutionis genus. Primum eſt qđ impellit ad culpam. Alterũ ꝗ à pænitentia excludit, vel nimis peccata alleuiando, vel nimis aggrauando, pudorem, vel timorem incutiendo quæ grauior eſt perſecutio. Vnde eſt illud.

Qui ſcelerum vobis virus lethale propinat.
Ille ſalutiferum ſurripit antidotum. D. *Cypr. tract. de lapſis.*

Quando iterandæ ſint confeſſiones.

TRes autem ſunt præcipui caſus, in quibus ante actę cõfeſſiones reficere, & iterare quis cogitur.

Primus eſt cum Confeſſarius ſufficiente iuriſdictione abſoluendi à peccatis caruit; quandoquidem duo ſunt, quibus humanorum actuum conſtat effectus, voluntas ſcilicet, & poteſtas, quorum alterum ſi deſit, nihil eſt quod explicari queat. *Boet. de conſolat. lib.* 4. *c.* 2. *Doctores in c. ſuper eo. de officio deleg.*

Vnde etiam qui tempore Iubilæi Sacerdoti non approbato ab Ordinario confitetur, & etiam à caſibus reſeruatis, ac cenſuris abſoluitur, inualide confitetur, ita vt eo elapſo, nec ab aliquo alio ſimplici Confeſſario ab ijs abſolui poſſit. *Coriol p.* 1 *ſect.* 2. *ar.* 18. *Bonac. tom.* 1. *de ſacram. Diſp.* 5. *pun.* 4. §. 1. Vbi etiam hoc extendit ad religioſos, quando in Bulla habetur, vt Confeſſarius ſit approbatus ab Ordinariis locorum. &c.

Secundus eſt quando particularis confeſſio abſque vero dolore, & firmo propoſito peccata deſerendi facta fuit; aut ſi Confeſſarius bona, aut honorem, ſeu famam quæ abſtulit, reſtitui præcepiſſet, aut proximam delinquendi occaſionem deſerere, & quamuis ſe id facturum promiſerit, exequendi tamen verum propoſitum, & enixam voluntatem non habuit. *c peccati. de reg. Iu. in* 6.

Item ſi pœnitentiam ante abſolutionem acceptatam explere non

intendebat. Quod in proiectæ conſcientię hominib. ſæpius accidere ſolet. Secus ſi perficiẽdi aĩum habebat, ſed tñ poſtmodũ ex negligẽtia eã adimplere omiſit, tunc.n. & ſi lethaliter peccauerit, confeſſionem tamen iterare non tenetur. Vbi Confeſſarius aduertat talem pęnitentiam imponere debere, quam pœnitentem præſtiturum credit, ne mortaliter peccandi ei anſam præbeat, cum pœnitens ex communi ſententia ſub culpa lethali pœnitentiam grauem, quam iã acceptauit implere teneatur.

Et ne inde peccatores occaſionem ſumant indoctos Confeſſarios quęrendi, qui ſine vlla cauſa pro grauiſſimis delictis leuiſſimam pęnitentiam illis iniungerent; cum tamen ad Confeſſarios pertineat omnia peccandi pericula à pęnitentibus amouere. *Sanctarell. de blaſphemia c. 7. Dub. 1.*

Tertius caſus reficiendi confeſſionem eſt, quando in ipſa confeſſione præ pudore, aut ignorantia affectata, aut ob neglectum conſcientiæ examen, aliquod mortale peccatum minime patefactum fuit, &c.

Non negamus eſſe valde difficile verecundiam, & pudorem vincere, qui ex occultorum ſcelerum manifeſtatione quæ ſacerdoti ſit, oriri ſolet, præſertim ſi illa materiæ vili, infami, aut verecundæ adhęreãt, quod maxime in pueris ac puellis locũ habere ſolet. *Molſ. tr. 7. c. 22.*

Malus pudor quomodo ſuperandus.

HAec tamen difficultas præſtantiſsimis commodis, quæ hanc victoriam conſequuntur, optime recompenſatur, vt ait *Conc. Trid. di ſeſſ.* 14. c. 5. & notando exemplo probat. *Cambrecius l. 2. de Stud. perfect. c. 2.*

Inter alia verò hæc victoria pęnitentem liberat ab æterna illa cõfuſione, qua in nouiſsimo iudicij die afficeretur, ſi ob incuratum malum pudorem lethalia vulnera celet. vt rite perpendit *D. Auguſt. in tract. de viſit. infir. c. 5. & Lud. à Ponte de Chriſt. hominis perfect. p. 1. tract. 3. c. 5. §. 1. & Buſt. p. 1. ſui Roſarij ſerm.* 35. §. *tria remedia. & Duar. in florib. exemp. tom. 3. tit.* 38. *c.* 7.

Propterea nimis timido, & verecundo pęnitenti proponenda eſt à Pœnitentiario illa Sapientis ſententia.

Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. *Prouerb. cap.* 28. Et pro aĩa tua ne confundaris dicere verum. *Eccleſ. cap.* 4. Vrgeatur vt ſic agat in animæ ſalute ſicut corporis illius enim valetudinem diligenter curat ſi ea lædatur, aut perdatur, modis omnibus laborat, vt recuperet. Sic in ſalute animæ agat, eam accurate tueatur, ſed ſi forte lædatur, aut amittatur, det operam, vt ſtatim per confeſſionem reſtituatur, alioqui illud Poetæ audiet

Quæ lædunt oculos feſtinas demere, ſi quod
Eſt animum, differs curandi tempus in annum.

Proponenda ſacri ſigilli confeſſionis celãdi arctiſſima obligatio, *vt per Viual in cand. aur. tit* 12. *num.* 2. vbi hæc verba ſubiicit. In Eccleſia Dei ſummopere eſt neceſſarium, vt Prædicatores in ſuis concionibus, & Confeſſarii in præambulis confeſſionum, maxime ruſticorum, puerorum, & puellarum, declarent vim, atque efficaciã huius ſigilli. Inuenti ſunt enim non pauci filii familias, & ſerui, qui putauerint, Confeſſarium peccata ſibi dicta in confeſſione reuelaturũ parentibus, & dominis ſuis. Quapropter haud paucæ inueniuntur confeſſiones falſæ inter tales pœnitentes, hæc ille.

De ſatisfactione, & quomodo circa eam imponendam ſe gerere debeat Confeſſarius.

QVò ad ſatisfactionem (quæ eſt tertia ſacramenti pænitentiæ pars) pro peccatis reſeruatis imponendam, obſeruandum eſt iuſtam penitentiam reſeruatis delictis condignam, ſoli Deo cognitam eſſe, ille enim ſolus nouit, quanta pena perſoluenda remaneat peccato mortali per contritionem, & confeſſionem remiſſo. Si autem humano iudicio res metienda ſit, certum eſt ſicut in aliis peccatis, ſic etiam in reſeruatis, omnes ſatisfactiones quò ad quantitatem arbitrarias eſſe, & in hac re plus Confeſſarii, vel Superioris iudicium, quàm certam regulam valere, vt tantas iniungat, quantas magis in Domino ad penitentium ſalutem promouendam expedire nouerit. *c. tempora.* 27 *q.* 7. *c. Deus. de penit. & remiſſ. c. menſura. de penit. d.* 1. *vbi Nau. in Man c.* 26. *nu.* 17. *Menoch. de arbit. iud. l.* 2. *caſu* 391. *Graff. lib.* 2. *de arbit conſ. c.* 5. *Clar. lib.* 5. *ſent. iuris. q.* 83. *Chap. c.* 12. *q.* 3. *Molf. tr.* 7. *c.* 25. *Bonac. tom.* 1. *d.* 5. *q.* 5 *p.* 2. *Fagund. p.* 2. *l.* 9. *c.* 3.

Et

Et curandum, vt ſemper eas pænitentias iniungat, quas veroſimiliter credit pænitentem impleturum, ne obſint, quæ prodeſſe debent, quandoquidem per illarum violationem ſtatus ipſius deterior futurus eſt, quàm alioqui foret. Et prudenter applicet quidquid boni fecerit, & mali ſuſtinuerit: cum dubium non ſit, per temporalia flagella, quæ à Deo infliguntur, vt morbi, paupertas, labores, & huiuſmodi alia, dummodò patienter ferantur, ſatisfieri poſſe; de quorum numero eſt etiam ineuitabilis mors *Nau. c. 26. nu. 23. Sot. in 4. d. 6 q. 2. art. 2. Tol. l. 3. c. 10. Valen tom. 4. d. 7. q. 14. p. 4. Sà in v. ſatisfactio nu. 11. Viual. de ſatisfact. nu. 11, Nal. v. ſatisfacere n. 2. ex Conc. Trid ſeſſ* 14. *c.* 9. Dixi patienter, &c. nam ex Prudentio. *Vidua eſt virtus quam non patientia firmat. Reginal. num. 5. cap. 1.*

Hinc D. *Bernar. de modo bene viuendi. Serm.* 40. Sine ferro martyr eſſe poteris, ſi patientiam in animo conſeruaueris. Et idem ait *D. Gregor. Homil.* 35. *in Euangel. &* D. *Cyprianus. de bono patientiæ:* Patientia & continentia duę virtutes ſunt, quæ animam emundãt, & diuinitatis capacem efficiunt. D. *Aug ſerm.* 105. *de temp. Alciat. embl.* 34.

Ex quo vſu gñaliter imponendi bona facienda, & mala perferendi, mos etiam inoleuit pænitentias minuendi, ſeu modicas iniungendi, conſulendique vt pænitens indulgentias lucretur. *Nauar. in c.* 1. *num.* 36 *de pænit. d.* 6. *Angles in q. de clauibus Sanct. de blaſphemia. cap.* 7. *Dub.* 1. *num.* 6. *Coninch. de pęnit. d.* 22. *dub.* 3. *nu.* 21.

Quales, & quantæ pænitentiæ ſint imponendæ in Confeſſarij arbitrio reſidet.

CVm autem opera quibus Deo ſatisfacimus, ad tria præcipuè reducantur, ſcilicet ieiunium, orationem, & eleemoſynam, ſub quibus reliqua continentur, quæ ad eundem finem adiuuant, ſciendum erit, his tribus excellentem illam ſanctitatem obtineri, quam Micheas Propheta commendauit dicens. *cap.* 6. Indicabo tibi ò homo quid ſi bonum, & quid Dominus requirat à te, vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo. Quibus ſane verbis tria officiorum genera includuntur, quæ perfectum hominem in omni ſtatu viuendi reddunt, cum

vnum

vnum ad Deum alterum ad proximum, tertium ad ſeipſum refe-ratur. *D. Thom.* 12. *q.* 72. *art.* 4. *&* *D. Anton. p.* 1. *tit.* 7. *c.* 2. §. 2. nam, vt homo in omni genere boni, honeſti ſcilicet, vtilis, & delectabilis bonus & ipſe euadat, hæc tria cuſtodire debet, dando operam vt ieiunium recti Iudicis ſpiritu exerceat, cuius munus eſt, delicta punire; viſcera quoque miſericordiæ erga proximos ſuos induet, eleemoſynas materno ſpiritu largiendo. Tandem tanquam filius obediens, ſollicitus cum Deo ſuo ambulabit, oratione ad omnia accurrens, quæ ipſius obſequium exigit. Sed in his præſtandis pœnitentis conditio perpendenda erit. *Ludou. à Ponte. l.* 3 *cap.* 11. *D. Leo ſerm.* 1. *de ieiunio* 10. *Menſis. Reginal. p.* 1. *l.* 2. *c.* 13. *num.* 157.

Monita.

IN hoc enim negotio attendenda eſt, & ſeruanda diſpoſitio *Conc. Tri. ſeſſ.* 14 *c.* 8. vt Sacerdotes Domini quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, ſalutares, & conuenientes ſatisfactiones iniungant, ne ſi forte peccatis conniueant, & indulgentius cum pœnitentibus agãt, læuiſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur.

Habeant autem præ oculis, vt ſatisfactio quam imponunt, non ſit tantum ad nouę vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorũ vindictam, & caſtigationem, hæc ibi.

In indicenda quippe pœnitentia videndum eſt à Superiore, vel delegato ſacerdote, vt non æqualis, & eadem omnibus ſatisfactio imponatur, hoc enim iniquum eſſet, quia ſecundum menſuram delicti debet eſſe plagarum modus. *Deut. c.* 25. & pro attrocitate delicti, & qualitate perſonæ illas iniungere debet, imitanduſque prudens medicus, qui nõ vno ſolo pharmaco, vel collyrio, omnibus morbis medetur, ſed pro arbitrio, & facultate ſua variis medicamentis ita vtitur, vt magna eſt morborum varietas. *c. vlt. diſt.* 29. *Menoch. l. c. Graf. de arb confeſſ. l.* 1. *c.* 25. *Lud. de Ponte nu.* 16. *tom.* 4. *tr.* 5. *c.* 11. *&* *noſtr. Comment. de Exam. tr.* 4. *c.* 14. *q.* 91. *& ſeqq.*

Pœnitenti inſinuandum, homines Deum timentes, & propriæ ſaluti

luti conſulentes, antiquitus ad vitandas grauiſſimas, alterius vitæ pęnas pro maiori peccato mortali ſeptem annorum pęnitentiam egiſse, vt eſt apud Gratianum, *c. hoc ipſum. 33. queſt. 2. cap. prædicandum. 22. queſt. 1. & Hoſtien. in ſumma de pœnit. & remiſſ. verſ. qua pœna.*

Et ſi autem huiuſmodi Canones vſu ſint abrogati, & vt plerique volunt, pro foro externo intelligantur, ſalutare tamen eſt vt pœnitentes de his, & de leui, nec ſufficienti ſatisfactione impoſita, admoneãtur, & vt alibi dixi, quò ad fieri poteſt, ad eos reuocentur. *Nauar. c. 26 nu. 17 & in d. c. menſuram de pęnit. d. 1. Pet. Sot. lect. 5. de remed. peccan. Graffius lib. 1. dec. aur. c. 31. nu. 16. Suarez. d. 38. ſect. 4 Bonac. d. 5. q. 5. ſect. 3. pun. 2.*

Publicas pęnitentias an imponere liceat.

SIcuti etiam nunc DD. volunt: publicas pęnitentias quæ olim imponebantur, ad forum contentioſum, non ad forum internum conſcientiæ pertinuiſse, ac proindè a Superioribus Iudicibus in ſacramentali iudicio iniungi non poſse pro publicis etiam reſeruatis peccatis, eo quod id ſacri ſigilli religioni aduerſaretur, quod inuiolatum ſeruandum eſt, omninò caueudo, ne verbo, aut ſigno, aut alio quouis modo aliquatenus peccatorem prodant. *Conc. Colon c. 33. & Innoc. III. in c. omnis. ext. de pœn. & remiſſ.* Quod non ſolum humano, ſed etiam naturali, & diuino iure pręcipi, latè proſequitur. *Sot. in relect. de teg. vel deteg. ſecreto. Onuphr. in tract. de ſac. ſigillo, ſect. 1. q. 1.* Et *nos in 1. p. de exam. tr. 5. c. 19. & 20.*

Exceptio.

NIſi tamen tales penitentias infligere aliquando expediret in Eccleſiæ ſatisfactionem, & aliorum ædificationē, & exemplum, & ad tollendum aliquod ſcandalum, quod in republica eſset illatum, modo cautè, & cum pœnitentis conſenſu fiat. *Suar. l. c. ſect. 6. Vaſq. q. 94. art. 2. dub. 2. & fauet. c. 1. ext. de pęn. & remiſſ. & Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 8. Molf. tr. 7. c. 25. n. 49. Bonac. de pęnit. d. 5. q. 5 pun 2. n. 14. Vaſquez. tom. 4. q. 94. art. 2. dub. 2. Cordub. in reg. D. Franc. cap. 7. q. 5.*

Publicæ pænitentiæ exemplum.

SIcuti feciſſe legimus S. Romualdum Abbatem erga Ottonem tertium Imperatorem, qui cum Creſcentium nobilem, & primarium virum occidi iuſſiſſet, & illud ſcelus ad pedes ipſius ſancti viri eo tempore ſanctitatis opinione celeberrimi in ſacra confeſſione retexiſſet, ſatisfactionis, & pœnæ nomine iuſſus eſt nudis pedib. in Garganum proficiſci, montem in Apuliæ prouincia, regnoque Neapolitano ſitum, vbi D. Michaelis Archangeli memoria propter maxima in eo loco accepta beneficia pie frequentatur, & colitur. Libens enim paruit mandatis Imperator, & per 40. dies ſolemni ieiunio deſtinatos horrido, atque aſpero ſacco indutus duro in ſtrato cubauit, aliiſque publicis pęnitentiæ operibus corpus afflixit, vt eius temporis ſcriptor grauiſſimus *Petrus Damianus Cardinalis in vita S. Romualdi refert & Surius tom. 3. die 19. Iunij Sigon. l. 7. de regno Italias Daur. in flor. exempl. tom. 3. tit. 40. exemp. 1.*

Corollaria.

ADdo Cōfeſſarium pænitentiam imponere poſſe, ēt ſi quodam modo publica videatur, & peccatū ſecretū ſit, ſi id faciat nō tātum in delicti commiſſi punitionem, ſed in remedium illud in futurum cauendi, aut tollendi proximam peccandi occaſionē, vel quid huiuſmodi, ſi ſupponatur medium illud eſſe neceſſarium, quò pænitens à tali domo, vel collegio diſcedat, & ipſe obedire tenebitur, quod ſi noluerit abſolutio abſque ſigilli fractione denegari poterit, vt ait. *Suar. l. c. & Coriol. de caſ reſ. p. 1. ſect. 1. art.* 13. Siquidem ſi aliud ſit, id eſt cum pænitentis debito conſenſu, vel tacita voluntate. Si autē de religioſis loquamur, aduertat Superior qui Confeſſarij etiam munere fungitur, ei integrum non eſſe talem occaſionem ſubdito inuito auferre, non obſtante ſuſpicione reuelatæ confeſſionis quæ inde moraliter timeē. Ita enim ſe gerere debet, ac ſi nihil audiuiſſet. Et ſane Clemens VIII. in Decreto de hoc edito regularibus Moderatoribus præcepit ne confeſſionis notitia ad externam gubernationē vtantur, *Sanchez de mat. l. 5. diſp.* 17. Ac vt Scoti uerbis vtar. *in 4. ſent. d. 21. q* 2. In foro Pęnitentiæ Superior conſulat pænitenti eo modo quo poteſt; conſulat vt illum locum periculoſum relinquat. Si noluerit, non attentet elſe Deus, ſed defectus occultos

ſibi

ſibi ſecundum iuſtitiam incorrigibiles, Dei correctioni dimittat Videantur quæ ſcripſimus in *1.par.de Exam.tr.5.cap.21.q.121.*

Quemadmodum etiam conceditur à DD. licere Superiori dando teſtimoniales litteras pro delicto publico, publicam quoq. ſatisfactionem præſcribere, dummodo ipſius pænitentis aſſenſus accedat, in hunc modum.

Formula teſtimonialium litterarum.

Reuerende in Chriſto Fr. Non vacauit, præſentis ſchedulæ latoris ſubditi tui confeſſionem audire, ideò facultatem tibi concedo, ut eum audias, & abſoluas ab homicidio, quod nuper in tua Parochia notoriè perpetrauit, iniũcta tamen illi hac ſalutari pęnitentia, uidelicet ubi eum uxori, filijs, & parentibus defuncti, arbitrio boni uiri ſatisfeciſse cognoueris, per totum ſeptennium proximum, ſi eum tam diù uiuere contigerit; ſingulis hebdomadibus pro ſuffragio animę defuncti, vnam miſsam, ſi facultas ſuppetet, celebrari faciat; & ſingulis Dominicis dieb. per annum ſacco indutus, ſeptem Pſalmos pœnitentiales, aut ſi legere non nouerit, totidem Roſaria attentè, & deuotè ante fores Eccleſiæ publicè perſoluat, & ſemel Romanam, vel Lauretanam peregrinationem ſuſcipiat. Dat. Bonon. die, &c. Anno, &c.

Quibus poſtea literis à Parochis fides adhibenda eſt, creditur enim literis Magiſtratuum, & Officialium, in his quę ad eorum officium ſpectant. *Maſcar. de Probat. v. officialis. concl. 1133.* & *Tuſch. in v. fides. concl. 338. Fagundez. p. 3. l. 6. c. 1. num. 19.*

An inferiori liceat mutare pęnitentiam iniunctam à Superiore.

Hinc etiam nonnulli inferunt, vt iuſta ſubſiſtente cauſa, & quando facilis aditus ad Superiorem non patet, poſſit inferior ſacerdos mutare pęnitentiam, quam Superior in foro conſcientię pro peccatis reſeruatis impoſuit. *Gloſ. in c. tempora pęnitudinis. 26 q. 7. Syl. in v. confeſſio. 1. §. 27. Nauar. c. 26. num. 22. Vaſq q. 94. artic. 2. dub. 3. Val. d. 7. q. 14. p. 4. Henriq. lib. 2. de pæn. c. 22. Zerula praxi pænit. c. 25. q. 10. Pet. Sot. lect. 2. de ſatisfact. Tolet lib. 3. c. 11. Suar. d. 38. ſect. 10 num. 5.*

Sicut etiam in foro externo pęnitentiam iniunctam à Papa in diſpenſatione matrimoniali inceſtuoſo viro, quod operam ſuam cōferat in fabricā Eccleſię à Delegato pōt ex cauſa in aliquod opus piū commutari. *Genu. in Praxi c. 25. Menoch. de arbit. iud. l. 2 cent. 5. caſu 301. Tuſch. v. Epiſcopus. concl. 276. nu. 8.* & eſt communis.

Cum enim neceſſitas vrget, aut utilitas ſuadet, pium eſt interpretari Superiorem facultatem hanc concedere.

Qua etiā ratione fit, vt Epiſcopus in caſu neceſſitatis, vt cū ſcandalum imminet, &c. poſſit in impedimentis dirimentibus non ſolū poſt, ſed etiam ante matrimonium, per ſe vel per alium diſpenſare, vt ex communi alibi tradidi, & docet. *Bonac. de mat. q. 3 pun. 15. n 6*

Supradicta tamen aſſertio nempe inferiorem ſacerdotem iniunctā pęnitentiā à Superiore mutare poſſe, non procedit in duobus præcipuis caſibus.

Exceptio.

Primo, quando pænitentia publica peragenda foret, & ſacerdos vellet eam immutare, vt priuatim is faciat, nec enim tunc ei licet immutare, ut ſcriptum reliquit. *Butrius in c. 1. de pænit. & remiſſ. Felyn. in c. accuſaſti in fine extra de accuſat.* Et ſi contrarium teneat *Dec. in c. at ſi clerici, §. de adulterijs. n. 6. ext. de iud. & Graff. d. l. 1. c. 25.*

Secundo, in pęnitentiis præſeruantibus, quæ ad inſtar ſalubris medicinæ adhibentur, quò pænitens in futurum caueat, vt ſi Pænitentiarius, vel etiam alius inferior ſacerdos alicui præcipiat ne ad domum concubinæ accedat, quam ſi adeat, talem, & tantam pænā perſoluat. Iſta enim pęnitentia cum per modum pharmaci imponatur, immutari ab inferiori non poteſt. *Zerula. l. 1. q 12.* & alij cōiter.

His caſibus exceptis, communiter traditur. Superorem, & inferiorem Confeſſarium ſi Superior facilè, vt dixi, adiri nequeat nō ſolum mutare poſſe vnam pęnitentiam in aliam ęqualem, ſed etiam in miniorem, ſi ita prudenter ad bonum animę pęnitentis expędire Confeſſarius iudicauerit. Imò interdum licebit omninò tollere, vel leuiſſimam, vel etiam nullam pęnitentiam iniungere, vt ſi pęnitens melius diſpoſitus, magiſque cōtritus accedat, uel per alium (annuente Confeſſario) pęnitentiam ſibi iniunctam adimpleuerit, ſeu alijs

uijs ſatisfeciſſe conſtet, uel fortè plenarias indulgentias conſecutus ſit, ita ut propter curationem, alia medicina non egere intelligatur. Vel etiam ſi pęnitens in mortis articulo conſtitutus ſit, impotentia enim tunc excuſat, & ita excuſat, ut ſacramenti pęnitentię adminiſtrationem non impediat, de cuius integritate ſatisfactio quidem eſt, ſed non de eſſentia: ut argumento eſt quod ipſum ſacramentũ ſic perficiatur, ut gratiam ante eam impletam conferat. *Suar d. 38. ſect. 3. num. 4. ut ait Suar. l. c. num. 6. & Menoch. l. c. Ant Ferrantes in theolog. mor. p. 3 c. 6. §. 7. num. 4 Couinc. de ſatisf. d. 10 n. 87.*

Addo tandem ex *Vaſq. d. art. 2. dub. 3.* & ex communi DD. ſententia, pęnitentiam etiam in caſibus reſeruatis iniungendam eſse non tantum habita ratione grauitatis criminum, ſed etiam fragilitatis perſonę: propter quod in mitiorem partem declinandum. *Graff. de arb. Confeſſ. l. 1. c. 25. nu. 6. Bonac. de pænit. d. 5. q. 5. ſect. 3. pun. 2. & 3.*

Cur in iniungendis pænitentiis in mitiorem parte inclinandum ſit.

PRimo, ob maius periculum euitandum, nè ſcilicet pænitens grauem illam ſarcinam à ſe proiiciat, & in peius labatur. Secundo, propter declinandum Dei iudicium: iudicium enim ſine miſericordia fiet illi, qui non fecerit miſericordiam. *Iac. c. 2.*

Tertio, ob liberalis Domini imitationem, qui nunquam grauem pænitentiam iniunxiſſe legitur. Et melius eſt de miſericordia reddere rationem, quàm de crudelitate *c. alligant. 26. q. 7.*

Sacerdos ſit erga alios benignus, propriæ fragilitatis memor, inquit *Gregor. Nyſſ. oratione in eos, qui alios durius iudicant.* Tales debemus eſſe erga ſubiectos, quales nobis ſi ſubditi eſſemus, noſtros vellemus eſſe Prępoſitos. ait *D. Greg. in c. quorundam diſtinct. 74. & Fely. conſ. 3.*

Sic D. Benedictus ſtatuit: infirmorum curæ illos maximè præficiendos eſſe, qui fuiſſent aliàs morbis uexati, ut aliis compati diſcerent. *D. Bernar Senen. tom. 3. ſerm. de tribulat.*

Manſuetudinem ad graues etiam peccatores oſtendat, conſiderans, quod vt admonet Apoſt. *ad Tit. 3.* Et ipſe erat aliquando inſipiens, incredulus, errans, ſeruiens deſideriis, & voluptatibus varijs. Atque omnia omnibus factus, omnes lucrifacere contendat. Quò

ſpectat

ſpectat illud *Matth.c.9.* Nolite mittere vinum nouum in vtres veteres, vbi Chriſtus vinum nouũ vocat durã, & laborioſam pęnitẽtiam, & vtres veteres corruptæ vitæ homines, & in delictis inueteratos. *Graff.lib.1.dec.aur.cap.31.num.16.*

Sic quidam ſanctus, ac prudens Confeſſarius hominem multis, grauibus ſceleribus contaminatum cuius confeſſionem exceperat, Pater, & Aue ſemel recitare iuſſit, nec ſine fructu, ille.n. peccator qui graui fortaſſe ſatisfactione deterritus, corruptę uitę [illegible]m non deſeruiſset, ſpiritualis medici prudẽtia, & ſuauitate delinitus, è mortiferis morbis conualuit. *Vict.ad Nau.c.26.* Et præſtat pęnitentẽ aliàs bene diſpoſitũ in Purgatoriũ mittere, quam nimia ſeueritate efficere, ut in Infernũ deſcendat, *Lud.à Ponte tom.4.tr.5.c.11.* De qua re aliàs.

Ad integritatem tamen ſacramenti ſemper aliquid in ſatisfactione m imponendum eſt quod ſi pęnitens acceptare nolit, abſoluendus non eſt: ſed vt ait *Nau.c.26.num.20.* quem alij ſequuntur.

Nullus eſt pęnitens adeò ſaxeus, qui bona fide confitens nolit vel tantillam pænitentiam ſubire. *Reginald.p.1.l.7.c.2.n.12.*

Eſt etiam in confeſſo apud omnes abſolutionis beneficio eſſe indignum, ſi medicinalem ſatisfactionem reſpueret, quæ ſcilicet eſt neceſſaria ad exeundum à peccato, qualis eſt alieni reſtitutio, odij mortalis depoſitio, concubinæ dimiſſio, proximæ occaſionis euitatio, *idem.l.c.num.13. Zerula in praxi pæn.c.25.q.9.&* 12. & alij.

Pęnitenti pænitentiam recuſanti quid ſignificandum.

POenitenti autem conquerenti, & impoſitam pænitentiam recuſanti proderit grauitatem pęnæ Purgatorii ſignificare, quò ad illam libenter amplectendam inducatur. *cap. qui in aliud diſt. 25. D. Anton.p.4.tit.14.c.10.*§.4. *Ribal.l.1.de tr.16.c.7. Benzon. de Iub.lib.5.c.16. Daur.p.4.exempl.tit.2.c.8.ex.1. Corrad.in reſp.caſ.cõ. ſc.q.261. Nau.in comment.de Indulg.not.11.nu.23.*

Multam etiam expędiet ei iniungere, vt mortis memoriam ſæpius ad mentem reuocet, vt notabili exemplo oſtendit. *D. Ant.4.p.tit.14.c.8.*§.*7.& Sur.in vita* S. *Lidiuina.c.6.p.2.13.Aprilis.*

In-

Infernalis ignis meditatio cum Exemplo.

ITem, ut Infernales pęnas mente reuoluat, ſic Abbas Olimpius cũ cellulam perexiguam incoleret, quam & æſtus impetebat, & Cyniphum aculeata turba; rogatus cur in ea tanto tempore moraretur, libens, reſpondebat: iſta tolero, ut futuris cruciatibus eripiar, Cyniphes quippe perfero, ut immortalem effugiam vermem, ignẽ vero, ſempiterni ardoris ſupplicia perhorreſcens. *Climacbus in vita ſpirituali. c.* 141.

Quippe aues ad prædã notę vt falco, & vultur, teſte Æliano ſi Fabri ferrarii camino apponantur, cõtinuo cicurantur. Efferaſcunt tibi paſſiones? memorare gehennam, & manſueſcent.

Narrat venerabilis Beda *de geſtis Anglorum*. S. Furſeum propter infernales pęnas ei in viſione oſtenſas ſolitum poſtea acerrimo hyemis tempore, glacieq. conſtricto, tenui ueſte indutum ex timoris magnitudine, non ſecus quàm in media æſtate ſudare. Alium quoque memorat, qui ſimilia in extaſi viderat, hyemali tempore in congelatas glacie aquas ſe ſe immerſiſſe, mortificandi corporis cauſa; & rogatum quo tandem modo tantam frigoris aſperitatẽ tolerare potuerit, hoc ſolũ reſpondiſſe. frigidiora ego vidi. Sed & *D. Greg. lib. 4. dialog. capit.* 36 huiuſmodi de quodam Illyriciano monacho ſcribit. Tantis, inquit, ſe poſtmodum ieiunijs, vigiliiſque conſtrinxit, vt Inferni ſe vidiſſe, & pertimuiſſe tormenta, etiam ſi taceret lingua, conuerſatio loqueretur. Triplex quippe commodum Inferni conſideratio affert, ſcilicet mundi huius proſpera contemnere, aduerſa facile tolerare, & vt à gehenna liberemur, pœnitentiæ operibus incumbere. *D. Chryſoſt. hom.* 31. *in epiſt. ad Rom. Nau. in Man. Fralud.* 4. *n.* 26. *Baldeſſanus in ſtimulo ad virtutes p. 2. c.* 8. *ſpec. exempl. d.* 8. *exẽpl.* 65. *Stapl in do.* 7 *poſt Pẽt. Labata in app. ad cõc. in v. Infernus.*

Pęnitenti ergo proponat Pœnitentiarius, vt per præſentes pęnas tàm ſibi inflictas, quàm uoluntariè aſſumptas ſibi conſulat, nam, ut ait *Iob. cap.* 9. Qui timet pruinam, irruet ſuper eum nix. Qui enim exiguas pænas, breueſq; auſteritates reformidant, in pęnas atrociſſimas, ac longiſſimas ignis Purgatorii, vel æternæ gehennæ ſæpe incurrunt. *Daur. tom.* 3. *tit.* 41. *c.* 5. *exemp.* 6.

Infer-

Notanda à Confeſſarijs.

HInc *Reginal.l.4.c.19.* Cum multa ſint, inquit, quæ ab vſu ſacramenti pænitentiæ auertere poſſe videntur, ut pudor admiſſorū ſcelerum, pænitentiæ, uel ſatisfactionis horror, difficultas reſtituendi quod iniuſte detinetur, deſperatio alicuius peccati uitandi, ut lubricitatis, uel adipiſcendæ uirtutis contrariæ, ut caſtitatis; poſtremo difficultas, ac labor in faciendo examine conſcientiæ, & inſtituenda, ut par eſt, confeſſione. Aduerſus primum opponere oportet confeſſione, fieri Deo omnia cognoſcenti, & multo magis confuſionem in die ultimi iudicii uerendam. Contra 2. ob oculos ponendi Chriſti ſanctorum martyrum cruciatus, item æterna gehennæ tormenta. Aduerſus 3. ſempiternorum bonorum iactura, & ſūma Damnatorum miſeria. Contra 4. excitanda eſt confidentia in Chriſti gratia, qua prauos habitus mutare poſſit. In 5. & poſtremū inculcare oportet, labores, curas, ac moleſtias, quæ pro comparãdis, ac conſeruandis terrenis rebus ſuſcipiuntur, & quæ pro corporis morbis propulſandis tolerantur, &c.

Exemplum.

ATque huc facit exemplum relatum à *Molf.tr.*11.*c.*19. Cuius verba hæc ſunt, Scio plures reos obſtinatos ultimo ſupplicio fuiſſe affectos. Et quendam qui pęnas Inferni non curabat, poſitum fuiſſe uiuum nudis pedibus ſuper carbones ignis accenſi, ut hic inciperet experiri pænam ignis, & dum infelix ille clamabat, fuit ei replicatum, quod cum ſic ſpernebat ignem Inferni, cur nequiret nunc pænam huius ignis ſuſtinere, qui in comparatione ignis Inferni iudicatur ad inſtar ignis picti? Ille in ſe reuerſus hoc medio cępit tactus prius diuina gratia, dolorem habere de peccatis ſuis, quæ etiam confeſſus fuit, & obiit poſtea cum ſignis ſalutis hæc ille.

De

De formulis adhibendis in cenſurarum abſolutione, irregularitatum, votorum, aliorumque impedimentorum diſpenſatione. Et quid quo ad theoricam, & praxim in his obſeruandum ſit, &c.

Cap. VII.

CVm Superiores tàm Eccleſiaſtici quàm regulares, ſoleant tàm in iudicio ſacramentalis confeſſionis, quàm extra abſoluere à cenſuris, diſpenſare in irregularitatibus uotis, iure petendi debitū, & huiuſmodi (cum aliud ſit forum pænitentiæ, aliud forum cōſcientiæ, & aliud forum externum. *Sanchez. l. 8. de matr. d. 34. nu. 39. Lazarrius de Monit. ſect. 4. q. 15.*) ideò ipſæ formulæ ſunt hic paucis adiectis præcognitionibus ſubijciendæ.

Regulæ obſeruandæ circa abſolutionem excommunicationis.

1 Aſſertio.

ET quidem quod attinet ad excommunicationem, aliquæ aſſertiones prius notandæ ſunt, quarum prima eſt, quod excōmunicationum, quæ à iure latæ ſunt, tres ſunt ſpecies, prout aliæ Sūmo Pontifici reſeruātur, aliæ Epiſcopo, & aliæ nemini. Et quæ huius tertii generis ſunt, à quolibet Confeſſario expoſito in foro pænitentiali abſolui poſſunt. *per c nuper. ext. de ſent. excom. & ibi notant Canoniſtæ. Nauar. c. 27. num. 39. Henriq. l. 13. c. 28. num. 5. Suarez. tom. 5. d. 7. ſect. 3. num. 23. Lazar. de monit. ſect. 4. q. 14. Auila de cenſuris p. 2. c. 7. d. 1. dub. 4. Barboſa de Epiſcopo Alleg. 50. num. 183. Poſſen. de off. Cur. c. 7. num. 44.*

Atque eadem ratione idem dicunt de excommunicatione hominis generaliter lata, & nemini reſeruata; ut inter alios tradit idem *Auila dub. 8. & Lazarius l. c. ſect. 13. Tolet. l. 1. c. 17. num. 4. Reginal. l. 8. c. 5. num. 32. Sayrus de cenſ. l. 2. c. 20. n. 2. & c. 19. n. 5.*

Niſi tamen Epiſcopus loci abſolutionem à maiori excommunicatione ſibi reſeruet. At ex declaratione Clem. VIII. Ordinarium abſolutionē excommunicationum nulli reſeruatarum reſeruare nō poſſe tradit. *Comit. in reſp. mor. l. 6. c. 12.*

2 *Aſſertio.*

SEcundo, certiſſima in hac materia regula eſt, neminem excommunicationis gladio feriri poſſe, niſi ob peccatum mortale, quod inobedientiam, & contumaciam ob præteritam culpam adiũctam habeat. Eſt enim maxima pœna, cum maximis bonis hominem priuet, nempè actiua, & paſſiua ſacramentorum participatione, fidelium communione, & Eccleſiæ Catholicæ ſuffragiis. Quæ proinde ſobriè, & pro re graui infligenda eſt. *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de refor. c.* 3. *c. corripiantur.* 24. *q.* 3. Quare DD. ſequentes *Palud. in* 4. *ſent. d.* 18. *q.* 1. *ar.* 2. tradunt, eum, qui ſe immunem à culpa mortali iudicat, poſſe etiam ſe tuta conſcientia ab excommunicatione liberum credere. *Sayr. lib.* 1. *de cenſ. c.* 9. *n.* 4. *Vgol. tab.* 2. *c.* 27. *num.* 2. *arg. Zabar. in Clem. I. de Priuileg. & Nau. in conſ.* 19. *tit. de reb. Eccleſ. non alienan. ac Ricc. in Praxi var. reſol. reſol.* 19. vbi aiunt pœnam in Bullis Pontificiis, & Diplomatibus Apoſtolicis cõtra præſumentes impoſitam, ab eo non incurri, qui abſq. dolo, & ſine cõtemptu, ſed bona fide aliquid facit. Quod principium maximam, gnomam, & clanẽ pro multorũ caſuum reſolutione DD. vocãt. Et præcipue hoc facit pro intellectu Decreti Clem. VIII. contra abſoluentes à caſibus Papæ, vel Epiſcopis reſeruatis. *Lazar. de blaſph. q.* 10. *num.* 44. *Gambar. de caſ. reſ. c.* 3. *num.* 14. *Belloch. p.* 2. *q.* 12 *num.* 146. *Graff. l.* 2. *Deciſ. c.* 63. *num.* 28. *& l.* 4. *c.* 18 *num.* 136. *Duard. l.* 1. *c.* 1. *q.* 3. *num.* 57.

Vnde etiam ignorantia in his quæ ſunt mala quia prohibita ab incurſu caſu reſeruati excuſat, vt qui v. g. vltra annum teſtatoris voluntatem exequi differt. &c. *Graff. l.* 2. *c.* 26. *n.* 29. & alii.

Exceptio.

Quando autem aliquid futurum ſiue à iure, ſiue ab homine ſub pœna excommunicationis prohibetur, non eſt opus vt id ex ſui natura culpam mortalem ſecum aduehat: vt ſi v. g. Epiſcopus ſub pœna excommunicationis præcipiat nè quis ad colloquendum ad monialium monaſteria ſine ipſius facultate accedat. Vel ſi Generalis Præpoſitus, ſeu Prouincialis ſub eadem excommunicationis pœna alicui ſubdito interdiceret, ne ad aliquas ſanctimoniales litteras mitteret, &c. Ex huiuſmodi enim pæna manifeſte colligitur, præcipientis mentem eſſe, velle ad peccatum mortale obligare, & per cõ-

ſequens

ſequens tranſgredientem ipſa excommunicatione innodari.)

Ex ſupradicta regula ēt infert, ignorantiā ſiue iuris, ſiue facti, obliuionē, inconſiderationem, &c. ſicut à mortali peccato excuſare ſolent, ita quoq. ab excommunicationis pęna immunem reddere. per ea quæ tradit *Azor. p. 1. lib. 1. c. 16. q. 4. & ſeq. Sayr. in claui regia lib. 2. cap. 2. & de cenſ. lib. 1. c. 18. Sanchez. de matrimon. lib. 9. diſt. 32. Vaſq. in 12. D. Thom. diſput. 107. cap. 3. Alex. Pereg. in tract. de duello. quæſt. 8. num. 33.*

Ex quo capite etiam à caſu reſeruato ab aliquibus Ordinariis excuſantur qui poſt annum, vt dictum eſt, pia legata non ſoluerunt, cum .n. Epiſcoporum ſtatuta ignorantes non ligent. *Abb. in c. nos qui de teſtam.* in caſum incidere cenſendi non ſunt. *Graf. de caſ. reſol. l. 2. c. 21. n. 28.*

3 *Aſſertio.*

TErtio quandocunque ſiue à Iudice, ſiue à Canone de excommunicatione fit mentio, niſi aliud verbis exprimatur, ſemper de maiori intelligitur. *c. pen. de ſent. excom. Sayr. lib. 1. c. 4. num. 19.* Cui tamen ſecundum communem ſententiam, nunquam eſt locus, quando actio propter quam fertur non eſt conſummata, licet ſit incæpta, *ex Caiet. in v. excommun.* quem omnes ſequuntur.

Sicuti etiam non ligat, cum in non ſubditos fertur, ſi tamen alienus in alicuius ditione delinquat, ratione delicti huiuſmodi pæna conſtringitur. *Gloſſa c. ſuper. de ſent. excom.* Sic .n. ex aduerſo ſtatutū, vel cenſura Epiſcopi extra ſuam diæceſim ſubditum non afficit. *c. ſi. de conſtit. in 6. Sayr. l. 1. de cenſ. c. 7. nu. 9. Armilla v. excom. 1. num. 30. Graff. l. 4. Deciſ. c. 2. nu. 18. Bonac. de cenſ. d. 1. q. 1. pun. 11. Belloch. p. 2 q. 10. n. 10.* reſoluēs eum qui cum concubina extra diæceſim delinquit, vbi publicus concubinatus nō eſt reſeruatus, eo caſu non ligari.

4 *Aſſertio.*

QVarto cum quis eſt aliqua excommunicatione ligatus, non poteſt à peccatis tàm reſeruatis, quàm non reſeruatis abſolui, niſi prius ab hmōi vinculo diſſoluatur, alioq. ſacrilegiū admitteret, abſolutionē in tali ſtatu petendo, & impēdēdo; cum ſacramen-

torum perceptio ſit omnibus his prohibita, qui maiori, vel minori excommunicatione vinciuntur. *c. ſi celebrat e Apoſtolicæ. de cler. excommun miniſt*: Licet etiam verum ſit, quod multi aſſeiũt, abſolutionem ſi ignoranter, vel bona fide datam, vel acceptam, valere, & ſuo effectu non fruſtari. *Caiet. in v. abſolutio. Nau. in c. fratres. n. 38. de pæn. d. 5. Petr. Sot. de excom lect. 4: Viuald. de abſol. num. 77. Graff. lib. 1. deciſ. aur. c. 18 Vgol. tab. 2. c. 7. §. 2. Suarez. tom. 4. d. 22. ſect. 7. Sayr. l. 2. c 2. Val. d. 7. q. 11. de qual. conf. p. 3. & alij multi.*

In abſolutione excommunicationis quatuor obſeruanda ſunt.
5 Aſſertio.

QVinta aſſertio eſt, vt in danda abſolutione ab excommunicatione quatuor ſeruentur. Primo Superior abſoluens iubeat excommunicatum iurare de parendo mandatis, quando propter grauiora crimina eſſet huiuſmodi vinculo innodatus. Vbi tamen Superior, vel Confeſſarius animaduertere debet, an pænitens qui vi alicuius Bullæ, vel Iubilæi abſoluendus eſt, ſub illius ſpe, & confidentia deliquerit, nec enim ab huiuſmodi cenſura abſolui poſſet, ſi in Diplomatibus exprimeretur, nè ſpe Bullæ, vel Iubilæi peccantes his ad talia peccata vti valeant. *Beia. p. 2. caſu 3. Nau. de Iub. notab. 34. Benzon lib. 5. c. 15. dub. 24. tradidi in 1. p. de Exam. tr. 5. c. 6. q 39.*

Secundo, vt antequam abſoluatur ſi parti læſæ, vel damnũ paſſæ ſatisfacere non poteſt, cautionem, aut fideiuſſionem, vel pignus præſtet. Vel ſaltem cum iuramẽto promittat ſe cum poterit ſatisfacturum. *Duard. l. 3. §. 2. q. 14. & 15. Bonac. de cenſ. d. 1. q. 3. pun. 9.*

Quod quidem ex lege iuſtitiæ, & charitatis exigitur, ſiquidẽ peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum. *cap. peccatum. de reg. iur. in 6. Molf. tr. 7. c. 21. num. 54. Corrad. par. 1. q. 172. Lazar. in Canon. qq ſect. 4 q. 4. num. 6.*

Sicut enim qui putrido ſanguine abundat, ſanari non poteſt, niſi venæ ſectione corruptus ille ſanguis emittatur; Sic qui alium læſit, vel aliena detinet, ni reſtitutionis phlebotomia curetur, ſalutem cõſequi non poteſt. *Viguer. in Inſtit. theolog. c. 5. §. 1. verſ. 11.*

Et regulariter quò ad æs alienũ reſtituendum præſtat vt ipſa realis reſtitutio abſolutionem præcedat tanquam bona diſpoſitio ad

cam

eam cum fructu ſuſcipiendam. Cum euenire ſoleat quod ſcriptum eſt in *Iob. cap.* 15. Erit quaſi oliua proiiciēs florem ſuum antequam fructus prodeat. Nam ſtatim atque à Confeſſarii conſpectu pęnitens receſſerit, bonum reſtituendi deſiderium abijciet, &c. *Lud. à Ps te tom* 4. *tr.* 5. *c.* 8. *Caiet. in ſumma v. reſtitutio c.* 6. *Carb. de reſt. q.* 90.

Tertio recitari interim debent quædam orationes, & Pſalmus Miſerere, vel alius Pęnitentialis, & inſuper excommunicatus humeris nudatus virga cædi iubetur. Quæ tamē ſolemnitates non habēt locum in abſolutione, quę ſecreto in foro conſcientiæ, & pęnitentiali impenditur. Imò hodie etiam non ſunt in vſu, quando abſolutio publicè, & ſolemniter ab ipſis Iudicib. datur. *Henriq. de excom. c.* 29. *num.* 4. *Sà in v. abſolutio ab excomm.* 18 *Beia. in.* 2. *p. reſp caſu* 2. *Auila de cenſ p.* 2. *c.* 7. *d.* 3. *dub.* 2.

(Abſolutionem etiam à cenſuris, ſicut & diſpenſationem votorum extra ſacramentum pęnitentię dari poſſe communis eſt ſententia DD. *Roder.* 1. *qq. regul q.* 40. *art.* 7. *Nau. conſ.* 11 *de Priuileg. Sanch. l.* 8. *de mat. Diſp.* 34. *num.* 39. *Lazar. de Monit. ſect.* 4. *q.* 15. *Vecchius de nouit. d.* 9. *dub.* 8. *Suar. tom.* 5. *Diſp.* 41. *ſect.* 3 *nu.* 11. *Auila de cenſ. p.* 1. *c.* 7. *diſp.* 3. *dub.* 13. vbi ampliant vt procedat etiam ſi cenſuræ eſſent publicę, & ad forum contentioſum deductæ. Niſi tamen Bulla in Iubilæis obſtet, &c. vt infra. *Sà in v. abſolutio ab excom. num.* 1.)

Quarto ſalutaris admonitio, & exhortatio adiungi debet, ne vnquam in poſterum illum canonem violet, ob cuius tranſgreſſionem in excommunicationem incidit. *c. de cætero de ſent. excom.*

Et ſi autem abſolutionis non ſit certa, & determinata forma; cōmuniter tamen iſte modus obſeruatur, vt primo dicat aliquem pſalmum, vel orationem Dominicam. Secundo ℣. Saluum fac ſeruum tuum, &c. ℣. Domine exaudi orationem meam, &c. ℣. Dominus vobiſcum, &c.

Formula abſolutionis excommunicationis.

Deus cui propriū eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. *Deinde dicat:* Auctoritate qua fungor, abſoluo te à vinculo excommunicationis, quam

incur-

incurriſti propter tale factum, vel talem cauſam, & reſtituo te Eccleſiæ ſacramentis, communioni fidelium, actibus legitimis, & Eccleſiæ ſuffragiis; In nomina Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen. Sed vt dixi, hæc ab eo obſeruanda ſunt, qui in foro exteriori abſoluere debet, vel cui à Romano Pontefice committitur abſolutio in forma Eccleſiæ conſueta, aliàs id non ſeruans, vt multi volunt, mortaliter peccat, licet abſolutio teneat, ſed quod non peccet mortaliter, alijs probabilius non placet, modo abſit contemptus.

At dum in foro pœnitentiæ, & conſcientiæ occultè reus abſoluitur, ſatis eſt his verbis vti, Abſoluo te à vinculo excommunicationis, & extra actum confeſſionis fieri poterit.

Nec enim verum eſt, quod aliqui dicunt, legem fori interni exigere, vt ſolum abſolutio intra confeſſionem fiat; ſed ſat eſt, vt intra confeſſionem impendatur, vel extra, non tamen publicè, adhibitis teſtibus, & notario, ne pro foro externo proſit, iuxta à nobis tradita *p. 1. de Exam. tr. 5. c. 6. q. 39.*

Notanda à Confeſſario.

VBi notandũ Primo, abſolutum in foro conſcientiæ noua abſolutione non indigere, vt cũ aliis cõmunicare poſſit, aut actus per cenſuram prohibitos exercere, modo per aliquam ſchedulam ab habente facultatem ſcriptam aliis abſolutum fuiſſe conſtet, ita vt ſcandali periculum non ſubſit; nec non palam fiat, condignam ſatisfactionem exhibuiſſe. *Suar. tom. 5. d. 7. ſect. 5. nu. 29. Filliuc. tr. 11. c. 9. q. 7. n. 292. Vgol. de cenſ. tit. 61. c. 29. Maſc. de Probat. tom. 1. concl. 12. Bonac. de cenſ. d. 1. q. 3 pun. 10.*

Secundo annotandum excommunicatum nominatim per ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici, niſi ab eo qui illam tulit abſolui non poſſe per generalem tñ ſententiam hac cenſura innodati, vt non reſtituentes, nõ reuelantes, nõ in Paſchate Euchariſtiã ſumentes, &c. à quolibet Confeſſario abſolui poſſunt. *Molfeſ. tr. 7. c. 21. num. 54.*

Quid in abſoluendo vinculo ſuſpenſionis obſeruandum ſit.

AD abſolutionem etiam à ſuſpenſione licet certa verborũ forma non ſit neceſſaria, cum nulla ſit à iure præſcripta; illã

tamen

tamen expediet adhibere, qua pij homines communiter vti ſolent, & quam infra aſſignabimus, nonnullas prius aſſertiones pro clariori ipſius materiæ intelligentia præmittendo.

1 *Prænotio.*

QVarum prima eſt, quod ſuſpenſio eſt Eccleſiaſtica cenſura, qua clerico quatenus clericus eſt, ob ſuam culpam prohibetur exercitium ordinis, officii, vel beneficii, ad habente poteſtatem. ad tempus, vel in perpetuum, in totum, vel in partem, vt diffinit. *Nauar c. 27. n. 151. Vgol. tab. 4. c. 10. Henr. de ſuſp. c. 31. § 2. Sayr. l. 4. de cenſ. c. 1. n. 13. Suar. tom. 5. d. 25. ſect. 1. Valēt. tom. 4. d. 7. q. 18. p. 1. Miranda. de Præl. regul. p. 2. q. 36. art. 1.*

Quæ quidem generaliter, & ſimpliciter prolata de maiori intelligitur, prout etiam DD. de excommunicatione dicūt. Eſt enim triplex ſuſpenſio, ab officio tantum, à beneficio tantum, & ab vtroque ſimul, & hæc poſterior maior dr̄. *Henriq. de ſuſpenſ. cap. 32. in princip. Nald. in v. ſuſpenſio. num. 1.*

2 *Prænotio.*

SEcundo ad hoc, et hæc cenſura à iure, vel ab homine ferri poſſit, nō ſufficit venialis culpa, imò verò neceſſariò requiritur, quod mortalis culpa præcedat. vt tenuit *Aret. in c. cum non ab homine. ext. de iud. & Sot. in 4. d. 22. q. 3. art. 1 & Suar d. diſp. 28. ſect. 4. n 9. & 7. & Miranda l. c. & Aegid. Coninch. in commen. de cenſ. de ſuſpen. diſp. 15. dub. 3. num. 24. Mar. Alt. de cenſ. tom. 2 diſp. 7 c. 1.* vbi aiunt id eſſe hoc tempore communiter receptum; nam ſuſpenſio, vt modo eſt in vſu Eccleſiæ, grauior atque acerbior pæna eſt, quàm vt pro ſola veniali culpa ſecundum æquitatem, atque Eccleſiaſticam pietatem infligi poſſit; & inclinat *Sanchez lib. 9. de matrim. d. 33. num. 29.* huc confert illa ratio, quod cum in aliqua lege pæna excommunicationis, ſuſpenſionis, irregularitatis, & interdicti apponitur, cenſendum eſt, Legiſlatoris mentem velle ad mortalem culpam obligare. *Carbo. diſp. 4. de legibus. Io. Metina. C. de ieiunio. q. 7. Graff. lib. 2. deciſ. aur. c. 57. num. 3. Armilla. in v. præceptum. num. 6. Sayr. lib. 3.*

clauis

clauis reg.c. 7.num. 25. Quam opinionem, quidquid aliqui ſentiant, tuta conſcientia amplecti debet Pænitentiarius. Siquidē inter duas ſententias, illa ſemper eſt præferenda, quæ mitior eſt, & benignior, & magis vſu, & conſuetudine, optima rerum magiſtra comprobatur. *c. odia. de regul. iur. in 6. c. fin. vbi D.D. ext. de conſuet. Azor. 1. p. Inſtit. moral. lib. 2. cap.* 11. Ex qua etiam multi colligi poſſunt caſus, in quibus clerici à pena ſuſpenſionis ab Epiſcopis latæ excuſari facilè in foro conſcientiæ queunt.

3 *Prænotio.*

TErtio, ſuſpenſio duplicem habet vim, unam quæ omni ſuſpenſioni communis eſt, ut qui actum aliquem exercet, à quo eſt ſuſpenſus, atque adeò qui contra cenſuram hanc facit, peccatum mortale admittat. A quo tamen excuſantur illi, qui cum ſuſpenſis à diuinis officijs communicant, quouſque denuntiati ſint, ut pariter de excommunicatis dicimis. *Sayr. de cenſ. lib.* 4. *c.* 11. *num.* 5.

Alterā quæ eſt pecularis ſuſpēſioni à diuinis, vt ſcilicet qui ipſam ſuſpenſionē violat, et ſi ſecretus ſit exercendo aliquem actum peculiarem alicuius ſacri ordinis, præter lethalem culpam, irregularitatem, incurrat, quæ regulariter eſt ipſi Summo Pontifici reſeruata. *c. cum medicinalis. de ſent. excom. lib. 6. Innoc. in c. cum antiqui. de fide. lib. 1. Corrad. in 2. p. reſp. caſ. conſc. de ſuſpenſ. in fi. Nauar. c. 27. num.* 163. *&* 244. *Sayr. l.* 1. *n.* 16. *Val. l. c.* & nos *in 2. p. de* Exam. *tr.* 11. *c.* 9. *q.* 20. A qua tamen ex cōmuni ſententia excuſatur, qui occultè ſuſpenſus ad uitandum ſcandalum, uel propriæ famæ iacturam, diuinis celebrando ſe immiſcet, &c. *Lazar. de monit. ſect.* 4. *quæſt.* 18. & alij.

4 *Prænotio.*

QVarto è ſuſpenſione reſeruata, ſiue ſit à iure, ſic ab homine, ille ſolus abſoluere poteſt, cui reſeruatur, & eius Superior, uel ucceſſor: ut plurimum autem Epiſcopis, Pęnitentiarius, uel ille qui Epiſcopali auctoritate fungitur, abſoluere poteſt à ſuſpenſione non reſeruata; Item à reſeruata Summo Pontifici ſecreta per *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c.* 6.

Quando

Quando eſt ad tempus illo tranſacto expirat. Sicut etiam ſuſpenſio lata cum illa particula donec ſatisfeceris, ſatisfactione enim exhibita ceſsat. *Suar. tom. 5. d. 29. ſect. 1. n. 1. Tolet. l. 1. c. 46. Filliuc. tom. 1. c. 3. q. 7. nu. 38. Bonac. de cenſ. d. 3. pun. vlt.*

Religioſis etiam in foro conſcientiæ abſoluere licet à ſuſpenſione, quantũ his ꝑ priuilegia conceditur. *Suar. d. 29 ſect. 1. Sayr. l. 4. c. 17. Henriq. c. 35. Auila 3. p. d. 5. Roder. tom. 1. qq. reg. q. 20. Miran. q. 36*

In cuius abſolutione eſt etiam ſeruanda forma, quæ habetur. *c. ex tenore. de ſent. excommunic.* ut ſcilicet abſoluendus iuret ſe mandato Eccleſię, & ipſius absoluentis obtemperaturum. Et uĩ illius iuramenti illi iniungatut nè de cętero illud crimen committere audeat. Inſuper ſi quem lęſit ob crimẽ, propter quod in ſuſpenſionẽ incidit, prius illi ſatisfaciat. Tãdem aliqua moderata, & rationibilis pęna imponatur, ut ex ea diſcat non tàm facilem eſſe debere in delinquendo. *Sayr. l. 4. c. 17. nam. 31.* & alii communiter.

Formula qua Superior extra actum confeſſionis vti poterit, hęc erit.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego auctoritatẽ qua fungor, uel mihi conceſſa, abſoluo te à uinculo ſuſpenſionis, quam incurriſti ob talem cauſam, & reſtituo te priſtinę executioni tuorum ordinum, & omnibus actibus legitimis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.

Obſeruanda circa cenſuram interdicti.

I Aſſertio.

CIrca interdictum hę breues etiam aſſertiones ſunt obſeruandę. Primo quod interdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica, per quam aliqui ſpirituali bono priuantur, quod conſiſtit in ſacramentis, diuiniſque officijs, & his, quę annexa ſunt, ut ſepultura, &c. quatenus hæc ad cultum diuinum ſpectant. ut colligitur. *ex cap. quod in te. ext. de pęn. & remiſſ. & c. non eſt nobis. ext. de ſpon.*

Ex qua deſcriptione facilè intelligi poteſt, quomodo differat, & conueniat cum excommunicatione, & ſuſpenſione, ſitque adeò ter-

ria eccleſiaſtica cenſura. *c. quarenti ext. de verſig.* Nam excommunicatio vſu ſacramentorum, Eccleſiæ ſuffragiis, & conſortio fidelium priuat. Suſpenſio impedit ne quis Eccleſiaſtica munia ex officio exercere valeat. Interdictum verò prohibet, nè diuinis officijs dum ipſa fiunt intereſſe, aut in locis interdictis eadē facere poſſimus, nec Eccleſiaſtica ſepultura frui. Iuſta autem interueniente cauſa; Eccleſia interdictum generale, & locale (quidquid ſit de perſonali) etiam ſi populus culpa careat, imponere poteſt, vt colligitur. *ex c. miror. 17. q. 4. & c. ſi ſententia de ſent. excom. lib. 6. Tuſch. v pœna. concl. 212.*

2 Aſſertio.

SEcundo, laici ſcienter interdictum violantes vt audiendo ſacrum, vel miſſam, &c. mortaliter delinquunt, quia in re graui contra Eccleſiæ præceptum agunt. clerici verò in ſacris ordinib. conſtituti vltra peccatum mortale irregularitatem incurrunt, ſuper quā ſolus Pont. regulariter diſpenſat. *c. is qui vbi DD. de ſent. excom. l 6.*

Imò ſi illud violat actum proprij ordinis exercendo non ſolum ad acquirendum beneficium, ſed ad acquiſitum retinendum inhabilis eſt. *Reginal. l. 32. tr. 3. num. 49. Barb. in c. tanta de exceſſ. Prælat. vbi poſt Comit. l. 6. reſponſ. mor. p. q. 5.* tradi quib. pœnis religioſus ſacro ordine carens afficitur.

Dixi ſcienter quia bona fides, & iuſta credulitas excuſat. *arg. Bald. l. 4. conſ. 211.* vbi iuſta credulitas eximit à culpa, & pœna. Et *Riccius in Praxi reſ. 19.* vbi lex puniens præſumentem non includit bona fide facientem. *& Nau. in conſ. 20. de vſuris,* vbi reſoluit excuſari à labe vſuræ qui bona fide, & abſque dolo iniuit contractum, communiter licitum exiſtimatum, cum tamen reuera vſuræ morbo laboraret. *Graff. l. 2. de caſ. reſ c. 44. n. 28. Roderiq. in ſumma t. 2. c. 108. num. 10. vide Tuſchum in v. cauſa. concl. 152. Gabriel. l. 7. concluſ. 8.*

Siue autem ſit laicus, ſiue clericus, qui interdicitur, nominari, denuntiari, & ſpecialiter ſignificari debet, ad hoc vt interdicti ſententia afficiatur; *vt Caiet. in v. interdictum, & Maiol. lib. 3. de irreg. c. 20.* & alij communi rectè aduotarunt.

Et qui ab ingreſſu Eccleſiæ eſt perſonaliter, & ſpecialiter interdictus, ei integrum eſt abſque peccati, vel alicuius cenſuræ periculo,

ſo, extra tempus celebrationis diuinorum officiorum priuatim in Eccleſia etiam interdicta orare, eſt doctrina certiſſima. *Archid. Dominici, & aliorum in d. c. is cui, & Nau. c. 25. num. 75. Benzon. lib. 5. de anno Iub. c. 15. dub. 29*

3 *Aſſertio.*

TErtio interdictum à iure latum ſi non ſit expreſsè reſeruatum, ab Ordinario ipſius hominis interdicti relaxari poteſt, vt de ſuſpenſione dicunt DD. *per c. nuper. de ſent. excom.* Si tamen delictum occultum ſit, etiam ſi Pontifici reſeruetur, ab Epiſcopo, & eius Vicario, vel Pęnitentiario auferri poteſt, per *c. liceat Conc. Trid. ſeſſ. 24. Henriq. de interdicto c. 51. § 3. Sayr. lib. 5. c. 15. n. 16. Val. diſp. 7. q. 18. p. 1. Suar d. 38 ſec. 2.*

Sed interdictum hominis ſolum debet ab eo tolli à quo latum eſt, ſed & ſi à Superiore illius relaxari queat, ita tamen fieri non debet, niſi præuia ſatisfactione, & de conſenſu illius, qui tulit. *c. cum ab eccleſiarum, de off. ord.*

Et licet Parochus ex tacita commiſſione, imò etiam quilibet Confeſſarius approbatus poſſit ab excommunicatione iuris, aut generali hominis abſoluere, niſi reſeruetur, vt eſt commune omnium placitum; à ſuſpenſione tamen, & interdicto, vt aliqui ſenſerunt, eiſdem abſoluere non conceditur.

Ratio diſcriminis eſt, quia ideò conceditur facultas abſoluendi ab excommunicatione, eo quod eius abſolutio ad receptionem ſacramenti omninò prærequiritur: abſolutio autem ſuſpenſionis, & interdicti ante abſolutionem à peccatis neceſſaria non eſt. *Henriq. l. c. Sayr. num. 22. Auila p. 5. dub. 1. Benzon. d. dub. 29.*

Si tamen de interdicto perſonali particulari loquamur, contraria ſententia tanquam verior, communior, & in praxi receptior tenenda eſt. *per c. nuper de ſent. excom. Bonac. infra citat.*

Sunt nihilominus aliqua interdicta ſicut, & ſuſpenſiones, q̃ abſq. vlla abſolutione ceſſant; huiuſmodi ſunt, quæ tàm à iure, quàm ab homine ad certum, & determinatum tempus, vel ſub aliqua conditione lata ſunt; tunc enim tali elapſo tempore, vel adueniente termino, vel adimpleta conditione, abſque alia relaxatione, vel decla-

ratione tolluntur. *Cou. in c. alma mater. p. 1. §. 11. n. 5. Suar. tom. 5. d. 29. ſect. 1. Sayr. l. c. num. 2. Coninch. diſp. 17. dub. 6. n. 76. Bonac. de cēſ. d. 5. pun. vlt.*

Sicuti etiam quando locus, uel populus eſt interdictus, ille qui non peccauit, abſolutione non indiget: ſiquidem rem quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit. Et res inter alios geſta tertio non præiudicat. *tot. tit. C. res. inter alios acta Menoch. conſ. 75. nu. 9. c. 2. de conſtit. Barboſa c. 2. de conſtit.* & eſt communis ſententia, vt per citatos DD.

Formula abſolutionis interdicti.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego auctoritate qua fungor, relaxo Interdictum Eccleſiaſticum, quod incurriſti, vel quod contra te pronuntiatum eſt ob tale crimen, & reſtituo te ingreſſui Eccleſiæ, diuinis officiis, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ, &c. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen.

Vbi tandē notandum ꝙ ſicut una cenſura ligatus alterius non tantum diuerſa, ſed etiam eiuſdem rationis eſt capax. *cap. cum pro cauſa. ext. de ſent. excom.* ita etiam vna manente alia tolli poteſt, ut ex communi tradit. *Bonac. de cenſ. d. 1 q. 1. p. 5. & q. 3. p. 6.* Vñ petens abſolutionē ab vna cenſura præſertim extra ſacramentalem confeſſionem ab omnibus abſolutus non remanet, ut ibi per eum.

Obſeruationes in materia irregularitatis.

QVò ad irregularitatem notandæ etiam ſunt hæ ſequentes poſitiones.

1 *Poſitio.*

PRima eſt, quod irregularitas non eſt cenſura, ſed canonicum impedimentum ex facto, uel defectu prouenien s, quo quis ad eccleſiaſticos ordines promoueri, & iam promotus in eiſdem miniſtrare prohibetur. Quā diffinitionem inter alios declarat. *Sayr. lib. 6. de cenſ. cap. 1. Vgol. de irregul. c. 1. §. 1. Suar. tom. 5. d. 40 ſect. 1. Reginal. l. 30. tr. 2. num. 2. Coninch. d. 18. dub. 1. Filliuc. tr. 19. q. 1. Molina*

tom.

tom.4.de Iuſt.tr.3.diſp.63.num.1.Bonac.de cenſ.diſp.7.q.1. & *nos in 2.par.de Exam.tr.12.c.1.q.1.*

Ex qua diffinitione colligitur ad eam incurrendam requiri, ut ſubiectũ ſit irregularitatis capax, qualis non eſt fœmina, uel infidelis baptiſmo carens. Item non ſolum ad ordines, ſed etiam ad conſequenda beneficia, ac penſiones inhabilem reddere: nam cum irregularis officio fungi nequeat, & ordinum uſu careat, ſequitur etiam eſſe beneficij incapacem, quod ob officiũ datur. *c. poſtulaſtis. ext. de cles. excom. miniſt.* Obtemptorum etiam priuationẽ non tamen ipſo iure gignere, etiam ſi ex homicidii, cauſa incurratur. *vt per Cãpan. Rub.* 11. *c.* 11. & *Bonac. l. c. pun.* 4.

2 *Poſitio.*

SEcunda, hoc impedimentum canonicum ex quinque capitibus conſurgit. Primo ex defectu ſacramenti, ut eſt bigamia. Secundo, ex defectu animæ, ut infidelitas, & hæreſis. Tertio, ex defectu corporis, vt ſunt illegitimi, & aliàs corpore uitiati. Quarto ex delicto, ut ex homicidio iniuſto, & ex uiolatione cenſurarũ. Quinto ex ex defectu pfectæ lenitatis, vt ex iuſto homicidio, cuiuſmodi eſt Iudex, qui ob delicta uendicanda reum morti adijudicat, ut colligitur ex Iure Canonico. & *Nau. cap.27.num.191.Graff.lib.4.d.26.Vgol. in tract. de irregularitate. Viualdo in candel. aureo. p.3. Suar. tom.5. diſp. 42. vſque ad d. 51. Val. tomo 4. d. 7. par. 19. Auila de cenſ. p.7.* & alij.

3 *Poſitio.*

TErtia, irregularitas, ut omnibus notum eſt, non impedit abſolutionem à peccatis, nec enim irregularis ad ſecretum pænitentiæ forum pertinet, cum irregularitas plerumque pęna ſit, non culpa, ut doctè tradit. *Caiet. quem omnes ſequuntur in v. Irregularitas. BenZon lib 5. de Iub. c.15. dub.29.* ubi propter hoc ait, irregularem à conſecutione Iubilæi non impediri.

4 *Poſitio.*

QVarta, nemo fit irregularis, niſi iure exprimatur, quia cum à iure ſit inducta, & ut plurimum ſit pęna, niſi ad caſus iure expreſ-

expreſſos extendenda eſt. *c. is qui, de ſent. excom lib. 6.* Hinc ſequitur nullam dari mentalem irregularitatem, cum nullibi in iure diffinitum reperiatur; nam realis effectus mortis, vel mutilationis ſequatur neceſſe eſt; vt ex communi ait *Vival num.* 18. Secundo etiam ſequitur, in foro exteriori neminem iudicandum irregularem. Secus eſt in foro conſcientiæ, & in dubio facti, in quo tutior pars eſt accipienda. *Sayr. l. c. cap. 2. num.* 15. *Vgolin. de irregular. cap.* 66. §. 1. *Sanchez. lib.* 1. *de præcept. cap.* 10 *num.* 37.

5 *Poſitio.*

QVinta, pro irregularitate, quæ pro certa, aut dubia ſculpa in pœnam imponitur, ex probabiliori ſententia peccatum mortale requiritur. *Henriq. de irregularitate. c.* 3. *n.* 1. *Salon.* 22. *q.* 64. *ar* 8. *Sayr. l.* 7. *c.* 6 *num.* 13. *& c.* 9. *num.* 22. *Sanchez. lib.* 6. *de matr. d.* 32. *q.* 6. *Coninch. d.* 18. *dub.* 2. *Miranda tom.* 12. *q* 36. *art.* 6.

6 *Poſitio.*

SExta, per diſpenſationem omnis Irregularitas tollitur, quoniam iure poſitiuo inducta eſt. Vndè Summus Pontifex cum ſuper Ius Canonicum plenariam poteſtatem habeat, in omnibus diſpenſare valet, Epiſcopis etiam, & Prælatis religionum in aliquibus diſpenſare conceditur, præſertim in occultis ex delicto orientibus, homicidio voluntario excepto. *per Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 7. *Suarez. tom.* 5. *d.* 41. *ſect.* 2. *num.* 6. *Henriquez. cap.* 9. *num.* 3. *Sayrus l.* 7. *cap.* 13. *num.* 11. *&* 14. *Comp Mend. in v. diſpenſatio. & ibi Capp. Scholiaſtes*. vbi aiunt, quò ad regulares eorum priuilegia inſpicienda eſſe.

In qua diſpenſatione concedenda requiritur primo vt, ſigno aliquo externo Superioris voluntatem pãdente exprimatur. Secundo iuſta cauſa. Tertio vt ipſius irregularitatis ſpecies ſignificetur.

Vbi notandum eũ qui diſpenſandi facultatẽ obtinuit, poſſe ea vti ſi poſt ſupplicationem obtentam denuo in eandem inciderit. *vt per Bonac. de Irreg. d.* 7. *q.* 5. *pun. vlt.* Arg. quod de matrimonii diſpenſatione ait *Molfeſ. tr.* 4. *c.* 12. *num.* 83. dum inquit, ſi pendente diſpẽtione

tione ex capite affinitatis ob copulam contractæ alia copula ſeque retur, diſpenſationem non vitiari. &c. vt etiam tradit *Riccius in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ. 241.* & nos in *3. par. de Exam. tr. 15. c. 7. q. 16. reſol. 6*

Forma diſpenſandi in Irregularitate.

DOminus Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego authoritate qua fungor, diſpenſo tecum ſuper Irregularitate, vel Irregularitatibus, quam vel quas contraxiſti propter talem cauſam, & reſtituo te actibus legitimis tuorum ordinum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Animaduertenda circa diſpenſationem iuris petendi debiti.

IN materia diſpenſationis ſuper debito matrimonij annotandæ ſunt hæ regulæ, & aſſertiones.

1 *Regula.*

QVarum prima eſt; ſi crimen inceſtus accidit matrimonio iam contracto, tunc illud non dirimit, ſed debiti coniugalis petitionem interdicit, & in pœnam criminis ſi alteri coniugi ſit ſuperſtes, ſine Epiſcopi facultate, ſi vſu hoc ſit receptum, non poteſt alteri nubere. *c. 1. ext. de eo qui cognouit conſan. vxor. ſuæ Nauar. c. 22. nu. 76 Henriq. l. 12. de matr. c. 2. Bonac. de matrim. q. 4. pun. 16. num. 10. Vt ſcripſimus in 1. par. de Exam. tr. 7. c. 26. q. 108.*

2 *Regula.*

SEcunda, qui poſt ſimplex votum caſtitatis matrimonium contraxerunt, licet matrimonium ipſum valeat, eodem debiti petendi iure ſunt priuati. Et in his duobus caſibus integrum eſt Epiſcopo, & Prælatis regularibus, & Cõfeſſarijs ordinum religioſorum per eorum priuilegia diſpenſare, *vt per Sanchez. lib. 8. de matrim. diſp. 12.*

dum coniugatorum confeſſiones audit, aliquod impedimentum dirimens deprehendit, ſi in bona fide permaneant, nec circa hoc ſcrupulo tangantur, prudenter aget, ſi credens conſilium ſuum non profuturum, non admoneat. *Sot. in 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 4. Suarez, tom. 4 diſp. 32. ſect. 4. Sanch. lib. 2. de matrim. diſp. 38. Lazarius de monitor. ſect. 2. quaeſt. 17. num. 9. Angles in 4. q. de confeſſione. diff. 9. & dixi infra par. 2. cap. 4.*

Formula diſpenſandi ſuper petitione debiti, &c.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego authoritate qua fungor, diſpenſo tecum ſuper debito matrimoniali, quo te priuaſti, eo quod cognouiſti conſanguineam vxoris tuæ, vel viri tui conſanguineum; vel quia contraxiſti matrimonium poſt votum caſtitatis emiſſum, & restituo te priſtino iuri petendi debitum ab vxore tua, vel viro cõcedens tibi, vt in futurum poſſis abſque peccato id petere, & poſt mortem coniugis etiam cum alia contrahere. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Et quò ad impedimenta matrimonium dirimentia dici poterit: Egò authoritate qua fungor, vel mihi commiſſa, diſpenſo tecum ſuper tali impedimẽto, & habilito te ad matrimoniũ contrahendũ, &c.

Quænam in diſpenſandis, vel commutandis votis obſeruanda ſint.

QVod attinet ad formam diſpenſandi ſuper vota, vel illa commutandi, hæ aſſertiones obſeruandæ ſunt.

1 *Aſſertio.*

PRima eſt, quod quinque modi à Doctoribus aſſignari ſolent, quibus uoti obligatio tolli ſolet; quorum Primus eſt interpretatio, ſeu epicheia. Secundus, eſt ceſſatio. Tertius irritatio. Quartus diſpenſatio. Quintus commutatio, de quibus paſſim tractat *DD. in 4. ſent. diſt. 38. & in 22. q. 88. art. 10. & ſeq. ubi Arrag. & Val. tom. 3. d. 6. q. 6. p. 7. Caiet. & alij Summiſtæ in v. votum. Sayr. in claui reg. lib. 6. c. 10. Azor. p. 1. lib. 11. c. 17. Sanchez. lib. 4. de præceptis. c. 24. & ſeq. Molf. tr. 11. c. 15. Bonac. tom. 2. d. 4. q. 2 pun. 5. & 6.*

Interpretari votum quid ſit.

INterpretatio (ut pro iuniorib. hæc dicam) eſt quædã declaratio eius, ꝙ cuiq. intelligenti pôt eſſe euidens, votum in tali particulari caſu non obligare, vt ſi v.g. quis vouit carnes nõ comedere, & in eũ locũ deuenit, vbi niſi eas comedat, fame peribit, tunc nõ obſtãte voto, licebit carnes edere; & alter vt Confeſſarius, ſic declarare poterit. Cũ naturalis ratio in eo caſu dictet votũ non obligare, ac proin de epicheia vtẽdum, quæ aliquos caſus ab obligatione legis eximere cenſetur. *Bar. in l. 1. C. de legibus.* Deus enim, & Eccleſia non intẽdit ſuis præceptis nos ad vix poſſibile, vel nimis difficile quæ à iure æquiparantur, obligare, quia Domini iugũ eſt ſuaue. *vt Roderiq. in qq. regul tom. 3. q. 64. art. 2. Fagundex. 2. p. l. 8. c. 6. num. 3.* vt dixi *in 1. p. de Exam. Eccleſ. tr. 5. c. 10. q. 66.*

Ceſſare quid.

CEſſatione tollitur votum, quando quis ob aliquam cauſã, aut vſq. ad aliquod certum tempus, votum emiſit, verbi gratia, ſi quis vouit talem domum nõ ingredi propter aliquod periculum uitandum, quod propriæ ſaluti imminebat, vt quia ibi ab improba, & impudica muliere ad turpia incitabatur, recedente fœmina, & ceſſante cauſa, ceſſat etiã voti obligatio. *arg. c. cum ceſſante. ex. de appel.*

Irritare quid.

IRritare votum nil aliud eſt quàm efficere, vt votum non valeat, nec alia indiget cauſa, quã voluntate illius, qui ad irritandũ poteſtatem habet; & illis competit, qui in alios ius, & authoritatẽ exercent, cuiuſmodi eſt maritus erga vxorem, pater erga filium. Abbas erga Monachos ſubditos.

Diſpenſare, & commutare quid. &c.

DIſpenſatio voti eſt, quando ab eo, qui poteſtatem habet, iuſta de cauſa omninò obligatio tollitur; cum ad diſpẽſationẽ duo requirantur: authoritas ſcilicet, & cauſa. Commutatio voti eſt, quãdo obligatio vnius rei in aliud bonum æquale Prælati authoritate transfertur. *Sanch. lib. 4. c. 49. q. 1. & 2.*

Et quamuis circa commutanda vota certa regula præſcribi nequeat, ſed prudentis arbitrio committendum ſit: ad ſcienda tamen quæ in recta votorum commutatione ſpectari debeant, aliquæ regulæ à DD. traduntur, *Sanchez. de præcept. l. 4. cap. 56. Sayrum l. 6. cla-*

ui

ni reg. c. 1. Et inter alia reſoluunt in peregrinationis voto, eundi, & redeũdi ſũptus eſſe cõputãdos. *c. de magna ext. de voto.* Sicut publicę data fides, vel ſaluus conductus eundi, ac redeundi cauſa conceſſus intelligitur, vt ex communi tradit. *Menochius l.* 2. *de arbit. Iud. caſu* 336. *n.* 11. *vbi ex Alexand. l.* 2. *conſ.* 46. infert priuilegiũ conceſſum euntibus ad nundinas ne gabellas ſoluant, intelligi ẽt pro redeuntibus.

2 Aſſertio.

SEcunda aſſertio eſt, quod Pontifex ob plenitudinem poteſtatis poteſt in tota Eccleſia diſpenſare, peculiariter tamẽ hæc quinque ei reſeruantur: votum perpetuæ continentię, uotum ſimplex religionis, peregrinationis in Hieruſalem, ad limina Apoſtolorum, & ad D. Iacobum in Cõpoſtella. His demptis, poteſt Epiſcopus cum ſuis ſubditis in reliquis diſpenſare. Idem dicendum de Prælatis regularibus, quorum nomine, non ſolum Generales, & Prouinciales, ſed etiam Præpoſiti locales continentur, ut ſcilicet de iure cum ſuis ſubditis, & per priuilegia cũ ſecularib. ſubditis Epiſcopo, in uotis iuſta ſubſiſtente cauſa, diſpenſare, & cõmutare valeant. *Comp. Priuil. Mend. in v. diſpenſatio. Sayr. in cl. reg. l.* 6. *c.* 11. *n.* 95. *Azor. d. lib.* 11. *c.* 19. *q.* 2. *Belloc. p.* 2. *q.* 12. *n.* 143. *Leſ. l.* 2. *c.* 4. *d.* 13 *Sãch. l.* 4. *c.* 39. *n.* 5.

Dixi autem iuſta ſubſiſtente cauſa, quia cum uotum à iure diuino deſcendat, ut diſpenſetur, uel commutetur, rationabilem, & legitimam cauſam neceſſariò exigit *D. Thomas* 22. *q.* 88. *art.* 12. Vbi DD. tradunt ad diſpenſandũ in uoto duo requiri nempe ſpiritualẽ poteſtatem, & iuſtam cauſam, ſine qua diſpenſatio coram Deo nulla eſt, & ſcienter ſic diſpenſans lethali culpa ſe obſtringit, ſed diſpẽſati, ut aiunt ignorantia, Superioris authoritate innixa eum excuſat. *Bonac. tom.* 2. *d.* 1. *q.* 2. *p.* 3. *Tuſc. v. Diſpẽſatio. cõcl.* 56. *Chap. p.* 1. *c.* 11.

Abuſus circa vota perſoluenda.

QVa in re magnum hominum abuſum obſeruare ſolet Pæniten tiarius. Cum enim ex Pliniana ſententia, uotorum tunc maximè locus ſit, cum ſpei uitæ nullus eſt, in periculis, infortuniis, & malis, quibus premuntur, ad uota ſtatim confugiunt; de quibus tamen perſoluendis (cum euaſerint) minimè curant, ſed hæc relaxari, & commutari à Pænitentiariis, & Confeſſariis paſſim expoſtulãt. *Nau. conſ.* 1. *tit. de voto. Reginal. p.* 2. *l.* 18. *n.* 209. *in fine.*

3 Aſſertio.

TErtia, quod etſi quilibet Confeſſarius communiter poſſit à tranſgreſſione uoti abſoluere, non tamen poſt uotum tollere, ſed neceſſe eſt accedere an Papam, aut Epiſcopum, ad quos diſpenſatio, uel commutatio uotorum pertinet, uel ad alios, qui ex eorum commiſſione, ut ſunt Pęnitentiarii, poteſtatem ad id habeant.

Vnde in aliquibus diœceſibus uotorum diſpenſatio uel commutatio Epiſcopo reſeruari ſolet, quando Apoſtolica ſedes nō eſſet pro illis conſulenda.

Adeo ut nec Confeſſarius ea tollere, uel commutare poſſit etiam ſi Epiſcopum adire nequeat. Imò etiam ſi pęnitens eſſet in articulo mortis conſtitutus. *Graffius de caſ. reſ. l. 2. cap. 92. Belloch. par. 2. quæſt. 12.* & nos alibi.

Confeſſarijs autem regularibus facultas à Superioribus concedi debet, ſi quidem ordinaria, uel delegata Confeſſarii iuriſdictio ſolū ad forum pęnitentiæ extenditur, ad quod nec diſpenſandi, nec commutandi poteſtas ſpectat, ſed ad Eccleſiæ gubernationem, quæ ad forum externum refertur. *Sayr lib. 1. c. 11. num. 85. & ſeq. Leſſius. d. dub. 12. num. 100. Sanch. c. 38. num. 2.*

Forma diſpenſationis, & commutationis hæc erit.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus dignetur ſecum diſpenſare, & ego eius authoritate diſpenſo, vel commuto uotum per te emiſsum in alia opera pietatis tibi ſignificata, decernēs te ad illius obſeruantiam, de cætero non teneri. In nomine Patris, & Filii, &c. Et hæc diſpenſatio, uel commutatio, vt aliàs dixi, extra cōfeſſionem ēt fieri poterit. *Sanchez. lib. 8. de matr. d. 15 nu. 25. arg. Nau. conſ. 11. de priuileg. Auila de cenſ. p 2. c. 7. d. 3. Dub. 13. Sà in v. abſolutio ab ex. com. num. 1. Bonac. tom. 2. d. 4. q. 2. pun. 6. nu. 16. & nos in 1. p. de Exam. tr. 9 c. 6. q. 38. vt etiam ſup. dictum in form. abſolutio. ab excomm.* At *de peniten. d. 5. q. 5. ſect. 3. punct. 3.* negat extra actum confeſſionis pœnitentiam ab inferiori Confeſſario commutari poſſi, niſi

tamen

tamen errante claue pœnitentia illa eſſet impoſita, *&c. vt per Molf. tr.7.c.23.num 73.*

Si uerò ex delegatione,uel commiſſione in caſu aliquo particulari facienda ſit diſpenſatio,uel commutatio, fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi. Et cum uoti commutatio res admodum difficilis ſit,maxima circumſpectione opus erit,ita ut hæc tria perpendantur,quid liceat ſecundum æquitatem,quid deceat ſecundum honeſtatem,& quid expediat ſecundum utilitatem. *c. magna. vbi Abb. ext. de voto.*

Quod ſi Cõfeſſarius tpe Iubilei quo Miniſtri ſacri pœnitentiæ ingenium grauiter torqueri ſolet nolit,diſpenſationem,uel commutationem petenti concedere, eo quod merita cauſæ, & commutandi rationem attentius cõſiderare uelit,poterit commutationem etiam tranſacto Iubilæi tempore impertiri,q̃a tempore habili cauſam inchoauit,quæ ad iuriſdictionem firmandam ſufficit, ut ex probabili aliquorum ſententia tradit Idem *Bonac. l.c. num. 14. 14. Medina lib. 1. Inſtruct c.14.§.7. Sayr. in claui reg. lib.6.c.13.n.19.*

Admonitio ad Confeſſarios.

VBi addunt,Confeſſarium non debere hoc onus,& prouinciam ſuſcipere,niſi in animarum regimine ſit uerſatus. Cum enim ſit ars artium regimen animarum. *c. cum ſit. ext. de ætate, & qualit.* nemo ſapiens dubitare poteſt,eos qui audiendis confeſſionibus præficiuntur,doctos,& prudentes eſſe debere. Gemina hæc ſunt unde rerum notitia,& prudentia formetur; cognitio ſcilicet litterarum, & experientia. Diſcas oportet, & q̃d didiſti, agendo confirmes, ait *Seneca ep.95.* Quò ſpectat illiud Sapiẽtis. *Eccl. c.34.* Vir ĩ multis expertus cogitabit multa;& qui multa didicit, enarrabit intellectũ,q̃ nõ eſt expertus,pauca recognoſcit. Quare nõ poſſumus aliter credere,quã non poſſe ſine graui periculo ab aliquo huic muneri intendi, niſi aſſidua lectione, ac diligẽti peritorum conſultatione muniatur. Qui aliter agũt,neſcimus quomodo excuſari poſſint,& quam rationem Deo reddituri ſint,ait *Sot. de miniſtr. Confeſſ. lect.6.* ut dixi *in Comment de humana vita ſtatib p.3.c.10.& 13.*

Moralis enim doctrina quæ non niſi poſt multos labores acquiritur

ritur duplex habet in fundamentum uel in ſcholaſticæ Theologiæ regulis, vel in ſummorum Pontificum placitis; & licet primum ob ſua principia facile menti hæreat: ſecundum tamẽ difficile eſt cum nulla alia ſede nitatur, quàm Pontificiis ſtatutis, ideo nulla alia via quam per continuum ſtudium poſſidetur. *Poſſen. de off. Cur. c. 15. num. 3.*

Experientia quoque, & praxis, illum perfectum erudiet, cum illa ſit rerum magiſtra *c cum ſit. de atat. & qualit. Io. de Imola conſ.* 43. Et vera legum, & librorum intelligẽtia à praxi deſumitur. *Roland à Valle tom. 2. conſ. 2.*

Ideo dicimus expertis in arte credẽdum, iuxta illud, Experto cre de Roberto. *l. 1. ff. de ventr. inſpiciendo. Menoch. conſ.* 109. *n.* 23.

De ſeptem aſtubus, & catenis, quibus Cacodæmon fidelium mentes innectere ſolet, vt in peccata grauia, & caſus reſeruatos, prolabantur; & de remedijs, & antidotis, quæ aduerſus ea, Superior, vel Pœnitentiarius adhibere debet.

Cap. VIII.

NOn ſatis eſt de peccatis dolere, illa confiteri, ab illis abſolui, & pœnas meritas luere, niſi etiam radicitus tollantur, illorũ cauſas, radices, & occaſiones attendendo. Sicut enim quotannis putatis vitibus, ac arboribus, plura inutilia ab eis amputantur, & abſcinduntur, ſed quoniam radix durat, iterum pullulat: ita dum radices peccatorum non abſtuleris, iterum ea naſci neceſſe eſt, quia vt habetur in *c. quia radix, de pænit. diſt.* 2. Sine cauſa aliquis conatur ramos incidere, ſi radicem non contendit euellere. Et ſatisfactio pœnitentiæ eſt peccatorum cauſas, radices, & occaſiones excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere. *c. ſatisfactio. de pæn. diſt.* 3. *Oſor. concione de examine quotidiano.*

Nec ſufficit hirudinem expellere niſi nidus deſtruatur. Et occaſiones peccandi cauendas eſse docet nos Vates Regius cum ait *Pſ.* 118. viam iniquitatis amoue à me. *Et Seneca cum epiſt.* 117. inquit, Quantum poſſumus à lubrico recedamus, in ſicco enim, etiam parũ fortiter ſtamus. Quod niſi fiat, homines alto peccatorum veterno oppreſ-

oppreſſi ſui miſerrimi ſtatus barathrum non conſiderantes, quotidie peccata multiplicāt ſimiles columbæ ſeductæ, & cor non habēti. *Oſeæ.c.7.* vbi *D.Hieron.* ſic explicat; Sola columba ablatos pullos non dolet, non requirit. Eundem in modum iniquus vt ſeducta columba ablatam gratiā, ablatam æternam vitam, ablatum cęlum, animam, Deum, non dolet, non requirit.

Hic Pęnitentiarij, & Confeſſarij ſcopus, & fructus eſſe debet, vt iux. *Danclem.c 9.* Auferatur peccatum præteritum, & impediatur futurum; qui vt Theologi dicunt, fuit fructus, & finis Incarnationis, & paſſionis Chriſti, dum per ſalutaria Sacramenta, & per bona opera noſtra, merita ſua nobis applicat. Proinde ſciat oportet quæ ſit præcipua radix, & occaſio, ob quam pęnitens in peccata prolabatur, vt in ea cautio, & efficacius remedium adhibeatur.

Inſuper vt varia remedia contra capitalia vitia, ex quibus caſus reſeruati naſcuntur calleat, quò recidendi occaſiones amputentur. *Henriq.lib.3.de pæn.c.3.*

Periti medici eſt, non ſolum ægrotis mederi, eoſque in priſtinā ſanitatem reſtituere, ſed ēt ſanos à morbis præſeruare, morborumq. cauſas arcere.

Idem ſpiritualibus medicis, & animarum Curatoribus, eò magis obſeruandum eſt, quò anima corpore præſtat, quouē ſpirituales morbi pernicioſiores, & curationes periculoſiores ſunt.

Pænitentiarii partes.

QVo circa Pęnitentiarius prouidere debet, vt non pænæ modo, ſed etiam remedii, & medicinæ rationem pęnitentia iniuncta habeat, quò pęnitens deinceps cauere peccata poſſit. Quam ad rem quibuſcunque poterit admonitionibus atque conſiliis, debebit ipſum tanquam bonus, ac prudens medicus adiuuare. *Val.tom.4.d.7.q.10.p.4.*

Sed antequam ad generalia, & etiam particularia remedia deſcendamus, obſeruandum eſt, aſtutum Cacodæmonē ſeptem catenis ſolere mortalium animas illaqueare, quas neceſſario Superior, & Pęnitentiarius ſcire debet, quo eas diſſoluere queat.

Siquidem vt ſapienter ait *Caſſ.lib.7.Inſtitut.c.13.* Niſi prius expoſita fuerint genera vulnerum, & origines, cauſæq. morborum fuerint

piditatib. immergitur, vt terribile Dei iudiciũ, & ſeueram iuſtitiam imminẽtem, mortem, & inexplicabiles gehẽnæ pænas non cogitet. De qualibus ait Regius Vates: *Pſ.* 13. Non eſt timor Dei ante oculos eorum. Et Poeta conqueritur,

Et viuunt homines tanquam mors nulla ſequatur.
Et velut Infernus fabula vana foret.

Nempe ſicut ſol omnes ſtellas ſuo fulgore obſcurat, ſic ſolius iudicii memoria ſuo terrore omnes animæ concupiſcentias extinguit. Cuiusrei illuſtre exemplum habes apud *Io.Climachum gradu* 6. Vnde & Dauid *Pſ.* 10. docet obliuionem iudicij cauſam eſſe peccatorum, cum enim dixiſſet, Inquinatæ ſunt viǫ eius in omni tempore, ſubiũxit rationem reddens: Auferuntur iudicia tua à facie eius. *Titel. ſuper pſal.* 13. *D. Chryſoſt. Hom.* 3. *in Iob.*

Mundani homines, & voluptatum ſectatores ruſticis ſunt ſimi-miles, qui ſecure agunt, & quietè viuunt, nec vnquam de regio palatio, aut de Regis ipſius vel iuſtitia erga, malefactores, vel liberalitate erga bonos cogitãt. At pij fideles, & Dei iudicia timentes ijs ſunt ſimiles, qui in regia aula verſantes, compoſitè ſe gerunt, ſemper ad reſpondendum parati. Talis cum eſſet D. Hieronymus hanc vocem ſæpe vſurpauit, alioſque ad eam vſurpandam hortatus eſt, ſiue comedam, ſiue bibam, ſiue aliquid aliud agam, ſemper inſonat vox auribus meis, vox illa horrifica, ſurgite mortui venire ad iudicium. *in reg. Monac. c.* 30. *Dionyſ. Carthuſ. lib. de remed. tentat. art.* 22.

Infidelitas diuini iudicij metum adimit.

PRoinde dicendum eſt etiam ſolam infidelitatem hunc iudicii metum mortalium animis eximere. *Aeneas Sylnius qui poſtea Pius II. fuit dictus in Hiſt. Bohem. c.* 59. Quod & *D. Ambroſ. ad Verg. lap c.* 8. his uerbis ſignificat. Si mente cernerẽt homines peccatores, quale iudicium imminet mundo, ſenſus humanus non diſpergeretur uanitate ſæculari, ſi non infidelitate grauaretur. *Stap. in dom.* 1. *aduentus* D. etiam *Auguſt. lib.* 16. *confeſſ. c.* 16. fatetur, nullum fortius ſibi fuiſse retinaculum à præcipitio carnalium voluptatum, quàm mortis, & iudicij ultimi recordationem. Nec me inquit, reuocabat à profundiore uoluptatum carnalium gurgite, niſi metus mor

tis,& futuri iudicij qui per uarias quidem opiniones nunquam tamen receſſit de pectore meo. Et Georgius Cedrenus tradit quendā Bulgarorū Regē Bugoris noīe,conſiderato in pictura dūtaxat Dei iudicio, ad fidē Chriſti conuersū eſſe. *Daur.p.4.ti.16.c.8.exem.2.* *& 3.Vict.in notis ad Nau.Prelud.4.* Dicit ēt *D.Chryſoſt.in 1.c.1. ad Timoth.* Male viuentes ne futurorū metu,& expectatione crucientur, perſuadere ſibi oī ſtudio curāt. Falſa eſſe oīa,quæ noſtra religio cōtinet,nēpe de peccatis,de reſurrectione,iudicio futuro,& ſimilib.

Refert *D.Aug.l 21.de Ciuit.Dei.cap.24.* fuiſſe inter chriſtianos qui dicerent pęnas impiorum non futuras, aut aliquādo finiendas, & minaciter potius quàm veraciter dictum: Ite maledicti in ignem æternum. Quod Diabolus malis perſuadere conatur,inquit D.Baſilius *in Aſcet.* vt peccare liberius audeant. *Adrianus Mangot.p.1. monito 27.*

Hoc telo ſolet Dæmon in vita potiſſimum mortalium mentes ferire, vt ad Epicureorum vitam eos inducat,& aliam vitam præter iſtam non eſſe credant, iuxta illud Sedulij.

Prima petit campum dubia ſub ſorte duelli.
Pugnatura fides.

Quod eleganter explicat *Lactant.Firm. lib.2.diuin.Inſtitut.de orig.erroris in princ.* dum ait: Nam dum exiſtimant nulli Deo nos eſſe curæ, aut poſt mortem nihil eſſe futuros, totos ſe libidinibus addicunt; & dum licere ſibi putant, hauriundis voluptatibus ſitienter incūbunt;per quas imprudentes in laqueos mortis incurrūt &c. Quod & Iuuenalem non latuit,dum Satyra 13. ſic canit,

Sunt qui fortunæ iam caſibus omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moueri,
Natura voluente vices,& lucis,& anni;
Atque adeò intrepide quæcunque altaria tangunt.&c.

Verè ratiocinatur *Petr.Sot.* dum *lect.3. de remed.peccatorum.* ſic inquit: Obliuio myſteriorum chriſtianæ fidei omnia ſecum affert mala,& incommoda,facitque ex chriſtiano carnalem hominem.& amicum huius mundi,ac omnino à ſpiritualibus alienum,& (quod omnium peſſimum eſt) inter hæc mala ſecurum,& nihil facientem, quæ ad ſalutem animæ pertinent; quo ſtatu nihil periculoſius cogitari poteſt.hæc ille.

Ar-

Atque huc ſpectare videtur illud D. Antonij, Pleriq. ex Ægypto potius quã Hieroſolymis veniunt, ſignificans raros eſſe qui de æternis rebus cogitent cum potius terrena commoda ſectentur. Morte etiam imminente Diabolus omnem mouet lapidem, vt fidem ſpiritualis ædificii fundamentum conuellat. *Nau c. 26n. num. 34. Reginal. l. 7. c. 4. num. 41.* & nos *in Comment. de hum. vitæ ſtat. p. 2. c. vlt.*

Proinde mirum non eſt, ſi vt homines in christiano officio contineantur, Antiſtibus neceſſe ſit, multa peccata reſeruare, in quæ ipſi homines fidei lumine quaſi deſtituti, ſolutis habenis tàm facile prolabi, & oculis clauſis ruere ſolent.

Remedium contra catenam infidelitatis.

PRo huius catenæ confractione arripiendum eſt ſcutum fidei, quo vt admonet *Apoſt. ad Epheſ. 6.* poſſimus omnia tela ignea inimici extinguere.

Quatuor ſunt, quæ pios homines in magnam ſæpe admirationẽ adducunt. Primo, non amari ab hominibus Deum, qui proinde infinito amore diligendus eſſet. Secundo, ei ingratos eſſe, qui innumeris eos beneficijs exornauit, & locupletare nunquam deſiſtit. Tertio, tàm facile tantam Maieſtatem omnibus flagitiorum generibus paſſim ab eis offendi. Quarto, talem homines vitam ducere, cum talem fidem profiteantur; quod planè monſtro ſimile eſt. Cuius quidem rei indigniſſimæ exiſtunt cauſæ, præcipua tamen eſt fidei defectus, & diuinarum rerum obliuio. Conſiderationis namq; vi fidei habitus velut coſopitus excitatur, vt ſplendore ſuo peccatorum tenebras diſpellat, hominemq; in officio contineat, illius vitæ expectatione, quam Dominus Deus daturus eſt his, qui fidem ſuã non mutant ab eo *vt ait Tob. c. 2.*

Qua tamen conſideratione iſti non vtuntur, vt potè qui in terra obliuionis habitant, & qui vt eſt in fabulis, letheas quodam modo aquas ebibiſſe videantur, quando neque Dei, neque ſui, hoc eſt ſuę conditionis, & mortalitatis, profeſſionis, baptiſmi, fidei diuini Iudicij, Paradiſi, Gehennæ, ſuorumque peccatorum, & Dei beneficiorũ vllo modo recordantur. *Holchot. ſuper. ſap. lect. 193. Staplet. Domin. 1. Aduent. Lud. Granat. in Sylua locorum communium in v. peccatum.*

Vnde *Aegid. Rom. l. 1. de reg. Princ. de mente philoſophi in 1. Ethicorum c.* 8. docet tres viuendi modos. ſ. voluptuoſe, politice, & contemplatiue. Siquidem quilibet homo, vel viuit primo modo vt bellua, vel ſecundo vt homo vel tertio vt Angelus. Ideo ad 1. viuendi modum reformandum, neceſsarium fuiſse ait fidem, & diuinæ legis regulã. De qua dicitur *Pſal.* 18. lex Domini immaculata conuertens animas ſupple belluino more viuentes.

Quàm familiaris fidei vſus nobis eſse debeat, ſancti Patres multis expreſſerunt: atque in primis *Clemens Alex. lib. 2. ſtrom. ſect.* 4. vult fidem non minus nobis eſse commendatam, quam omnium elementorum vſum; neque enim ſpiritualium rerum notitiam aſsequemur, niſi fide familiariter vtamur æquè atque aqua, & igne, aliiſque elementis, quibus corpori neceſsaria comparamus. *Comb. de ſtud. perf. lib. 2. c.* 34.

Si in domeſticis, ciuilibus, ac politicis rebus fidei actum eliceremus, profectò non tam ſæpè, tam turpiter erraremus: ſi hac lucerna vteremur, negotia quoque noſtra fœlicem ſucceſsum haberẽt. Quò lumine Dauid opera ſua luſtrabat, cum ipſe dicat: Lucerna pedibus meis verbum tuum: *Pſalm.* 118.

Practica obſeruatio.

PRo praxi tamen obſeruet Pœnitentiarius, peccatum perpetratũ ſine errore intellectus hominem hæreticum, vel infidelem nõ conſtituere, vt ſi quis uer. gr. concupiſcentia illectus, fornicetur, &c. nam ut quis hęreticus dicatur, tria requiruntur. Primo ut ſit chriſtianus ſalutari aqua ablutus. Secundo, ut erret in definitis ab Eccleſia. Tertio, ut in uoluntate ſic pertinax, *Bannes in* 22. *q.* 11. *art.* 1. *&* 2. *Iul. Clar. in* §. *hæreſis,* & alii cõmuniter. Vt tradidi *in* 1. *p. de Exam. Eccleſ. tr.* 7. *c.* 1. *q* 3 *& par.* 2. *tr.* 11. *c.* 5. *q.* 7. *ſupp.* 2.

Quomodo ſe gerere debeat cum eo qui hęreſis labe infectus, illã aliquo externo ſigno prodidit, dicemus in ſecunda Par. caſu 1. & 2.

Secunda catena.

SEcunda catena qua Diabolus mortalium mentes irretire ſolet, dicitur huius mundi iucunditas; nã vt homines in peccatorum

retia

retia pertrahat, & pertractos detineat, uitæ huius illecebras propo nit. De qua ſic ille pius poeta cecinit:

Dum ſequitur profugi bona momentanea mundi,
Allicit illecebris animam caro, nec ſinit eſſe
Principij memorem, vel cuius imaginis inſtar
Facta ſit aut quorſum reſoluta carne reuerti,
Debeat, inde boni ſubit ignorantia veri.

Hinc Sardanapalus Aſsyriorum Rex uentri, & gulæ deditiſſimus in epitaphio ſcripſit, ſe illa tantum habere, quę comedisset, & per libidinem percepiſset. Quæ quidem Epicureorum ſecta multos etiam nunc ſectatores habet: quorum Deus uenter eſt. vt ait A*poſt. ad Theſſalon. c. 3.*

Aquila ſuas plumas puluere, & arena onerat, & inter cerui cornua proiicit, ut excæcatus ſe præcipitet, eiuſdemq. uolucris eſca fiat. Sic Dæmon honorum, opum, ac uoluptatum, puluerem in nos excutit, ut excęcati eius præda fiamus. *Coppenſ in Dom. 3. Quad.* Interrogatus Petrus Card. Aldobr. Quænā religioni peſtis accrbior eſset? reſpondit eſse uoluptatem; facit enim vt fidei lumen obtenebretur vt dixi *p. 1. Exam. Eccleſ. tr. 3. c. 2. q. 17.*

Potiſſima mortalium cæcitatis cauſa eſt uehemens cupiditatum noſtrarum ardor, uidemus enim febribus æſtuantes contra medicorum pręcepta frigidam aquam bibere, quam grauiter ſibi nocituraā certo ſciunt. *D.* quoq. A*mbr. in Examer. & in* L*uc. c.* 17. memorabile huius rei exemplum affert: Medicos, inquit, cuidam uiro oculorum cæcitatem interminatos fuiſse, niſi ab uxoris conſortio abſtineret, hic tñ uehementia cupiditatis ſuperatus, & oculorum ſaluti uoluptatem præferens, uale, inquit; lumen amicum: vt tradit etiam *Campanil. Rub.* 11. *c.* 17. *num.* 53.

Vides ergo quanta ſit cupiditatum uis, & tyrannis; ut ueriſſimū ſit, quod portæ Inferi duæ ſunt, una eſt ignorantia boni, altera eſt cō cupiſcentia mali. *D. Bernard. Senenſis tom. 2. ſerm.* 53.

Celebris eſt Philoſophorū ſententia, in regno uoluptatis uirtuti non eſse locum, ſicut enim emortuæ carnes in aqua dulci corrumpuntur, uermibuſque ſcatere incipiunt, in ſalſa uerò diutiſſime conſeruantur: ſic humanus animus laboribus perficitur, delitijs autem diffluit. Et eſt malorum eſca uoluptas, qua homines capiuntur, ut

hamo

hamo piſces. Hinc *D. Aug. Pſal.* 48. Cibus iniquitatis cum ſuauitate comeditur, ſed cum amaritudine digeritur. Quò fit vt concupiſcentiæ cupiditas rationis oculos obcæcet, ne malum quod admittunt videre poſſint: ſiquidem vt communi prouerbio effertur, Qui amat, etiam quod turpe eſt, pulchrum iudicat. *D. Greg. hom. 4. in Ezech. Alciat.* *Emblem. 69.*

Remedium.

QVò hæc Diabolica catena confringatur, illud recolendũ eſt, ꝙ *D. Hieronymus ad Nepot.* ſentẽtioſe dixit: Facile contẽmnit omnia, qui ſe cogitat moriturum. Ex iuxta illud vulgatum: Momentaneum eſt quod delectat, æternum eſt quod cruciat. *Plutarch. in lib. de tuenda valet.* refert, Liſimachum Macedoniæ Regem inter Scythas bellum gerentem, cum ſiti grauiſſima oppreſſus ſe, & exercitum hoſtibus dediſſet, ac deinde frigidam bibiſſet aquam, ſic exclamaſſe: Dij boni, quàm breuis voluptatis gratia quantum regnũ amiſi. Quod multo magis de ſe ipſo dicere peccator poteſt, cum trãſacta breui voluptate in mortalia peccata, & caſus reſeruatos pro lapſus, cæleſtis vitæ amiſſionem intuetur.

Meritò Ariſtoteles admonebat, vt voluptates non venientes, ſed abeuntes contemplaremur: venientes enim fucata ſpecie blandiuntur, abeuntes dolorem, & pęnitentiam relinquunt; ita vt vir ſapiens caudam magis ſcorpionis, quàm blandientem faciem attẽdat. Scorpioni non eſt in facie quod formides, ſed pungit à cauda, ait *D. Bernard l. 4 de conſid.*

Et quod de impudica muliere ſcribit Sapiens. *Prouerb. cap.* 5. nimirum, ipſius conſuetudinem primum iucundam, ac ſuauem eſſe, verum ad extremũ abſynthio amariorem inueniri, hoc ad omnes mũdi voluptates, quæque in Deo minimè ſitæ ſunt, non ineptè referri poteſt. Hinc *D. Aug. lib. 4. confeſſ. c.* 10. Quocunque inquit ſe conuertat anima, in doloribus figitur, pręter quam in Deo. *Billius in Anthol. c. 60. Iuſtin. in Tobiam c. 1. verſ. 25. Docum. 2. Petrus Morales in* Matth. *l. 3. tract. 15. num.* 10. *Holchot. ſuper ſapientiam cap. 2. lect. 22.*

Tradũt Phyſici veteres, ſolem marinis aquis paſci, lunam dulcibus; ſic ſapientes amara quærunt, modo vtilia, ſtulti quæ ſolummodo

modo delectant, ſectantur. Verum, ut dixi, mundi uoluptates dolore concludũtur: & nullũ uerum gaudium eſt niſi poſt diſceſſum è uita. Nam *Cardanus lib. de varietate rerum.* cum de hominis natura agit, eum non niſi poſt aliquot ab ortu dies ridere tradit: primumq; eum riſum quem edit, non niſi in ſomnis exiſtere.

Qua quidem re id demum ſignificari ait, nullum niſi confecto huius uitæ curriculo, uerum, ſolidum, ac certum gaudium eſſe, iuxta illud: Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, &c. *Pſal.* 126.

Proponenda eſt illa ſeuera, ſed uera D. *Aug.* ſententia, Hac animaduerſione percutitur peccator, ut moriendo obliuiſcatur ſui, qui uiuendo oblitus eſt Dei. *Verid. Chriſt. c.* 87.

Tertia catena.

TErtiam catenam nectit Diabolus, difficilem uirtutis uiam ſuggerendo, perſuadet enim difficilem admodum, & quodãmodo impoſſibilem eſſe uitæ mutationem, cum peccandi conſuetudo in naturam penè conuerti uideatur. §. *hinc autem in Auth de Monachis. gl. in c. reperiuntur. de pęn. d.* 3. *Nau. de Iub. & indulg. notab.* 7. *n.* 10. *Combrecius infra cit. l.* 1. *c.* 19. *Menochius. conſ.* 73. *Caſſan. in catalog. gloria mundi. p.* 12. *conſid.* 51.

Vſus, ac frequentia delinquendi uelut lex efficitur naturalis, quę membris humanæ infirmitatis inſerta, affectus animæ, nec dum plenis uirtutum ſtudijs eruditæ, ſed adhuc rudis, ac teneræ (ut ita dixerim) caſtitatis, captiuos rapit ad uitia, ac morti eos antiqua lege ſubijciẽs, iugo peccati dñantis addicit, &c. ait *Caſſian. collat.* 23. *c.* 14.

Quod quidem proprio malo, & damno edoctus fatetur. D. *Auguſt. lib.* 8. *confeſſ. cap.* 5. dum his conquæritur uerbis: Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, ac conſtrinxerat me; quippe ex uoluntate peruerſa facta eſt libido, & dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo, & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas, quibus quaſi anſulis quibuſdam innexis, unde catenam appellauit, tenebat me obſtrictum dura ſeruitus. hæc ille.

D. etiam *Ant.* 3. *p. tit.* 14. *c.* 6. §. 3. ait, quod quò magis quis in peccatis inſordeſcit, eò magis ęius cor obdureſcit; & propterea ſubdit.

pec-

peccata iuuenum prædicari in quale, quia facilè eluuntur: peccatã uerò ſenum ob conſuetudinem prædicari in quid, eo quod eis quaſi ſubſtantialiter adhæreant; quod etiam à natura petito exemplo tradit *Holchot ſuper ſap. lect.* 49.

Remedium.

VT autem hæc catena confringatur, Superior, uel Pęnitẽtiarius proponet illud *Apoſtoli* dictum ad *Phil.* 4. Oĩa poſſum in eo, qui me confortat, & illam Senecę ſententiam *lib.* 2. *de Ira c.* 11. Nihil eſt tàm difficile, & arduum, quod non humana mens uincat, & in familiaritatem aſſidua meditatio non perducat. *Combrecius de ſtudio perfectionis. l.* 2. *c.* 27.

Quod ſi pęnitens aliquam ſibi uim inferre uoluerit, facilem uiã uirtutis, & pęnitentiæ inueniet, licet primo aſpectu dura, & aſpera uideatur. D. *Dorotheus ſerm.* 10.

Rectè Pythagoras familiares ſuos hortabatur, ut optimum uiuẽdi genus ſibi deligerent, quamuis enim laborioſiſſimum eſſet, conſuetudine tamen iucundum fore. *Stob. ſer.* 27. *Io. Gerſ. in tract. de paruulis ad Chriſtum trahendis. Lactan. Firm. lib.* 6. *de vero cultu. cap.* 3. & 4.

Animaduertat ergo Pænitentiarius, pęnitentem conſuetudinarium, recidiuum, qui ſępè, & ſępius in peccata reſeruata incidit, exquiſito indigere remedio; nam cum cæteri peccatores contra tres tantum hoſtes bellum gerant, Dęmonem nempè, mundum, & carnem; contra quartum etiam infeſtiſſimum pugnam accerſere conſuetudinem, quæ eſt altera natura. *Menoch. conſ.* 73.

Remedium.

AD quam tamen euellendam quatuor maximè ualebunt. Primo, habitus ſupernaturalis uirtutis infuſus. Secundo, aſpirãs diuini ſpiritus gratia. Tertio, pęnitentis ſtudiũ, & exercitium. Quarto, Pœnitentiarij induſtria, & diligentia. Qui ſane paulatim procedere debet, nemo. n. repente fit ſummus, & annoſa paſſio momentaneo remedio non curatur. Arg. quod de regularium reformatione tradit. *Nau c. nullam* 18. *q.* 2 *Roder. in ſumma par.* 2. *c.* 33. *Carthus in reform. Clauſt. art.* 2. Docet hoc nos Deus, & natura, quæ ut dicebat Zenephon paulatim nos deducit ex hyeme ad uehementes æſtus

tole-

tolerandos,ex æſtu ad rigidã hyemem. Quæ quomodo ad praxim traducenda ſint, in 2. par. ſuis locis dicetur.

Quarta catena.

QVarta catena qua Diabolus mortales alligatos tenet, eſt malorum exemplorum uis, nam cum aliàs ſemper hominum exempla plurimum ualeant, multumque habeant energiæ ad emendanda, aut corrumpenda hominum ingenia, tùm eorum precipuè, qui quoquomodo pręſtant, & aliis pręſunt; ſi quidem ut hr, *in c. magna. ext. de voto.* Et aduertimus *in 3. p. de Exam. tr. 15. c. 9. q. 30.*

Quod agitur à Pręlatis, facilè à ſubditis trahitur in exemplum. Vt ſolis defectus magnam mortalium perniciem trahit: ita Regentis error etiam leuis magnam tamen humanis rebus perturbationẽ gignit. Et ut ait *Plinius in Paneg. Traiani.* Vita Principis cẽſura eſt eaq. perpetua; ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, nec tàm imperio nobis opus eſt, quàm exemplo. Et ut in corporib. ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur.

Tria ad Prælatos pertinent, quò rectum ſit eorum regimen. Primo ut ſubditos exacte cognoſcant, iuxta illas gnomas, Diligenter agnoſce vultum pecoris.

Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos.

Secundo ut ſuis ſubditis imponãt quod cuique iuxta propria talenta, propenſiones, & uires magis expedit. Tertio ut ipſi uitæ probitate, & exemplo præluceant, ac in ſubeũdis oneribus inſtar Alcibiadis non dicãt ſuis, Ite, ſed eamus. *Tiraq. de pæn. temp. c. 51. num. 97.* Certè magnum eſse exempli uim in utramq. partem tùm ad uirtutem, tùm ad uitium, Sapientes omnes tradiderunt, ut enim dici ſolet, picturam & imagines rudib. hominibus libri inſtar eſse; ſic exẽpta libri ſunt grandibus quibuſdam litteris conſcripti, quę in ipſos oculos etiam negligẽtis, & aliud agentis incurrere poſſint. Vnde & *Seneca epiſt. 6.* Plus tibi, inquit uiua uox, & conuictus, quàm oratio proderunt, primum, quod homines plus oculis quàm auribus credunt; deinde quia longum eſt iter per præcepta, breue, & efficax per exempla.

Et quamuis homo propria voluntate ad ęterna Inferni tormen-

ta deueniat. *c. non eſt* 15. *q.* 1. multa tamen ſunt adminicula, quæ hominem illuc præcipitem inuehunt, nempe malum conſilium exẽplum præſertim Superiorum, & conſortium; ſiquidem parentes, præceptores, Præfecti, omneſque ſeniores lapidem ponunt, in quẽ alij impingant, ipſimet offenſionis, ac ſcandali petra facti. *Fely. in c. inter cætera. de off. ord. Plat. de bono ſtat. relig l. 1. c.* 26. *Simancas in cathol. Inſt. tit.* 23. *num.* 13. *Roderiq. de perfect. relig. tom.* 3. *tr.* 1. *c.* 6. *Verid. chriſt. c.* 5.

Remedium.

HAec Dæmonis catena diſſoluetur, ſi *D. Auguſt.* verba ad memoriam reuocentur: Non ergo illi quos monemus agere pœnitentiam, quærant ſibi comites ad ſupplicium, nec gaudeant, quia plures inuenerint, non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt *c. multi* 2. *q.* 1. Inter malorum noſtrorum cauſas, dixit quidam Sapiens, illa præcipuum locum tenet quod ad exemplũ viuimus, nec ratione componimur, ſed conſuetudine abducimur, & recti apud nos locum tenet error, vbi publicus factus eſt, Vitium eſt ad plurimum exempla reſpicere, nec quid oporteat, ſed quid ſoleat fieri aſpicere. Veritas ſequenda, non vſus, nec. n. Chriſtus viuendi exemplar, & norma, non dixit, Ego ſum conſuetudo, ſed ego ſum via, veritas, & vita. *Io. c.* 14.

Atque huc confert illa legalis poſitio. Exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus *l. nemo. C. de ſent. & interloc. omn. Iud. Cephal. vol.* 2. *conſ.* 176. *num.* 32. *Menoch conſ.* 996. *num.* 27. *vol.* 10.

Vnde & *D. Greg. Naz. carm.* 1. oſtendit eos miſero conſolationis genere ſe fouere, qui cum parum rectè, atque integre viuant, alios quoſdam qui flagitioſius viuant, ſibi ante oculos ponunt; cum vita noſtra ad Dei legem, non ad aliorum normam exigenda ſit. Quib. adde elegans verbum *Fabij Quint. lib.* 1. *orat. Inſtit. c.* 12. vbi ſingulariter dicit; cõſuetudinẽ ſermonis vocari conſensũ eruditorũ; ſicut uiuendi conſenſum bonorũ, alioqui ſi ex eo, quod plures faciunt, conſuetudo nomen accipiat, periculoſum dabit præceptum nõ orationi modo, ſed quod maius eſt vitæ, hæc ille. *Euerard. in top. leg. in loco opinione vulgi. Bonauitus in Dial. iuris l.* 1. *Dial.* 20.

Sic Diogenes cum die quodam theatro egrederetur aduerſus po pulum

pulum ingredi nitens dixit, Hoc in omni vita facere ſtudeo. Sentie-bat, ſapientem à populo diſſidere, cum ſapiens ratione regatur, po-pulus varijs cupiditatibus raptetur. Hinc ab Horatio vocatur Bel-lua multorum capitum. Scitè *Seneca lib. de vita beata c. 1. & 2.* Nihil magis præſtandum, quàm ne pecorum ritu ſequamur antecedentiũ gregem, pergentes non quò eundum eſt, ſed qua itur. Quæramus quid optime factum ſit, non quid vſitatiſſimum; non quid vulgo veritatis peſſimo interpreti probatum ſit, ſanabimur ſi ſeparemur à cætu.

Non quod fit, ſed quod fieri debet inſpiciendum eſt. *gloria Epi-ſcopus 12. q. 2. c. cum cauſam ext. de elect.* Et ut conſuetudo in huma-nis rebus valeat, requiritur ut ſit rationi congruens, ideſt vt tres il-las comites habeat, vt religioni conueniat, diſciplinæ congruat, & ſaluti proſpiciat: vt loquitur textus in *c. conſuetudo d. 1. & Scribentes notant in c. quanto. ext. de conſuet.*

Ob hanc cauſam Abbas Pynuphius ad puerum quendam quem in monachorum album aſcribebat verba faciens dixit; Conſidera te de paucis, & electis effectum, & ne exemplo, ac tepore multitudinis refrigeſcas, ſic viue vt pauci, vt cum paucis inueniri merearis in re-gno Dei, Multi enim ſunt vocati, & pauci electi. *Caſſian. lib. 4. Inſtit. cap. 38.*

Proponenda eſt à Pœnitentiario Saluatoris noſtri ſententia: Quę dicunt facite, ſecundum autem opera eorum nolite facere. *Matth. c. 23.* Vbi D. Chryſoſ. ait, ſi Superiores, Prælati, Prædicatores, vel Cō-feſſores bene vixerint, eorum lucrum eſt, ſi bene docuerint, veſtrum eſt. Nolite diſcutere quod alienum eſt, frequenter enim de malo homine bona doctrina procedit, ſicut terra uilis pretioſum au-rum producit. Item quod beatus prædicatur à Domino uir ille, qui non abiit in conſilio impiorum, ideſt eorum, qui ſecundum uir-tutis normam haud uiuunt; Et in cathedra peſtilentiæ non ſ. ideſt prauis aliorum exemplis non adhęſit. *Pſal. 1.*

Quinta catena.

QVinta catena, quã aduerſarius Diabolus ad capiendas, & de-prædandas animas adhibet, eſt præſumptio de miſericordia

Dei, ſuadet enim Deum eſſe miſericordem, & ſemper parcere paratum, & multum eſſe ad ignoſcendum. *Iſa c.*55. ac proinde poſt patrata delicta locum eſſe pœnitentiæ. *c. ſi presbyter.* 26. *q.* 6. & tradit etiam *Menoch. l.* 6. *de Præſumpt. Præſumpt. vlt.* Quod optimè etiam deſcribit *Iuuenalis, Satyra* 13.

Eſt alius metuens ne crimen pœna ſequatur,
Hic putat eſſe Deos, & peierat, atque ita ſecum,
Vt ſit magna, tamen certè lenta ira Deorum eſt,
Si curent igitur cunctos punire nocentes,
Quando ad me venient? ſed & exorabile numen, &c.

Remedium.

Contra hoc catenæ genus adducendum eſt illud. *Eccleſ. c.* 5. Ne dixeris peccaui, & quid mihi accidit triſte? Altiſſimus eſt enim patiens redditor. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, ſubito enim ueniet ira illius, & in tempore uindictæ diſperdet te. Quò etiam ſpectat illud Valerij Maximi: Lento gradu ad uindictam ſui diuina procedit ira, tarditatemque ſuppicij grauitate compenſat.

Et quod ait *Oed. apud Sophoc.*
Tarde licet.
Veniat, venit tamen horrido pede cælitus
Delapſa tandem pœna.

Exemplum diuinæ vindictæ.

Quod ille ſuo incorrigibili malo expertus eſt, qui propriæ ſalutis contemptor, & hauriendis uoluptatibus intentus, cohortãtibus ut animæ ſuæ proſpiceret, aſſidue dicebat: Hæc cura mihi impendat, ego in ſupremo articulo uitæ, tribus uerbis ſalutem cõſequar. At non conſecutus eſt eam quam optabat; factum eſt enim ut hyemali tempore lacerum pontem tranſiliret; ex quo cum ſibi neceſſario cadendum, adeoque intereundum eſſe uideret, tria uerba ſpei expers inclamauit, capiat omnia Dæmon, undiſque

obru-

obrutus, cum equo cui inſidebat demerſus eſt. *Laur. Beyer. in apoph. Chriſt. in v pænitentia.*

Differtur à Deo contra impios ultio, ut tempus poſſit habere correctio, ait D. *Leo. ſerm.* 12. *de Quad.* Si autem nunc omne peccatum manifeſta plecteret pęna, nihil ultimo iudicio reſeruari putaretur inq; D. *Aug. lib.* 1. *de ciuit Dei c* 8. Tametſi etiam nunc interdum puniat, ne nulla Dei eſſe prouidentia credatur. Vnde & D. *Cyprianus tract. de patientia, & de lapſis.* Plectuntur interim quidam ante diem pœnę, ut cæteri corrigantur, exempla ſunt omnium tormẽta paucorum *Mangot. p.* 2. *monit.* 8. Habet & *Beda l.* 5. *hiſt. Angl. c.* 14. & 15. duo exempla eorum, qui de uitæ emendatione ſæpe moniti, cum ſemper differrent, tandem ſcelerum conſcientia ad deſperationem adacti miſerrime perierunt. Quæ exempla, ut ipſe ait, multos ad agendam, & non differendam ſcelerum pœnitudinem prouocarunt.

Et infelix dicitur, qui ſub ſpe ueniæ delinquit. *c. fin. de immunit. eccleſ.* D. *Thom.* 2. 2. *q.* 21. *art.* 1. & 2.

Huc facit quod ſcribit *D. Auguſt. epiſt.* 5. Nihil infelicius eſt felicitate peccantium, per quam pęnalis nutritur impunitas, & mala uoluntas tanquam hoſtis interior roboratur. Et de his poteſt illud *Iſaię c.* 28. Percuſſimus fœdus cum morte, & cum Inferno fecimus pactum. D. etiã *Greg. lib.* 21. *mor. c.* 4. ait, reprobis bona ea quę expetunt, eodem modo dari, quo his quorum deplorata ſalus, quidquid lubet, quia mors imminet cõcedi ſolet. *Combr. de hoĩs perf. l.* 2. *c.* 36.

Sexta catena.

HVic quintę catenæ ſexta ei affinis annectitur, quę lõganimitas nuncupatur. Aſtutus enim inimicus peccatoris auribus ſic inſonat; Deus eſt patiens, & longanimis, ac pręſtabilis ſuper malitia. *Ioelis c.* 2. ideſt dum iuuenis, & ſanus es, uoluptatibus indulgere potes, & poſtmodum in ſenectute pęnitere, & pįetatis operibus intendere. Detur aliquid ętati, ſit adoleſcentia liberior, non omnia uoluptatibus denegentur, non ſemper ſuperet uera illa, & directa ratio, uincant aliquando cupiditas, uoluptaſque rationem. *Cicero in oratione pro Cælio. Palęot. de Senec par.* 3.

Plus

Plus omnibus religioni operam dare ſenibus compètit, quos præſentis ſæculi florida ætas tranſacta deſeruit, &c. *D. Cypr. de 12. abuſ. ſeculi c. 2.* Sic vafer Diabolus ſenis ſpecie. D. Vincentio Ferrerio apparens huiuſmodi verbis eum compellauit: Si mihi ſeni credendū eſt, qui multarum rerum vſum habeo; tibi ſuadeo, vt floridæ ætati tuæ compatiaris, & hanc corporis macerationem nunc omittas, & vſque ad ſenectam reſerues. Nec dubites, paratus eſt enim Deus pęnitentiam ſuſcipere, &c. vt habetur apud *Sur. die 5. Aprilis*. Et ego retuli *in comment. de Stat. Hum. vitę par 1. c. 3.*

Remedium.

AD infringendam hanc infernalem catenam adhiberi poterit inter alias, illa celebris ſententia: Hac animaduerſione punitur peccator, vt qui cum viueret, oblitus eſt Dei, dum moritur obliuiſcatur ſui. *D. Ant. 4 p. tit. 4. c. 8. §. 6. Vigner. in Inſtit. cathol. c. 18. §. 6. verſic. 2.*

Vrgendum, periculoſam admodum eſſe dilationem in ſalutis negotio, & eos qui reſipiſcentiam ſuam differunt, in certiſſima quadam ſpe niti, dum longiorem ſemper vitam ſibi pollicentur, quæ quidē innumeris hominibus ſempiterni exitij cauſa fuit, quotidieque eſt; ſicuti D. *Auguſt. de verbis Domini ſerm. 16.* his verbis teſtatur. Nemo Deum timens ſub verbis eius nō ſe corrigit, niſi qui putat, quia plus habet viuere. Ipſa res eſt, quam ſolent dicere, cum dicunt, cras, cras, & ſubitò oſtium clauditur. Remanſit foris cum voce coruina, quia non habuit gemitum columbinum, Cras, cras, còrui vox.

D. etiam *Greg. Nazianz. in oratione de baptiſ.* hoc argumentum proſequitur, eoſque acerrime inſectatur, qui in ſalutis negotio dilationibus vti ſolent, eaſque omnes rationes quas illi ſocordiæ ſuæ prætexunt, grauiter refellit, inter cætera hoc afferens, verſutiſſimi hoſtis noſtri hunc morem eſſe, vt præſens tempus ſemper ſibi poſcat. Deo futurum: ſibi florē ætatis noſtrę, Deo ſenectutem: ſibi voluptates, Deo corpus effętum, atque ad omnia inutile. Cui malo, vt remedium afferat, humanę vitę fragilitatem, & incertitudinem nobis velut ob oculos ponit, illudque oſtendit, ea ſemel confecta, & decurſa, nullam iam procurandę ſalutis copiam fore, nempe exacto nundina-

dinarum tempore, nullam iam negotiandi facultatem ſupereſſe. vt per *Bilium in ſacra anthologia carm.* 101.

Atque huc facit tragica ſanè, ac formidabilis hiſtoria, cuius Gregorius Papa mentionem facit, *Hom.* 12 *in Euang. & lib. 4. dialog. cap.* 38. vt oſtendat, quàm periculoſum ſit vitæ emendationem nimiũ differre. Ita vt poſtmodum locum habeat illud Annibalis pronuntiatum, qui cum Romam oppugnare vellet, bis denſo imbre retrocedere coactus fuit, ac dixiſſe fertur. Cum potui non habui voluntatẽ, & quando volui non habui poteſtatẽ. Vnde tres potiſſimum ſunt cauſæ accelerãdæ pęnitentiæ, primo quia incertum eſt an Deus ſit aliàs adhuc cor eius intrinſecus tacturus, ſecundo quia

Puncto mors imminet omni.

Tertio magnitudo periculi ex omni parte. Nam inter multiplices pœnitentiæ fructus ille præcipuus eſt, quod hominem ab æterna reprobatione pręſeruat, ut de hoc exẽplum habemus Thalelæi Eremitæ apud *Theodoretum in hiſt. relig. c.* 22.

Huc etiam ſpectat vetus adagium: Erinacius partum differt, de his dictum, quibus mora incommodat; nam hoc animal quò diutius partum differt, eo magis à ſpinis ſui fætus in enixu pungitur.]

In ſalutis negotio mora periculoſa.

PRoponendũ eſt ergo à Pænitẽtiario, quod cũ tria ſint, quę hoĩes ignorant, nempè horam mortis, locum, & modum; pęnitens nõ cras, quod hodie poterit, expectet; iuxta illud.

Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis. Cagnol. in l. in condemnatione, §. vnicuique, ff. de reg. iur. D. Ant. l. c. tit. 14 *cap.* 8. §. 2. Dies Domini ut fur adueniet. Vnde ſtulti, & mali hominis eſt procraſtinatio, ex qua illud infortunium illi eueniet quod Dauid *Pſ.* 9. teſtatur. In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.

Si de re aliqua merito dici poteſt periculum eſt in mora, maxima id ratione de conuerſionis dilatione dici debet. Neque in naufragii, incendii, morbi, alteriusve damni periculo tantum mora timenda eſt; quantum in reſipiſcentiæ protelatione. *Verid. Chriſt. cap.* 98.

Ad memoriã reuocandũ eſt homini, cũ in hoc mũdo cõditum eſſe, vt

ſuper bona opera Cælum ſibi acquiret. Et quatuor eſſe operum genera, nempe mortifera, quæ animæ mortem afferunt, & à Dei regno excludunt, vt lethalia peccata. Secundo viua, quæ in diuina grãa fiunt. Tertio mortua, quæ ab homine in peccato mortali exiſtente ſunt facta. Quarto mortificata, quæ à voluntate Dei gratia illuſtrata ſunt elicita; ſed per ſubſequens peccatum mortale a præmii conſecutione ſunt impedita. *Gabriel. in Canone miſſæ lect. 26. & 58. Zerula in Praxi pænit. c. 2. q. 26. D D. in c. quod quidam ext. de pænit. & remiſſ. Molfeſ. tract. 7. c. 6. num. 43. Bonac de pænit. d. 5. q. 6. ſect 4. pun. 1.*

Et communiter DD. tradunt. Deum ob aliqua bona opera quæ in mortali noxa fiunt, pœnam in hac etiam vita infligendam differre, & hominis vitam ad emendationem prorogare. *Buſtus in 1. p. ſui roſ. ſerm. 37. & Diſcip. ſerm. 51.*

Septima catena.

SEptima, & vltima Diaboli catena, qua animas illaqueat eſt deſperatio, Sic enim *Apoſt. ad Epheſ. c.* 4 inquit. Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis; in auaritiam, &c. Et *Suar. tom. 1. de relig. tr. 3. lib. 1. c. 6. nu. 9.* ait, deſperationem eſſe quandam blaſphemiæ radicem, quia timorem Deo iniuriam inferendi excludit.

Exemplum.

DE hoc illuſtre exemplum habemus apud *Euſeb. lib. 7. eccleſ. hiſt. cap.* 17. de adoleſcentulo, quem B. Ioannes Apoſt. Epiſcopo cuidam commendarat poſtea verò peruerſorum ſodalium conſuetudine ſeductus in omnium vitiorum gurgitem ſe eouſque præcipitauerat, vt ex ſalutis deſperatione, princeps latronum factus fuerit. Quẽ ipſe D. Io. ad ſalutis ſpem erexit, Deo, & eccleſiæ recõciliauit, propriam ſubinde animam pro eius anima poſiturum, ac veniam omnium criminum ſeſe à Deo impetraturum ſpondens. *Buſæus in arca medica in v. deſperatio.*

Hic eſt vafri Dæmonis mos, vt antequam homines peccent, eis

ſug-

ſuggerat, Deum eſſe miſericordem: ſed poſtquam peccauerint, perſuadeat illum eſſe nimis iuſtum, ut ſic de eius miſericordia deſperando nunquam pęniteant, & in infernale barathrum deturbentur, vt infelici accidit Iudæ. *Matth.c.27.* & habetur *in c.ſcelератior. de pęnit.diſt.* 3.

Remedia.

SEd hæc etiam catena facilè diſrumpitur, ſi diuina ſcriptura perlegatur, in qua infinita Dei miſericordia paſſim prędicatur, pręſertim *Iohel cap* 2. *& Ezech.c.* 18

Quæ quidem ex trib. maximè conſurgit, nempe ex eius naturali proprietate, ex potentia vniuerſali, & experiētia ſingulari, vt latè proſequitur *Holch. ſuper ſapient. lect.* 117. *&* *Diſcip. Do.7.poſt Tri ſer.*97. Et vt ait D. *Bern.de frag. ſept.hom.* 3.

Tria conſidero, in quibus tota ſpes mea conſiſtit, charitatem adoptionis, veritatem promiſſionis, & poteſtatem redditionis. Hic eſt funiculus, qui difficulter rumpitur, quem nobis è patria noſtra in hunc carcerem uſque demiſſum fortiter queſo teneamus, ut ipſe nos ſubleuet, ipſe nos trahat uſq. ad conſpectum glorię magni Dei.

Spes, & confidentia tribus hominum generibus eſt ualde neceſſaria, nempe dimicantibus, nauigantibus, & ęgrotantibus. Quas cōditiones cuilibet homini conuenire perſpiciet, qui humanę uitę ſtatum animaduerterit; cuncti enim aſſiduè contra carnem, Dęmonē, & mundum dimicamus. In periculoſo etiam mari huius mundi nauigamus, & tandem ęgrotamus, dum uariis tàm animi, quàm corporis morbis conflictamur. Propterea ne deſperationis barathro abſorbeamur, inuocandus eſt Chriſtus, inuocanda Maria. D. *Bern. ſuper miſſus eſt hom.* 2. *Holchot.l.c.lect.* 36. *vide quæ dixi p* 2. *caſu.* 2. Et plura diuinę pietatis, & miſericordię exempla uidere licet apud *Combr. de ſtudio perfect lib.* 1. *cap.* 16. Imò etiam in mortis articulo de nemine quantumuis magno peccatore deſperandum eſt. *cap.* 1. *de pęnit. diſtin.* 7. *Lact. de vera cult. l.6.c* 24. *Menoch. de præſumpt lib.* 6. *præſumpt.* 94. *Polid. Ripa de actis in mortis art.c.* 94. ut dixi in praxi de adiuuandis infermis. *p.* 3. *c.*1. *Et in comment. de hum. vita ſta.p.* 2. *c.*28 *ac de* Exam *Eccleſ.p.*1. *tr.*2. *c.*2. *q.*22.

Et rectè idem D. *Bernar. in ſententiis* ait: Duobus modis oratio

peccatoris impeditur, uel nulla, uel nimia luce; nulla luce illuſtratur, qui peccata ſua non uidet, nec confitetur. Et è contra nimia luce obruitur, qui ea tantum uidet, ut de indulgentia deſperet. Horũ neuter orat, quid ergo? temperanda eſt lux ut peccata ſua uideat peccator, ut confiteatur ac pro ipſis oret ut remittantur. *Et D. Auguſt. tract. 33. in Ioannem.*

Propter illos, inquit, qui deſperatione piclitãtur, propoſuit Deus indulgẽtiæ portum: pp illos uero, qui ſpe periclitãtur, & dilationib. illuduntur, fecit diem mortis incertũ. *Daur. tom. 1. c. 2. tit. 2. exẽp. 6.*

De remedijs, & varijs pænitentijs, quæ contra peccata mortalia, & caſus reſeruatos, pro ægri pænitentis ſalute comparanda, & etiam conſeruanda, in genere à Superiore, & Pænitentiario adhibenda ſunt.

Cap. IX.

Precognitiones circa peccata habenda.

QVòd attinet ad generãlia remedia, quæ Superior, Pęnitentiarius, uel alius inferior Sacerdos ad abſoluendum à peccatis reſeruatis contra ea debet adhibere, prius prænotandum eſt, quod cum omnis paſtoralis cura, & caſuum reſeruatio circa actus humanos, & peccata verſetur origines, & peccatorum cauſas prænoſcęre eum oportet. Sicut enim qui corporib. mederi rectè uoluerit, infirmitatis cauſas dignoſcere debet, ut eidem paſſioni cõtrariis antidotis ſuccurrere queat: ita animarum medicus peccatorum cauſas, principia, & fontes attendat neceſſe eſt, ut illis opportuna remedia adhibere poſſit.

Actus ergo moralis malus nihil aliud eſt, quàm peccatum, quod eſt dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei: ut diffinit *D. Thomas 1. 2. q. 71. art. 6. vbi Medina, & Val. tom. 2. d. 6. q. 1. p. 3. Nau. prælud. nu. 5. Salas. 1. 2. tom. 2. tr. 13. diſt. 2. ſect. 4.* & alij.

Vel ut diffinit *Tolet. de 7. peccatis mort. c. 1.* eſt receſſus à regula diuina uoluntarius, Dei gratia peccantem priuans, & æternæ morti adiudicans.

Sub qua diffinitione, ut dicunt DD. non ſolum peccatum commiſſionis, ſed etiam omiſſionis comprehenditur, ſiquidem affirma-

tio-

tio, & negatio, ad idem genus reducuntur. Et actus humanus uel moralis eſt actus voluntarius, vel omiſſio eius. *Benec. tom. 2. d. 2. q. 4. pun. 4.* Et nos ante in *1. p. de Exam. tr. 3. c. 3. q. 31.*

Vt autem omiſſio voluntaria ſit, & ad culpam imputetur, tres cō-ditiones requiruntur, nempè vt poſſit quis facere, teneatur, & non agat, ſiue omittat. *D. Thomas 1. 2. q. 6. art. 3. Sayr. lib. 2. clauis reg. c. 6. num. 8.*

§. Sicut ſcire, velle, & poſſe, ad omnem bonam actionem requirū-tur. *Baldus in l multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. DD. in c. cum ſuper. ext. de officio deleg. Menoch. conſ. 75. & 158.*

Peccatorum cauſę.

CVm autem peccatum ſiue ſit mortale, ſiue veniale, cogitatio-nis, locutionis, & operis, ſit actus inordinatus, deficiens, & imperfectus, ex parte ipſius actus per ſe cauſam habere poteſt.

Cuius quidem peccati tres interiores præcipuæ à Doctoribus aſ-ſignantur cauſæ, nempe in intellectu ignorantia, In appetitu ſenſi-tiuo infirmitas, ſeu paſſio, & in voluntate malitia. Idem. *D. Thom.* & ibi ſcribentes. *1. 2. q. 75. art. 1. & ſeq.* Cauſæ autem externæ ſunt plerunq. homo, Dæmon, & obiectum ſenſibile.

Quia verò hæ omnes cauſæ licet ſuaſionibus homini libero ar-bitrio prædito perſuadere poſſint, ad malum tamen compellere nequeunt; propterea peccatum liberi arbitrij malum, germenque voluntarium dicendum erit, ita vt ſola voluntas cauſa ſufficiens cō-plens peccatum dicatur, vt ait D. *Ambroſ. relatus in c. non eſt. 15. q. 1. D. Thom. 1. 2. q. 80. art. 1.*

Debilis eſt hoſtis, qui non vincit niſi volentem: eſt enim veluti canis catenis vinctus, qui ad ſe appropinquantes ſolum mordet. vt ait *D. Aug. ſer. 197. de tempore, & Bilius in Anthologia ſacra carm. 84. Molfeſ. tr. 8. c. 10. num. 25. Caiet. in v. confeſſio. cond. 15.* Vbi ſex refert quibus ſuperbi, ac à Deo alieni homines peccata imputare ſolent, videlicet Cęlum, Diabolum, mundum, carnem, ſocios, ac cō-plexionem. Humana volūtas mallei ſymbolo deſignatur, eo quod quæcunque vult faciat, nihilq. ei obſiſtat. *Verid. Chriſt. c. 43.*

Ex quo conſtat, quod cum Deus homini dederit inexpugnabile

caſtrum cum tribus potentiis, videlicet intellectu, memoria, & voluntate, cum quibus omnibus ſuis hoſtib. facile reſiſtere valet Deo non eſt imputandum, ſi illis ſe ſua ſponte tradat. Deus namq. vt inquit Sapiens, *Eccleſ. c.* 15. Et omnium Theologorum eſt placitum.

Ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui, appoſuit ſibi aquam, & ignem, ad quod voluerit, porriget manum ſuam.

Adde etiā, & ſi ſubinde à prauis morib. ad vitæ purioris inſtitutū Deus ipſe aliquem traducat, cum tamen non illicò ab omni paſſionum moleſtia liberat, manent enim in iuſtificatis paſſionum reliquiæ, manent habitudines, ac propenſiones ad malum, ſed debilitatæ, ac quodammodo emortuæ.

Quare nemo ſibi fidere debet, maxime ſi vel diutius, vel ardentius alicui vitio adhæſerit, aut natura admodū rebellis ſit, cū vt ille ait;

Facilis ſit deſcenſus Auerni. & vnumquodque facile ad ſuam naturam reuertatur *l. ſi vnus* § *pactus ff. de pact. Menoch. conſ.* 2. *n.* 237

Hinc triplex affertur ratio cur Deus non ſtatim omnem impugnationem tollat.

Cur in iuſtificatis fomes remaneat.

PRimo, vt nos in humilitate contineat. Secundo, quia nobis aliquo exercitio opus eſt, vt laceſſiti ad Deum recurramus, & orantes donorum omnium largitorem agnoſcamus. Tertio, ſtimuli peccati remanent, vt meriti occaſionem nobis præbeant, & maiorem gratiam, & gloriam poſtmodum conſequamur. *Conc. Trident. ſeſſ.* 5. *decreti de peccato orig. Ioan. Combrecius de ſtudio perfect. lib.* 1. *c.* 16. *Adr. Mangot. in monit. ſacris monito.* 22.

Peccatum minuentia, &c.

POrrò & ſi Dauid *Pſal.* 140. oret: Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas, &c. ſunt tamen quædam, quæ peccati rationem aut minuunt, aut tollunt, requirit enim mortale peccatum actum à uoluntate imperatum. Vnde multæ cogitationes cōtra fidem, & turpes, non ſunt peccata. Exigitur etiam libertas: hinc

multi

multi motus repentini excuſantur. *Tolet. in ſumma lib. 3. c. 1.*

Ob leuitatem etiam materiæ iudicatur ueniale, quod ex genere ſuo mortalem culpam inuoluit. Sicut etiam ex intentione, conſcientia erronea, & contemptu, quod eſt ueniale mortale fieri ſolet. ut dixi in *comment. de Exam. Eccl. tr. 5. c. 7. q. 49.*

Quæ vero leuia, & quæ grauia peccata ſint, difficile eſt humano definire iudicio, vt infra dicemus.

Quinimò quis non uidet infelicem eſſe hominum conditionem, cum ille qui propria uoluntate male egit, non poſſit ſæpe diſcernere, an verè peccauerit, quantum, & quoties. Delicta enim quis intelligit? *Pſal.* 18.

Qui ergo fieri poteſt, ut ille uitam recte inſtituat, & morbis ſuis medicinam adhibeat, qui ſeipſum non nouit, nec ſcit an, & qua ægritudine laboret, & ſæpe in ipſius morbi tuitione ſanitatem ſuam collocat?

Generalia remedia contra peccata.

SVperior ergo, Pęnitentiarius, uel inferior delegatus, contra omnia peccata in genere præſertim reſeruata, ſeptem remedia pænitenti breuiter proponet.

Primum remedium D. præſentię conſideratio.

PRimum eſt, ut quotieſcunque de aliquo uitio, uel ſcelere perpetrando à Dæmone impugnatur, Deum Iudicem omnia cernentem conſideret, exemplo Dauidis, qui de ſeipſo dicebat: Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commoueat. *Pſal 15. gl. in c. & venit. de pæn. d. 1. Roderiq. de perfect. p. 1. tr. 6. Combrec. l. 2. c. 1. Nau. prælud. 7. nu. 23.* vbi ait, quod licet ſępe effugere poſſimus hominis legiſlatoris pęnā errata noſtra ignorantis, nequaquam tamen euitare poſſumus pænam Dei omnia cernentis, nec conſcientiæ noſtræ de nobis teſtificantis.

Quantum valeat diuini numinis prę ſentię conſideratio.

SI ad metum delinquendi ualet grauis alicuius uiri præſentia ut ait *Seneca epiſt. 11.* quanto magis iuſtæ uindictę Dei? Atque

nihil

nihil Deo clauſum eſt, imò intereſt animis noſtris, & cogitationibus mediis interuenit, teſte eodem *Seneca epiſt.* 83. Quare Thales Mileſius qui inter ſeptem ſapientiſſimus fuit, merito dicebat: homines exiſtimare oportere Deos omnia cernere, Deorum omnia eſſe plena, fore enim homines longe caſtiores, & honeſtiores. *Et D. Baſilius reg. breu.* interrogatus, cuius animus temere vagatur, otioque ſe dat, quis frequẽter iraſcitur, quis humanas laudes auide captat, quis ad opera ſpiritualia piger eſt, quis actiones ſuas ad Dei gloriã non refert, quis inter orandum mente ſemper diſtrahitur?

Ad hæc ſingula hoc unum reſpondit: Qui non ſemper cogitat Deum cogitationum, & actionum ſuarum inſpectorem eſſe, hæc enim una recordatio ſi aſſidua eſſet, contra omnia uitia ſufficiens remedium eſſe poſſet. hæc ille, *Stapl. dom.* 16. *poſt. Pent. tex.* 3. *& Chanaſ. de perfecta prud. l.* 4. *c.* 4. §. 4. D. Item *Bernard. lib. de vita ſolit.* ut tutius inquit, in cella habites, tres, tibi deputati ſunt cuſtodes, ſcilicet Deus, conſcientia, & ſpiritualis pater. Inſuper ut gratum me habeas, addam tibi & quartum, & quandiù paruulus es, & donec plenius addiſcas diuinam cogitare pręſentiam, pedagogum tibi procurabo. Quatuor his cuſtodibus ex eiuſdem etiam D. Bernardi doctrina, quintus addi poteſt, Angelus cuſtos. Vnde quicũque eſt chriſtianę perfectionis amantior, non modo peccare corã his erubeſcit, ſed etiam in decore ſe habere, &c. *Combrec. de ſtudio perfect. l.* 2. *c.* 2.

Secundum occaſiones vitare.

SEcundum eſt, vt proximas peccandi occaſiones euitet: egredi namque debet de finibus Tyri, & Sidonis, ideſt delinquendi occaſiones declinare oportet, qui animam ſuam ſaluam fieri cupit. *Graff. lib* 1. *deciſ. aur. c.* 28. *num.* 1.

Et ſapienter S. Vulſtanus in Anglia Epiſcopus cuidam ſæpius eadem peccata confitenti reſpondit: Opportunitas, vt video, latrones facit, ideò tibi conſulo, vt mundum deſeras, & monachus fiat, *Stap. in Dom.* 11. *poſt Pent.*

Huic remedio illud etiam proximè accedit, vt otium fugiat, iuxta illud D. Hieronymi relati *in c. nunquam. de pænit. diſt.* 5. Semper aliquid boni facito, vt Diabolus inueniat te occupatum. Et

vt

Vt ſcitè dicere ſolebat Cato, Homines nihil agendo male agere diſcunt.

Titelmannus *in c.5. Eccleſ. Rebuffus in Authen. habita C. ne filius pro patre. Flam. de reſig. beneſ. l. 7. q. 3. num. 211. Borellus de Edictis. Magiſt. l. 3. c. 10.*

Nil ſic corporibus prodeſt, quàm motus, & agitatio. Sic nil magis à putredine peccati præſeruat, quàm otij declinatio. *Holcht. ſuper ſap. lect.* 107. Et ut auis dum eſt in motu, uel uolatu, haud capitur, ſed vbi ſubſiſtit; ſic niſi otioſos Diabolus ferit.

Tertium Cuſtodia ſenſum.

TErtium remedium eſt cuſtodia ſenſuum; mors enim per feneſtras id eſt per ſenſus exteriores in animum ingreditur: cum vt philoſophi dicunt, nil ſit in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu. Et clarum eſt, quidquid oculi vident, quidquid aures capiunt, & cęteri ſenſus hauriunt, confeſtim cordi tanquam omnium Principi nuntiare, in quo quidem eſt omnis noſtra repoſita ſalus. *Prouerb.* 4. *Ianſenius ſuper Eccl. cap.* 9.

Quartum Principijs abſtare.

QVartum, principijs obſiſtere, vt admonet D. *Iacobus. c.* 4. Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis. Vnde Ouid.

Principijs obſta ſero medicina paratur,
Cum mala per longas conualuere moras.

D. *Baſilius in conſtit. monaſt. c.* 5. 10. *Caſſ. l. 6. inſt. c.* 13.

Hinc Senec. *Quiſquis in primo obſtitit*
Repulitque amorem tutus, ac victor fuit,
Qui blandiendo dulce nutriuit malum,
Sero recuſat ferre quod ſubijt iugum.

Ad hoc autem maximè proderit, omnibus horis impendentem mortem meditari. Item Dei iudiciũ, Inferorum pœnas, & Paradiſi gloriam, iuxta illud Sapientis *cap.* 7.

Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. *Dionyſ. Carthuſ. de quatuor nouiſſimis. artic.* 1. *Petr. Beſſaus in Conc. de*

quatuor nouiſſ.conc. 1. *Reginal.par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 15. *ſect.* 2. vbi illud ſubiicit;

Mors tua, mors Chriſti, fraus mundi, gaudia Cœli.
Et dolor, Inferni ſunt meditanda tibi.

Seria eſt illa Dauidis admonitio *Pſal.* 76. *Annos æternos in mente habui.* Vnde etiam deſumptum eſt, quod Epiſcopo expleta conſecratione dicitur, Annos æternos in mente habe, vt qui ingens põdus in humeros ſuos ſuſceperit, cuius in extremo iudicio exactam redditurus eſt rationem, cum æternę damnationis interminatione, ſi officio ſuo non ſatisfecerit. *Verid. Chriſt. c.* 95.

Quintum Oratio.

QVintum remedium eſt oratio, cum fieri non poſſit vt homines ex diuinæ legis præſcripto uiuant, & peccata deuitent, ſine orationis, & deprecationis pręſidio. Quod vates Regius nos docuit, cum *Pſal.* 50. à Deo poſtulabat. Cor mundum crea in me Deus, &c. *D. Ant. p.* 1. *tit.* 6. *c.* 13. § 6. *Dionyſ. Carthuſ. in opuſc. lib.* 1. *de remed. tent. c* 14.

Hoc eſt remedium dicit *D. Iſid. lib* 3. *de ſummo bono c.* 7. vt quoties homo quolibet tangitur vitio; toties ſe ad orationem ſubdat, quia frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit.

Sic D. Gryſanthus cum ab impudicis fœminis ad turpia ſollicitaretur; ad Dominum clamabat dicens: Exurge Domine adiuua me, quis.n contra hanc pugnam præualet, niſi tua dextera dimicauerit? Inſurgente vento tentationis ad B. V. confugiendum D. *Bern. ſuper miſſ. eſt hom.* 2. exemplo D. Thomæ Aquinatis, qui impetente eum Dæmone, ſic orauit: Ne ſinas queſo Dñe Ieſu, & tu ſanctiſs. Chriſti Mater, & Virgo Maria, vt tã immani me ſcelere obſtringã.

Multum etiam proderit Crucifixum intueri, & ſigno crucis ſe munire, q; eſt Dæmonibus formidabile telum. Vñ *Io. T* [illegible] *hom.* 8. ad Nouitios ſic ſcribit, Si turpis cogitatio animo tuo per *Dæmones* immiſſa fuerit, impreſſo fronti ſigno crucis, dicito: Salua me Ieſu Chriſte, mediator Dei, & hominum: & per tuam ſacratiſſimam paſſionem, cunctam à me hoſtis antiqui depelle nequitiam. *Iac. Gretſerus lib.* 3. *de Cruce Domini. c.* 13.

Sex.

Sextum, Sacramentorum frequentatio.

SExtum eſt frequentia Sacramentorum pęnitentiæ, & Euchariſtiæ, quibus anima ſanatur, illuminatur, & roboratur, vt tentationes, & Diaboli inſidias dignoſcat, eis uiriliter reſiſtat, & illas ſuperet. Vnde de cõfeſſione ſic ait *Gerſon. in tract. de paruulis ad Chriſtum trahendis conſid. 3.* Sentiat alius quod uoluerit; Ego in ſimplicitate mea confeſſionem, ſi modo recte facta fuerit, eſſe directricem ad Chriſtum cenſeo.

Et *Pet. Bleſſ. In Compendio in Iob c. 1.* Duo ſunt inquit, quæ hominem mirabiliter à peccato conſeruant ſcilicet frequens confeſſio, & frequentior diſciplina. Idem docet *Toletus l. 6. c. 18. & c. 11.*

Et de Euchariſtia. *D. Chryſ. hom. 61. ad pop. ait.* Tanquam leones ignem ſpirantes ab illa menſa recedamus, facti Diabolo terribiles. *Baldeſſ. in ſtimulo ad virtutes. p. 2. c. 13. & p. 3. c. vlt.*

Et quod frequens ſanctiſſimæ Euchariſtię ſumptio plurimum conducat ad vitanda peccata, & ad conſequendam chriſtianæ vitæ perfectionem oſtendit ex D. *Greg. Baronius tom. 11. anno* 1074.

Septimum Remedium, conſcientiæ examen.

ADdi poteſt ſeptimum, & generale remedium contra peccata, quotidianũ conſcientiæ propriæ examẽ. Studioſe, inquit D. *Baſilius, de abdicatione rerum, &* D. *Bonau. de puritate conſcientiæ. c.* 1. operam dato, vt melior in dies exiſtas, idque fiet, ſi quotidie quæ egeris, dixeriſque, excuſſeris, & examinaueris, cumque anteacta vita contuleris. Quod etiam conſulit idem D. *Baſil homil.* 1. *de Inſtit. Monach.* & alii apud *Rodriq. exercit. perfect. p. 1. tr. 7. c. 1. & ſeqq.*

Nec ſolum id ſuadent Patres, ſed etiam Ethnici Chriſtiana luce carentes; inter cæteros refert. *Seneca lib. 3. de Ira. c. 36.* Sextium Pythagoricum magnum profecto in republica virum, antequam conſummato die ad nocturnam quietem ſe reciperet, animum ſuum interrogare ſolitum. Quid hodie commiſiſti? cui vitio obſtitiſti? qua parte melior factus es? Vir bonus & ſapiens, ait ille Poeta.

Non prius in dulcem declinet lumina ſomnum.
Omnia quàm longi reputauerit acta diei.

Alciat. Emblem. 17. *& ibi Claud.* Minoes. *Ioan. Oſor. in conc. de examine quotidiano. Pet. Beſſeus de regali ſacerdotio. lib. 2. c. 16. & S. Doroth. ſerm.* 11. vbi differens de vitijs, & paſſionibus quò ad licet extirpandis, proponit conſcientiæ examen tanquam documentum optimum à maioribus acceptum.

Cogitet autem quod vt *Iob. c. 7.* verè, & ſapienter dixit: Tentatio, ſeu militia eſt hominis vita ſuper terram.

Hinc, & *D. Aug. ſuper Pſal.* 60. Vita noſtra inquit, in hac peregrinatione non poteſt eſſe ſine tentatione: quia profectus noſter per tentationem noſtram fit: nec ſibi quiſque innoteſcit niſi tentatus: nec poteſt coronari, niſi vicerit: nec poteſt vincere, niſi certauerit, nec poteſt certare, niſi inimicum, & tentationem habuerit. Et addit Chriſtum Dominum eas experiri voluiſſe, vt quanti æſtimandæ eſſent, oſtenderet, & nos ad eas ſuperandas inſtrueret.

Octauum Remedium.

HIs remediũ ſubijci põt. ſ. pdicationis, ſeu diuini verbi auditio ingens enim adiumentũ eſt, tùm ad conuerſionẽ ad Deũ per fidem, ac pænitentiã, tùm ad Dei gratiam conſeruandam, tùm etiã ad eam per perfectionis ſtudium augendam. Dicitur enim ab Apoſtolo gladius ſpiritus viuus, & efficax. *ad Epheſ. & ad Heb.* 4. Vnde *Clemens Alex. in orat. ad Gent.* ſimilem facit concionem muſiçæ illi Orphæi, & Amphionis, quæ vt eſt in fabulis, feræ manſuefiebant, quod ſuauiter homines ex immanibus humani, ac probi reddantur. Et *Lælius Zanchus de Inſtit. Cler. inſtit.* 39.

Homines inquit tepiditate deuicti ſenſualitate, rerum temporalium delectatione, frequenter diuinum verbum audientes, ea exuunt, & virtutes induunt, gehennæ cruciatus timent, & Dei regnum cupiunt.

Et hæc quò ad remedia generalia. Quod autem attinet ad ſingularia remedia peccatorum, ſupponendum eſt, ſeptem eſſe vitia, quæ capitalia nominantur, & memoriæ cauſa hac dictione ſaligia continẽtur: de quibus dr̃, *Vt tibi ſit vita, ſemper ſaligia vita.* Et ſunt ſupbia, auaritia, luxuria, ira, gula, inuidia, & acedia. Dñr aũt capitalia

pitalia, quia alia vitia & peccata ex his tanquam ex ſontib. manant, & tanquam ex noxijs radicibus cætera pullulant.

In carnalia, & ſpiritualia diuiduntur, carnalia ſunt, quæ in delectationibus carnis perficiuntur, cuiuſmodi ſunt gula, & luxuria. Spiritualia ſunt, quæ in apprehenſione animæ, & ſpiritualibus delectationibus complentur, vt ſunt reliqua quinque. Quæ cane peius & angue fugienda ſunt, hæc enim ſunt compedes, atque funes, quibus adſtrictum hominem Satanas, nunc in omne malorum genus, ac tandem in tartaream abyſſum infeliciſſime præcipitat.

Duplex quippe eſt chriſtianæ iuſtitiæ officium, q Pnīarius pænitētem docere debet: Prius eſt in cognoſcendis, fugiendiſque peccatis poſitum: quoniam ea ipſa maxima ſunt mala mortalibus; nam ſicut qui neſcit quonam detineatur languore, aptum remedium non querit: ita qui ignorat quonam vitio oppreſſus ſit, curari non valet. *Aluarez. de vita ſpirit. tom. 2. l. 1. p. 2. c. 2.* Poſterius vero in bonis expetendis, atque conſectandis verſatur, iuxta illud Dauidis oraculū, *Pſ. 33.* Declina à malo, & fac bonum.

Nec enim ſufficit à malo abſtinere, niſi fiat quod bonū eſt. *c. de forma 22. q 5. Gloſſ in § iuris præcepta. Inſtit. de Iuſt. & Io Bart. Ang.* & alij *in l. in illa ff. de verb. oblig. Tiraq. temp panis cauſa 44 n. 57.*

Remedia contra peccata capitalia.

PRo primo peccato capitali, quod eſt ſuperbia, hæ prænotiones annotandæ ſunt.

Primo, quod ſuperbia nil aliud eſt quam inordinatus amor propriæ excellentiæ. D. *Thom. 22. q. 162. art. 1. & 2. Caiet in v. ſuperbia. Nau. in Man. c. 23. nu. 5. Tolet. de 7. peccat. mort. c. 3. & nos in 1. par. de Exam. Eccleſ. tract. 6. cap. 1. q. 1.* Cuius quatuor ſpecies à DD. aſſignantur.

Primo, cum bonum quod arrogantes habent, à ſe ipſis habere exiſtimant.

Secundo, cum donum deſuper datum proprijs meritis acceptum referunt.

Tertio cum habere ſe iactant, quod non habent.

Quarto, cum quis ſingularis videri appetit, vel alios aſpernatur.

A qua etiam octo filię procreantur, videlicet inanis gloria, inobedientia, iactantia, hypocriſis, contentio, pertinacia, diſcordia, & nouitatum præſumptio, etiam ſi aliæ ab alijs enumerentur, vt per D. *Thom. l. c. art.* 4.

Hic morbus licet vltimus ſit in conflictu vitiorum, origine tamē, & tempore primus eſt, ſæuiſſima, & immaniſſima beſtia, perfectos maximè tentans, & propemodum poſitos in conſummatione virtutum morſu diriore depaſcens. vt inquit *Caſſ. lib.* 12. *c.* 1.

Hæc à Salomone *Eccl.* 10. dicitur initium omnis peccati. Et vt loquitur T*obias c* 4. In ipſa initium ſumpſit omnis perditio *Nau. in c. inter verba concl.* 2. *nu.* 311. *q.* 3. Nec ſi Doctoribus credimus, vllū peccatum ſine ipſa eſt; quandoquidem nihil eſt aliud peccatum, quàm Dei contemptus, quo fit vt ipſius præcepta nihil curemus, & in multa quæ reſeruantur peccata incidamus.

Ita vt meritò ſuperbiam malorum omnium fontem grauiſſimū ac perniſioſſimum morbū eſſe aſſerant DD. Sic enim ait *D. Aug. tr* 25. *in Ioanne* Vnde abundat iniquitas? per ſuperbiam; Cura ſuperbiam, & nulla erit iniquitas. Proinde ſuperbiæ remedia ex ipſius damnorum conſideratione hauriri poſſunt.

Remedia ſuperbiæ.

PRimo enim eſt Deo odibilis, cum ſuperbia aduerſus Deum collum erigat, & ipſum aduerſarium habeat. *Eccl. c.* 10. Quamobrem etiam in hoc mundo, in ſuperbos Deus animaduertit, ut patet in Saule. 1. *Reg.* 15. Antiocho *l. Machab. c.* 6: & in multis alijs.

Superbiæ deteſtatio, & quomodo ob eam permittit Deus aliquos in alia peccata ruere.

ITa vt uerum ſit quod ille dixit.

Dominare tumidus, ſpiritus altos gere.
Sequitur ſuperbos vltor à tergo Deus.

Quò etiam fit vt Deus perſæpe permittat cauſa ſuperbiæ, & arrogantiæ, vt homines in grauiſſima quæque ſcelera, & caſus reſeruatos labantur, vt videant, quàm parum poſſint ſine eius præſidio;

Quod

Quod ordinarie elatis euenit, & ſapientibus huius mundi, & initijs quidem occultè, deinde ſuperbiæ vindex Deus toti mundo ſpurcitias illorum patefacit, vt erubeſcant, & confundantur. Verum quia ſuperbia eorum mentes occupauit, oculoſque clauſit, frontem eis quoq. meretriciam, æneamque ceruicem impreſſit, ideò iuſto Dei iudicio fit vt pertinaces maneant, tandemque ſupremus Iudex in his potentiæ ſuæ gloriam oſtendat, & ad illorum confuſionem tantum faſtum exibilari curet. &c. *Combr de ſtud. perfect. l. 2. c. 37.* D. *Bernar. Senenſ tom. 4. ſerm. 48. fer. 3. poſt Reſurr. Morales in* Matth. *l. 4. tr. 7. num.* 41.

Fulmina, tonitrua, & omnes aereæ tempeſtates alta ſemper ferire ſolent, vt montes, turres, & colles.

Feriuntque ſummos fulmina montes, ait poeta.

Elati, atque inflati animi mundi montes ſunt, in illos Deus indignationum ſuarum fulmina eiaculari, eorúmque caput deijcere, vt plurimum ſolet. *Beſſ. de Sacerd. l. 3. c* 8 *Iuſtin. in Tob. c* 14. *&* 14. *de ſuperb. remed.*

Secundo ſuperbia eſt hominibus odioſa, iuxta illud.

Odimus immodicos experto credite faſtus.

Cum verum ſit, quod vbi erit ſuperbia, ibi erit & contumelia. *Prou. c.* 11. Et ſuperbire dicitur, qui vult ſuper alios ire.

Tertio eſt ſibi ipſi damnoſa, & ſibi ruinam pariens, homo enim humilitatis fundamento carens in præceps ruit; ac ſanè omnes qui hoc crimine obſtricti ſunt, pro certo habere debent, ſe Satanæ tyrannidi ſubiectos eſſe. *Ropertus Holchot. ſuper Eccleſ. c. 3. lect.* 28.

Superbus, inquit *Plato lib. 4. de legibus.* à Deo deſeritur: deſertus autem omnia interturbat: nec multo poſt pœnas ſuperbiæ ſoluens ſibi ipſi, & familiæ, & rei denique publicæ peſtem, perniciemque accerſit.

Superbus Monachus Dęmone opus non habet, ipſe enim ſibi iã, & Dæmon, & hoſtis, & inimicus eſt. ait *Climach. de ſuperbia gradu* 22.

Superbus comparatur fumo, qui quò magis extollitur, eò magis euaneſcit, vnde Dauid. *Pſal.* 36. Mox vt honorificati fuerint, & exaltati, quemadmodum fumus deficient, & araneæ, quæ vt muſcas capiat, viſcera ſibi adimit.

Sic ſuperbus,quò humanam gloriolam aucupetur,animum,& corpus amittit,&c.Propterea optimi quique ſummo ſtudio ſemper prouidendū duxerunt,vt aditus ad ſe omnes huic vitio præcluderēt.

Alia Remedia.

HOc inter alia etiam remedium à Pænitentiario adhibebitur, quod *D.Ber.in ſerm.par.ſer.* 3.nobis tradit, cum ait:Quinq; ſunt quæ ad remedium tàm mortiferę peſtis à Domino rationali animæ ſunt poſita;Locus,corpus,tentatio Diaboli,prædicatio Chriſti,& eius conuerſatio.Locus quia exilium. Corpus quia oneroſum. Tentatio,quia inquietat. Chriſti prædicatio,quia ædificat. Et eius conuerſatio,quia informat.

Item illud pharmacum adhibendum:Vnde uenis,&erubeſce,vbi es,& ingemiſce,quò vadis,& pertimeſce.

Quādoquidem nemo pōt ſcire ſe eſſe in gratia Dei.Imo contrariū aſſerere eſt hęreticum.*Caſtrens.l.7.aduer.hæreſer.in v. gratia Conc. Trid.ſect.6 c 6.can.*14.

Hinc Sapiens *Eccl.c.9.* Nemo ſcit an amore,vel odio dignus ſit, vide plura apud *Nau c.9.n.*10 *&* 11 *c.*11 *n.*8.*Ianſ.in Prouer.Salom. c.*20.*Menoch conſ.*82.*nu.*5.*& de Præſumpt.lib.*6.*Præſump.*94.

D.Bernardus vbi audiuit ſuum Abbatem Eugeniū in ſummū Pontificem electum,ſic eū inter alia per literas admonuit, In omnibus operib.tuis memento te eſſe hoīem,& timor eius qui aufert ſpiritū Principum ſemper ſit ante oculos tuos, &c. vt p eundē *Epiſt.* 237.

Vnde S.Pontifex ex humilitate ſe ſeruum ſeruorum Dei appellare ſolet. *Duard.in Bulla Cęnæ Domini l.*1.*c.*5.*q.*3.*& DD.infra citati.*

Pontifices Maximi humilitatis exempla.

POntifex Romanus vt ſibi, atque vniuerſis teſtatiſſimum eſſet, ab ipſo ſuæ electionis ad ſummum Pontificatū exordio, nihil ſibi dignitatis arrogare,cum ducitur ad S. Ioannis in Laterano, vbi cò uentum,ſedet in lapidea,ac ſtercoraria ex antiquiſſimo inſtituto ſede,& illi occinitur verſiculus:Suſcitans de puluere egenum,& de ſtercore erigens pauperem,vt teſtatur *Thomas Bozius lib* 11.*de ſignis Eccleſiæ ſigno.*49.*c.*9.*num.*22.*Daur.mox citandus*, *&* *Barboſa in Collect.Iur.Can.in proemio nu.*13. *Flam.de reſign.benef.l.*8.*q.*7.

Germ.

Germ.de indult. Cardinal § *ſeruus.Petr.Gregor.in Syntag.iur p.2. lib.15.c.3.*

Amicus Epiſcopus Aquilæ,& Cardinalis, creatus à Paulo 2.patris imitatione opilio fuit; verum doctrinæ, & probitatis excellentia ad tantum apicem peruenit. Et ut natalium obſcuritate humilitatem perpetuò obſeruaret, inſignia familię finxit agnum capite librum geſtantem,quorum hic virtutis, ille natalium index eſſet. *Daur.tom.4.tit.30.c.7.exemp.4.*

Penitentia ſuperbis imponenda.

PRoinde ſuperbo pænitenti iniungere poterit,ut actus humilitatis exerceat; Infirmos viſitet, zenodochiis inſeruiat, libenter cum vilibus, & pauperibus uerſetur;proſtratus, vel ſaltem genuflexus oret,& Roſarium,ſeptemque Pſalmos recitet, terram, in quam breui redditurus eſt,oſculetur ſeipſum etiam conuitietur,vt D Frãciſcus facere ſolebat.Quæ ratio optima eſt ad uirtutes in animo inducendas;cum enim uirtus ex habituum genere ſit; habitus autem non niſi frequentatis actionibus gignatur,eandem quoque oportet eſſe ipſius naturam,ut ſola eam conſuetudo,uſus,& exercitatio, acquirat.*Ariſt.2.Ethicorũ c.4.D.Ber.epi.85.gl. in clem.1.tit. de relig. domib.Platus de bono ſtat.relig lib.1.c.21.*

Illis uero,qui aduerſus Superiores ſe efferunt, tanquam medicinalis pęnitentia imponenda eſt ſubmiſſio,& obedientia,nulla habita ratione eius perſonę cui obeditur,ſed diuinę ordinationis,quæ illum nobis præpoſuit:licet enim ętate,doctrina, claritate natalium ſubditus illum anteeedat,quia tamen hoc tempore ſuperior eſt, & locũ Dei tenet,iure ei ſubmiſſio debetur. *Stap. Dom. 1.poſt Epip.§.5. Petrus Morales in Commen.in c. 1.Matth.lib.3.tr.6.*

In ſuperiore non materia,ſed forma ſpectanda. Exemplo D. Franciſci,& Amaſys Regis.

IN Superiore quippe ſicut & in cruce,non materia,ſed forma,& relatio attendenda eſt,ſiquidem ut etiam quidam non inepte protulit, Prelatus malus etiam ſi non habeat diadema ſanctitatis, habet tamen diadema dignitatis,quæ ex ſe non peccauit,ideo pro-

pter

pter illam honore afficiendus eſt,proinde exemplo D.Franciſci illi, & ſi uiliori parendum,& deferendũ eſt. *D.Bonauent.in eius uita c 6.* Amaſys ex plebeo Rex Ægypti factus,quibuſdã ex antiqua nobilitate obſequium detrectantibus, & eam ſubiectionem ægreferentibus, curauit ex pelui quadam,in qua ipſe, & eius domeſtici pedes lauare ſolebant,certum idolum conflari ſimile illi,quod ab Aegyptiis præcipuè adorabatur,moxque ſolemniter in templo collocatum ab omnibus coli. Quo facto oſtendit idolum ex qua materia confectum foret,quæ utcumque uiliſſima eſſet, honore tamen dignam ab eis exiſtimatam propter ſublimem gradus locum , in quẽ electa fuiſſet: quare & idem de eo iudicarent,qui vtcumque loco obſcuro natus eſſet, tamen Deo diſponente ad regalem thronum perueniſſet. *Herod.l.2.hiſt.Stap.l.c.Facius de mortificat.c.13.*

Superiores etiam duri ferendi.

SI aliquando ſubdito eueniret ut Prælatus durus, & inſuauis exactor ei obtingeret,qui infirmitatib.ſubditorum compati neſciret,qui defectus corrigere in lenitate ſpiritus nollet, qui erga eos,qui commiſſi ſunt,non cor patris, ſed ſeueri Iudicis indueret, hunc tamen patienter,& æquo animo ſuſtineat, & pro Dei amore propria patientia eius duritiem vincat, vt magnum ex ſuſtinentia ſpirituale lucrum reportet,memor illius dicti,

Aptari magnis inferiora decet.

Aluarez.de vita relig.inſtit.ſect.6.c.12.Io.a S.*Gemin.in ſumma exempl.l.9.c.*17. Vbi clauſtrales his verbis ſic admonet, Correptionem Prælati diſcoli debet ſubditus humiliter portare,attendens cũ raditur barba alicuius,quàm patienter ſe habet ſub raſorio, & permittit caput ſuum à raſore modo in dexteram, modo in ſiniſtram duci,nec audet mentum leuare,nec os aperire ,ne ſi raſori reſiſtat, vulnus incurrat. Attende clauſtralis ſub manu raſoris te poſitum, noli ſub raſorio correptionis rebellare,ſed raſoris manibus humiliter te tractari permittas,ne læſiones grauiores incurras tàm in mente,quàm in corpore,&c. *hæc ille.*

Vere humiles(magiſtro qui eſt uia,veritas,& vita docente)inuenient requiem animab.ſuis,quia radicati,ac fundati ſuper firmam

petram

petram de manu inimicorum ſuorum liberati Deo libere ſeruire poſſunt. Humilis enim à nulla capitur paſſione, & à mundi laqueis eripitur. *Morales in Matth. l. 4. tr. 7. num. 42.*

Indicia ſanationis ſuperbiæ.

INdicium autem alicuius curationis vitij huius eſt timor Domini ſanctus, & diligens cautio, qua ſe ipſum proficiens in omnibus rebus circumſpicit. Qui ſub rege humilitatis militant, ait D. *Greg. li. 34. mor. c.* 18. ſemper prouidi, atq; ex omni parte circũſpecti aduerſus iacula elationis pugnant.

Alterum indicium eſt, ſuiipſius contemptus: ſiquidem amor ſui vſque ad Dei contemptum progrediens parens eſt ſuperbiæ; & carnis concupiſcentiam, diuitiarum cupiditatem, & ſuperbiam vitæ generat, quæ tres amoris proprii filiæ omnium vitiorum genera creãt *D. Auguſt. lib. 22. de ciuit. Dei cap. 22. Combrec. de homin. perfect. l. 1. c. 18.*

Contemptus igitur, & abnegatio ſui, ſuperbiæ interitum vt affert, ſic nuntiat: præſertim ſi de nobis ipſis, rebuſque noſtris humiliter ſentiamus, loquamurque, & cum Paulo Apoſtolo gloriemur in infirmitatibus, & cum aliis Apoſtolis gaudeamus, ſi quando magno Dei munere digni ſumus pro nomine Ieſu contumeliam pati. *Bernard. Roſignolius. de diſciplina christiana. perfect. libro 2. cap. 13.*

Nec quiſquam exiſtimet, facile eſſe vanamgloriam (quæ iucundus hoſtis, & bonorum operum fur à *D. Baſilio c. 16. Conſt. Monaſt.* dĩ) à mentibus noſtris propulſare, cum ut eſt apud Valerium, nulla tanta ſit humilitas, quæ non dulcedine gloriæ tangatur. *Roſignol. l. c. cap. 24. Benzonius de anno Iubilæi l. 5. cap. 15. dub. 8. Pet. Nau. de reſt. rerum ablat. l. 2. cap. 4. num. 60. Iuſtinian. in Tob. c. 4. verſ. 7. Doc. 2.* Et vt ait D. *Bernar. ſerm. 13. in Cant.*

Magna & rara virtus profectò eſt, vt magna licet operantem magnum te neſcias, & manifeſtam omnibus, tuam te ſolum latere ſanctitatem: mirabilem apparere, & contemptibilem te reputare.

Proinde nil melius, nihil vtilius fuerit, quàm eiuſdem Bernardi conſilio vti *ſer. in feſto omnium Sanctorum*, nempè vt cum noſmeti-

pſos inanis gloriæ, & ſuperbiæ cupiditate titillari ſentimus, his eam verbis propellamus, quibus Chriſtus ad Magdalenam vtebatur. Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum: Satis homini eſſe debet, pacem in hoc mundo petere, gloriamque vniuerſam Deo relinquere, iuxta Angelicum illum cantum, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominib. bonæ voluntatis. *Bilius in ſacra antho logia carm. 26. in annot.*

Eſt autem notandum, quod licet imperfecta ſuperbia regulariter venialem culpam tantum ſecum inuoluat, valde tamen ſpiritualem vitam impedit, ut dixi *in 1. p. de Exam. tr. 6. c. 1. q. 2.*

E contra uero elementum omnium chriſtianarum virtutum eſt humilitas, ſine qua nemo in chriſtiana philoſophia proficere poteſt.

Superbia difficile curatur.

CVm vero omnes fere homines, ut eſt in prouerbio, tanquam galli bene criſtati ſint, hinc fit vt hoc vitium difficillimè eradicetur, vt ait *Caietan. in verbo ſuperbia.*

Dauid Regius Vates licet tanta circumſpectione cordis ſui cuſtodiret arcana, vt ad eum quem ſecreta conſcientiæ ſuę non latebant, audenter proclamaret, Domine non eſt exaltatum cor meum, neq; elati ſunt oculi mei, neque ambulaui in magnis, &c. *Pſal.* 130. *&* iterum *Pſalm.* 100.

Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam: ſciens tamen quàm difficilis ſit etiam perfectis iſta cuſtodia, non de ſua tantum præſumit induſtria, ſed orans Domini implorat auxilium vt huius inimici telum poſſit inſauciatus euadere, dicens: Non veniat mihi pes ſuperbiæ *Pſ.* 35. *Caſſ. l.* 12. *c.* 6. *& ſeq.*

Peſtis hæc arrogantiæ ac ſuperbiæ peccatum ſpirituale eſt, ideò corporeis oculis non videtur, ne quidem ſpiritualium, quia primum oculos occupat, ac in his ſedem figit, ne uideãt. Facile ciuitas occupatur ubi à videndo, & proſpiciendo ſpeculator impeditur, &c. *Aluarez. in oper. ſpir. tom.* 2 *l.* 1. *p* 3. *c.* 16. §. 4. Vbi etiã admonet ſtatim ac religioſus affectum nimium ad locum, vel ad munus quo fungitur ſibi ineſſe preſenſerit, ex humilitatis virtute illum omnino à corde euellere debere, & ſe libere in manu Prælati dimittere, vt poſ-

ſit

ſit illum quò noluerit demandare, aut in aliis rebus occupare, &c.)

Hinc D. *Hier. in epitaph. Fabiolæ.* Difficilius ait arrogantia, quã auro caremus, & gemmis; his enim abiectis, interdum glorioſis tumemus ſordibus, & vendibilem paupertatem populari auræ offerimus. Auariſſima honoris humana mens, facilius regnum, & opes, quàm gloriam partitur, inquit *Pius 2. in deſcript. Europę. c.* 8.

Vnde cum ſuperbia ſit pene uniuerſale uitium, & omnis peccati ſit origo, proinde illud maximè à Confeſſario urgendum eſt. Nam hoc eſt optimum documentum à DD. traditum, Quando pœnitens multa uariaque peccata confitetur, nõ eſt circa omnia confuſe, & in genere inſiſtendum, grauiora, ac pernicioſiora arripienda ſunt, & in illis pænitens premendus. Doctrina enim uniuerſalis parum utilis eſſe ſolet, quod ſi ad particularia deſcendatur, & falx ad radicem ponatur, & ad ea quæ magis noxia ſunt applicetur, utilior ac fructuoſior eſt. *Lud.* P*onte tom.* 4. *tr.* 5. *c.* 10.

Sæpius inculcanda eſt humilitas, quę ut ait D. *Aug. ep.* 58. eſt omnium malorũ medicina, contraria enim contrariis curantur, & ut ex Hippocratis aphoriſmo patet, Omnis immoderate diſcraſia iuuatur à contrario, & læditur à ſimili.

Notanda circa auaritiam.

AVaritia eſt inordinatus appetitus habendi. *D. Thom.* 22. *q.* 118. *art.* 1. *&* 2.

Quam ualde ſacræ litteræ deteſtantur, cum clament, Auaro nihil eſſe ſceleſtius, & nil iniquius quàm amare pecuniam. *Eccl. c.* 10.

Imò philargyriam hanc Patres non tantum omnium malorum radicem, ſed etiam inextricabilem nequitiæ fomitem eſſe pronunciarunt. *Caſſ. lib.* 7. *c.* 6. *Barboſa de Epiſcop. p.* 1. *tit.* 2. *gloſſ.* 15. *n.* 9. *& in c.* 4. *ext. de conſtit.*

A qua fęcundiſſima, & peſſima matre præter alias ſoboles teterrima ſimonia etiam gignitur. D. *Bernar. epiſt.* 42 *& nos in Comment. de Exam. tr.* 9. *c.* 5. *q.* 20.

Nec poterat Apoſtolus ad E*pheſ.* 5. eam deteſtabiliorem reddere, quàm nominando Idolorum ſeruitutem, quia auari, & peruerſi frui nummo uolunt, uti autem Deo; nec nummum propter Deum

impendunt, ſed Deum propter nummum colunt. D. *Aug. l.* 11. *de ciuis. Dei c.* 25. *Roſig. l.c cap.* 16.

Duobus porro modis auaritiæ tentationibus homines pulſantur, vno videlicet illi, qui in mundo ſunt, nec de nuntio terrenis rebus remittendo cogitant.

In quo non modo laici, ſed & clerici includuntur, quæ quanto callidior inſidiatrix, & crudelior Eccleſiaſtici ordinis vaſtatrix, tãto etiam prudentius ab iis deuitanda. *Beſſeus de Sacer. l.* 3. *c* 7 *Giſber. de vita Eccleſ c.* 29. *Coſta de facti ſciẽtia, & ignorant. diſtinct.* 11. *cent.* 2.

Altero autem qui Euangelicam perfectionem propoſitam habent. Priores tanquam deuictos quaſi ex ratione ad res augendas exhortari ſolet; ſępe enim quod auaritia ex appetitu ſuggerit, neceſſitatem putant. de quibus Horatius in epiſtolis.

O ciues, ciues, quærenda pecunia primum:
Virtus poſt nummos, &c.

Poſteriores verò, nempè religioſos perfectionis ſtudioſos ita aggreditur, vt pauperes eſſe velint, eo tamen pacto vt nihil eis deſit, vel inſcio Superiore aliquid ſibi parent, & retineant, & proprietatis uitio fędentur. D. *Bernar. ſerm.* 4. *de aduentu, & Caſſ. lib.* 7. *cap.* 7.

Auaritiæ autem proprietas præcipua eſt auiditas inexhauſta plura ſemper poſſidendi, quæ nulla copia ſatiari queat. Vt propterea. D. *Chryſoſt. hom.* 9. *in epiſt.* 1. *ad Corinth. & hom.* 23 *in* 2. *ad Corinth.* auaros lupis, & vrſis peiores, & Dæmonibus ipſis ſimillimos vocet.

Et ſane ex illa canina quam vocant fame inſatiabilis fit homo, & ei illa vox tribuitur. Affer affer. *Pineda in Iob. c.* 20. *verſ.*

Ex qua tanquam ex radice innumera prodeunt mala, ut odia, rixæ, inimicitiæ, furta, ſeditiones, ac fędiſſima illa ingratitudinis labes, quę execrabilis rapina appellatur; de qua apud *Quint. Mẽdoſ. in trac. de ingrat.* & alia huiuſmodi uitia naſcuntur, quę animũ à rebus ſpiritualibus auertunt, & à Deo retardant, ut per *D. Gregor. lib.* 3. *mor. c.* 37. *&* D. *Thom.* 22. *q.* 118. *art.* 8.

Vt etiam meritò Bion philoſophus auaritiam omnis malitię metropolim dixerit; nec mirum ſit ſi charitatem, & mutuum amorem euertat.

In-

Interpone, inquit Epictetus, inter patrem, & filium agellum, & intelliges an uerè ament: ueluti ſi quis inter catulos ſibi caudis blandientes tantillum carnis proiiceret, quos ſtatim ſe mutuo mordentes cerneret.

Quare Chilo aurum indicem appellauit quod hominem probet.

Quod quidem uitium uſque adeo progreditur ut & monachos qui ſæculo renuntiarunt, ſæpe occupet, ut dixi.

Pręcipuè uero ſenibus adeo eſt familiare, ut quodammodo illis connaturale eſſe iudicetur, atque ab his ut plurimum aut non digno ſcatur, aut certè negligatur. Quod paſſim à ueteribus philoſophis, & aliis auctoribus affirmatum uidemus, apud quos illud eſt celebre dictum: Omnia in homine ſeneſcunt uitia, ſola auaritia iuueneſcit. D. *Auguſ. ſerm. 48. ad fratres in heremo.* Vnde Horat. de ſene loquens:

Quærit, & inuentis miſer abſtinet, ac timet uti.

Cardinal. Palaot. *de ſenec p. 2. obiect. ult. & nos in Comment. de Hum. vita. Stat. p. 1. c. 3. & de Exam. p. 1. tr. 6. c. 9. q. 40.*

Remedium auaritiæ.

PRo antidoto huius uitij Pęnitentiarius, uel Confeſſarius pœnitenti illius miſeriam proponet; quandoquidem res, uel pecunia cum labore acquiritur, acquiſita cum timore ſeruatur, & tandem cum dolore grauiſſimo amittitur. Præſertim, quia hoc ſcelus non ſolum per ſe immane eſt, ſed etiam aliorum peccatorum cauſa:

Sed quæ reuerentia legum?
Quis metus, aut pudor eſt unquam properantis auari? ait *Iuuen. Sat. 14.*

Marc. Ant. Columna de redd. Eccleſ. orig. p. 2 c. 12. Arig. Barb. in c. cum ſit extr de Iudæis. ubi innuit auaritiam eſſe Iudęis familiarem & ſemper de eorum infidelitate, & iniuſtitia præſumendum.

Et ut inquit *Apoſt. 1. ad Timoth. 6.* Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli. Teſte etiam D. Max *homil. 4.* Auaritia cæcitas eſt, errorem religionis inducens.

Multum etiam proderit conſiderare breuitatem huius vitæ, quæ pau-

paucis contenta eſt. Hinc Cornelius Gallus.

Pauperiem modico contentus ſemper amaui,
Et rerum dominus nil capiendo fui.

Maximum remedium contra philargyriam eſt Euangelicæ paupertatis amor, quæ maxima nititur ſpe diuinæ prouidentiæ, cui amori comes debet eſſe obedientia religioſarum legum, quæ de paupertate conſtitutæ ſunt. *Iacobus Aluarez tom. 2. de vita ſpirituali, & relig. lib. 5. p. 1. c. 1.*

Item paupertatem Chriſti, & ſanctorum, qui pauperrimam duxerunt vitam contemplari. Inſuper quod auaro tàm deeſt quod habet, quàm quod non habet. *cap. ſicut hi. d. 47. Caiet. in ſumma in v. auaritia.*

Nec abs re auari ijs comparari ſolent, qui intercute morbo vexantur, qui quò plus bibant, hoc magis ſitiunt.

Pœnitentię auaro iniungendæ.

PÆnitentiæ hoc vitio affectis ſic iniungantur, vt eleemoſynam erogent, quæ per longum tempus perſeueret; licet parum quaque vice detur, hoc enim frequenti actu charitatis habitus comparatur. Imponi etiam poteſt, vt hoſpitalia, & egenos inuiſãt, quò eorum perſpecta miſeria, ad miſericordiam moueantur.

Item vt aliquam in die, vel hebdomada horam inſumant meditandæ paupertati Chriſti inopis, ac nudi in cruce pendentis. *Regin. p. 1. lib. 7. c. 16. num. 6.*

Religioſo proponẽdum vt votiuæ paupertatis ſit memor, & pecuniç, & omnis rei pecuniaæſtimabilis affectũ à ſe amputare ſtudeat. *c. cum ad monaſterium. ext. de ſtat. monach.*

In ſpiritualium functionum miniſterio non ſint rerum temporalium petaces, hoc enim bonum religionis obſcurat. Peterea tamen prohibiti poſſunt ſponte oblatum eleemoſynç cauſa accipere, modo ſuo Prçfecto conſignetur, &c. *Riccius in praxi. var. reſol. Reſol. 25.* De qua re infra *in 3. p. de vitio propriet.*

De luxuria conſiderationes.

LVxuria eſt inordinatus appetitus libidinoſę, & carnalis voluptatis: cuius ſex ſunt ſpecies, ſcilicet fornicatio, adulterium, inceſtus, ſtuprum, raptus, & vitium contra naturam, & alii addunt, ſacrilegium. *vide in c illa.* 36 *quaſt.* 1 *&* D. *Thom.* 2. 2. *q* 154. *artic.* 1. *vbi Val. tom.* 3. *d*, *d.* 11. *q.* 3 *p.* 3. *Leſſium lib.* 4. *de inſtit. & iur. c.* 3. *dub.* 5. Et nos *in* 1. *p. de Exam. tr.* 6. *c.* 12 *q.* 54.

Quæ omnia abſque dubio mortalem culpam ſecum afferunt, adeò, vt etiam ſolis oſculis, nutibus, tactibus, viſu, cum moroſa delectatione, & ſimilibus, ſecluſa etiam voluntate opere perpetrandi, committatur.

Quas porro luxurię ſpecies dum pęnitens cōfitetur, procuret Cōfeſſarius vt honeſtis verbis explicet, eaſque caute interroget, paulatim à cogitationibus ad verba, deinde ad actus procedendo, quantum ad peccati ſpeciem dignoſcendam ſufficit. Et caueat ne dum aliis prodeſſe nititur, ſibi ipſi noceat, ut monet *D. Greg. l.* 27. *mor. c.* 27. *Molf. tr.* 7. *c.* 22.

Hoc vitium vbique debacchari, tyrannidemque ſuam exercere ſolet. Vnde Seneca oct. act. 2.

Totum per orbem maximum exortum eſt malum,
Luxuria peſtis blanda, cui aedit vires,
Roburque, longum tempus, atque error grauis.

Vnde licet DD. aſſerant, peccata carnis eſſe minoris culpæ, & maioris infamię. *D. Thom. &* Medina. 12. *q.* 73. *art.* 5. *Nauar. in c. conſideret. n.* 87. *de pœnit. diſtinct.* 5.

Quadam tamen ratione maxima dici poſſunt, tum quia, ut dicemus, ingentia mala ſecum aduehunt, tùm etiam quia hominem catenis detinent, & conſtringunt, & difficillime ſuparantur, idque propter concupiſcentiam homini congenitam, cuius motus ſunt maximè importuni *c.* 1. §. *ingem. diſt.* 49. *Viual. p.* 4, *Cand. aur. cap* 4. *num.* 14. *& ſeq.*

Hinc *D. Iſidor lib.* 2. *de ſummo bono. c.* 39. Magis, inquit, per carnis luxuriam humanū genus ſubditur Diabolo, quàm per aliquod aliud peccatum. Et *D. Auguſt. de honeſt. mul. c.* 2. *& Caſſian. lib.* 6. *cap.* 1.

In-

Inter omnia chriſtianorum certamina ſola dura ſunt prælia caſtitatis, ubi quotidiana pugna, & rara uictoria. Et licet difficile ſit ſe continere, & ingenitum quodammodo naturaleque ſit vitium, non tamen à peccato excuſat. *gl. in c. quia. diſt.* 50. *Caſſ. coll.* 4. *c.* 7. *Baldeſſ. in ſtimulo ad virtutes l.* 1. *c.* 4.

Vnde propter hoc dicit D. *Proſper. de vita contemp. l.* 3. *cap.* 12. quod in die iudicii neminem carnis fragilitas excuſabit, cum Dei miſerantis ope luxuriæ malum uincere potuerit.

Inò cum omnium perniciosiſſimum ſit, cum non tantum animã inficiat, ſed etiam corpus corrumpat, res externas deſtruat, & famã conſpurcet, ideò bonos Confeſſarios decet diligentem nauare operam ad communem hanc peſtem curandam, atque pluribus aduerſus eam inſtructos eſſe remedijs; ad hoc enim peſtiferum uitium profligandum multi caſus ab hoc tanquam à fonte manantes à Superioribus reſeruari ſolent, ut proinde præcipua induſtria in eo collocanda ſit, ut hoc uitium ſuperetur. *Leſſius l.* 4 *c.* 3. *dub.* 7. *n.* 55. Potiſſimum ergo contra ipſam amuletũ erit, eius damna conſiderare.

Remedium contra luxuriam.

1 *Malum.*

PRimo enim animam occidit, cum, ut dixi, luxuria graue ſit peccatum, rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam eneruat, ignorantiam inducit, & hominem quaſi belluam reddit.

Iure namque libidinoſi equo, & mulo comparantur, quia hę ad pabulum proiectę bellue, ubi uentrem pabulo diſtenderunt, in uenerem pręcipites ruunt. *Iuſtin. in Tob. c.* 6. *verſ.* 17. *Menoch. in Inſtit. Oecon. l.* 1. *c.* 5.

Vnde, & *D. Greg. lib* 31. *mor. c.* 17. effectus luxurię commemorans ſic ait: De luxuria cęcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, pręcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus pręſentis ſęculi, horror autẽ & deſperatio futuri generãtur, quos explicat D. *Th. q.* 2. 2. 153. *ar.* 5.

2 *Malum.*

SEcundo corpus lędit, & infirmum reddit, uitamque minuit: eſt namque in actu luxuriæ euacuatio humidi, & expiratio calidi,

di, in quibus ex medicorum ſententia vita conſiſtit. *Sic D. Chryſoſt. in ea homil. cui titulus eſt; Quod nemo lęditur niſi à ſeipſo*

Qui inquit, in libidine vitam ducunt, reſoluta quidem corpora, & omni cera molliora circunferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta: quibus ad cumulum malorum podagræ tremor, & immatura ſenectus ſuccedit; & eſt eis vita cum medicis, & medicamentis. *Et D. Ant.* 2 *p. tit.* 10. *c.* 1.

Aſſerit hanc eſſe præcipuam cauſam, cur homines nunc breuiorem vitam degant, quia ſcilicet citius, & nimis, veneri indulgẽt. De qua re videatur etiam. *Tiraq. l.* 15. *connub. n.* 8.

3 *Malum.*

TErtio, bonis externis detrimentum affert, vt facultatibus, & famæ. *Prouerb. c.* 24. Vnde eſt illud:

Qui ſequitur Bacchum, taxillos, & meretrices.
Infamis ſemper, ſemper egenus erit.

Repertus Holcbot. ſuper Sap. c. 2. *lect.* 21.

Sic Pythagoras quotidie virtutem laudabat, & vitia luxurię, cõtemnebat, caſuſque ciuitatum hac peſte perditarum enumerabat, teſte *Iuſtin. lib.* 20. *hiſt.*

2 *Remedium.*

SEcundum remedium quod ad verſus luxuriam ab omnib. commendatur, eſt humilitas.

Plerumque enim libidinis uirus de elationis radice deriuatur. Vnde D. *Iſaac. de mundi contempl. c.* 21. Qui ſuperbit ait in fornicationem cadere permittitur. Sic Salomon elatus mente ſimul & corpore fornicatus eſt, teſte D. *Proſpero de Prædeſt. c.* 23. *& Iuſtinian. in Tob. c.* 4. *verſ.* 14. *docum.* 1.

Eſt etiam præſentaneum antidotum oratio, vt tradit *Caſſian. l.* 6. *c.* 1. Verè enim Sapiens *Salomon. Sap. c.* 8.

Et ſciui, inquit, quia aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus det, &c. Hinc eſt illa D. Auguſtini deprecatio *lib.* 10. *confeſſ. c.* 29. Cõtinentiam iubes Domine, da quod iubes, & iube quod vis.

Adde conſiderationem infiniti odii, quod Chriſto Domino ſemper in hoc vitium inſitum fuit, ſicut è cõtrario dilectionis, qua Satanas erga ipſam luxuriam eſt ſemper affectus.

Nam licet malignus hic ſpiritus ſit corporis expers, neque vllam directe in hoc vitio voluptatem percipere queat; mirifice tamen eo delectatur hoc ipſo, quod Deo ſumme diſpliceat; & præ omnib. aliis peccatis cęleſtis gloriæ, & infernalis pœnæ obliuionem inducat. *Lud. Rich. de pereg. Lauret c. 54. & ſeq. Iuſtinellus de caſtitate. p. 1. c. 34.*

Hinc eſt, quod qui huius vitii morbo laborant, quò impuras ſuas cupiditates expleant, ad Dæmones confugiunt, & cum his pacta feriunt, quod etiam fatetur. *Cicer. 4. Rhet. ad Heren.*

Vnde apparet, magno inter magiam, hæreſim, & libidinem eſſe cognationem. *Delr. l. 3. diſq. mag. p. 1. q. 8.*

Ex impura libidine hæreſis naſci ſolet.

ET inter peccata ex quibus hæreſis labes oriri ſolet, carnis concupiſcentia potiſſimum locum tenet. *Pegna 2. p. Direct. Inquiſit. c. 1. & Graffius l. 2. deciſ. aur. c. 8. num. 14.* Hinc *Lact. l. 2. de orig. err.* Ex luxuria inquit vt uitia omnia: ſic impietas aduerſus Deum naſcitur.

Et *Laur. Surius in Commen. rerum in orbe geſtarum.* Lutherus inquit, tùm ſibi ipſi, tùm aliis omnibus ad omnem turpitudinem laxauit habenas, nec quicquam voluit nõ licere, quod animis collibuiſſet, ſpurciſſimæ libidini laxans habenas, tàm multos nullo negotio inuenit ſuæ impietatis approbatores, vt ſine horrore dici, & cogitari vix queat, &c. *Iuſtinellus de caſtitatis triumpho. l. 1. c. 15. & 16.*

Refert Æneas Syluius, qui poſtea ad Põtificatũ aſſũptus Pius II. dictus eſt. *in hiſtor. Bohem. c. 59.* de Barbara Imperatrice vxore Sigiſmundi, quod inexhauſtę libidinis mulier, inter concubinos turpiſſimam vitam agens, Deum, & aliam vitam eſſe negabat, iactabatq; ſuauiter viuendum, dum vita ſuppetit, fruendumque voluptatibus, id tantum homini datum, cuius anima cum corpore (aiebat) ſimul extinguitur, adeò inſana libido eam dementauerat.

3 Remedium.

TErtium remedium erit mortis meditatio, ſiquidem vt ait ille apud *Caſſ. collat. 16. c. 6.*

Poſtremum illud eſt, quod generaliter vitiorum omnium perē-ptorium eſſe non dubium eſt, vt ſe de hoc mundo credat quotidie migraturum.

Et Ioannes Echius nullum efficacius remedium dixit excogitari poſſe, quàm ſi fœminam, cuius amore quis trahitur, exanimem, fœtidam, ac vermibus corroſam, ſe in ſepulchro videre animo fingat. *Malon. de ſacra Sindone c. 9.*

Mortis memoriæ vtilitas, & exemplum.

REfert etiam *Maiolus in diebus canicularibus ſub finem* p. ſ. adoleſcentem quendam mortis effigiem ſpectandam ſibi in cubiculo quaque verſus appendiſſe, & Primo quidem hoc dictum conſcripſiſſe;

Viuens ſæpe morere, vt mortuus ſemper viuas.

Altera vero cubiculi facie hoc ſub mortis ſimulachro ſubiecîſſe,

Ne moriaris opus eſt mortem præcurrere morte.

Alio deinde cubiculi latere eidem imagini hęc carmina adiecîſſe.

Semina nequitiæ languidiora facit.
Fœlices animæ quibus hęc cognoſcere primum,
In quę domos ſuperas ſcandere cura fuit.

Et *Baldeſſanus lib. 2. ſtimuli ad virt. c. 19. & Dann. tom. 4 tit. 3. exemplo.* 8. referunt Adoleſcentem quendam ex ampla, & potenti ciuitate Italiæ natum, corporis voluptatibus immerſum, & diſſolute viuentem, mortis cogitatione ſibi à Confeſſario iniuncta, ad ſanam mentem, & bonam frugem rediiſſe.

4 Remedium.

QVartum eſt cuſtodia ſenſuum, & occaſionum fuga, & declinatio, quas quidam duobus uerſibus eſt complexus.

Et ego infrà p.3.c.6.breuiter explicaui·

Otia, ſegnities, ſomnus, caro, fœmina, vinum,

Proſperitas, ludus, carmina, forma puer. idem Delrius *lib.3. diſquiſit. mag. p.1. ſect.3. fol.15.*

Et communis eſt Doctorum ſententia, uitium hoc magis fugiendo quàm reſiſtendo ſuperari. *Ariſt. lib.2. Ethic. c.9. D.Thom. 2.2. q.35 art.1. ad 4. Nau. de orat. c.19. n 6.*

Quod ſi homo in hoc turpi uitio perſeuerabit, quò magis ſenſum implere ſataget, eo magis eius ſitis augebitur. Proinde ab initio antequàm habitus contrahatur, fugiendũ eſt, quia ſatietatem non parit copia, ſed contemptus, & de eo verificatur. *Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.*

Idem *Iuſtinellus in triumpho caſtitatis. p.1. c.27. Reginald. l.7. c.6. num.57.*

Adde pium in B.M.V. affectum magnum adiumentum ad caſtitatem ſeruandam afferre; ob hoc enim ipſa Deipara myrrhæ comparatur, *Eccl. c.24.* quia ſicut myrrha odore ſuo ſerpẽtes occidit, ita illa carnalis concupiſcentiæ uermes extinguit. *Morales* Matt. 62. tr. 30. n.27. F*ornar. in Inſtr. confeſſ. l.2. tr.1. c.7.*

Pœnitentiæ luxurioſis iniungendæ.

POenitentiæ hoc uitio contaminatis per contraria medicamenta applicandæ ſunt, ut ieiunia, abſtinentię, mortificationes, cilicia, diſciplinæ, uigiliæ, durum, & aſperum cubile. Hoſpitalium, & aliorum locorum fętentium luſtratio, & huiuſmodi; celeberrimus enim, & ueriſſimus eſt Galeni, & aliorum Medicorum aphoriſmus ſepæ à nobis vſurpatus; Contraria contrariis curari, ut etiã *Chryſ. hom. 5. ad pop. & D.Greg. hom.32. in Euang.* tradiderunt.

Pęnitentiarius proponet pænas ob hoc peccatum hominibus inflictas, & multos, huic uitio deditos dum delinquerent, ſubita, & improuiſa morte interiiſſe. M*ichael Medina de ſacrorum hominum continentia. lib.4. c.9. Tiraq. l.15. connub. n.27.*

Et ut luxurioſus quodammodo ſecum infernum; gerit habet enim ad modum gehennæ, ignem, fętorem, & uermem conſcientiæ, ut per *Peraldum tom.2. de luxuria. c.1. & Stapl. in Dom. 2. poſt Pent.*

Con-

Conſulat frequentem confeſſionem, & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ vſum: eſt namque vinum germinans virgines, & guſtata ſuauitate superni ſpiritus deſipit omnis caro. *Leſſius lib. 4. c. 2. dub. 15. in fine. Baldeſſ. l. 2. in ſtim. ad vir. c. 28. Beyer. inv. ſacramento.*

Faciliores quaſdam medicinas imponat, ut ter Aue, aut Salue, vt per interceſſionem B. Mariæ impetret continentiæ donum; experiētia ſiquidem compertum eſt, ob pium affectum erga ipſam à Deo caſtitatis donum multis obtinuiſſe. *Henr. lib. 3. de pæn. c. 32. Oſor. tom. 3. de ſing. deuot. B. M. Virg.*

Imò tanta erat eius vultus maieſtas, vt ſuo aſpectu non ſolum ad pudicitiam omnes excitauerit, ſed motum etiam concupiſcentiæ ipſam intuentibus repreſſerit. *Caniſ.* de B. V. *l. 2. c. 13. Iuſt. de caſtit. p. 3. remed. 4. Fornar in Inſtr. confeſſ. l. 2. tr. 1. c. 7.*

Atque hinc fortaſſe ſumpſere Patres remedium illud ad ſe dandas carnis tentationes, aſpicere B. V. imaginem, in qua magnam vim eſſe miraculum confirmauit, vt prodidit *Damaſcenus orat. & 1. & 3. de Imag.*

Ad cohibendum nè in futurum in hoc uitium pęnitens prolabatur, pęnam aliquam præſeruatiuam iniungat, & ſi hæc non proficiūt abſolutionis beneficium ſuſpendat, ut ſuo loco dicemus.

Quæ nam ſint perfectæ cōtinentię indicia, lege *Caſ. collat. 12 c. 7. & coll. 19. c. vlt. & Roſign. de diſcip. chriſt. perf. lib. 2. c. 15.*

Conſiderationes circa peccatum iræ.

Circa peccatum iræ, hæc notanda ſunt, Primo, quod eſt inordinatus appetitus vindictę qui cum ratione regitur, non vitiū, ſed virtus eſt. vt tradit *D. Thom. 22. q. 158. ar. 1. & 2.* Nā vt ait *Lact. de Ira Dei. c. 21.*

Non in totum prohibet iraſci, qui iecori hominis iram indidit, quique eum iraſci quidem, ſed non peccare pręcepit. Nec iraſci peccandi vt corrigatur, aliquis ſanæ mentis reprehendet. Sic. n. *& Apoſt. ad* Rom. *c. 13.*

Iudicem eſſe Dei miniſtrum, uindicem in ira ei, qui malum agit. Nec Saluator noſter humanam carnem induens iræ affectum ſuſcepiſſet, ſi neceſſario ea fuiſſet cum uitio coniuncta. D. *Thom. 3. p. q.*

16. art.

16.*art.*11. *Gab.Palaot.de ſeneƈt.p.2.pag.*101.

Quocirca cum iræ affectus ordine, ac ratione exercetur, tantum abeſt vt peccatum contineat, vt quinimò actus ſit uirtutis. Hinc D. *Baſ.hom.*10.*contra iraſcentes.*

Ira inquit bonarum actionum ſæpe miniſtra eſt, cumque ratione ducitur, fortitudinem, iuſtitiam, conſtantiamque parit. *Et* teſte *Cicerone in Tuſcul.qq.* Veteres hanc fortitudinis cotem appellabant. Sicuti etiam Ira laudabilis eſt cum cōtra paſſiones, & vitia noſtra iraſcimur. *Caſſ.l.*8.6.

Tributa eſt quippe ira ad rerum excellentium appetitum, vt cū homo videt, ac dolet, ſe ob viles, abiectaſque actiones contemni, det operam, ut ſe ab illis vindicet, & ad præclaras actiones ſe tranſferat.

Et ex Philoſophorum ſententia, Ira, & pudor pediſſequæ, comiteſque virtutis ſunt, inſpicientes, vt eſt apud poetam,

Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.

Vnde ſi puer neque, laude, neq; ignominia moueretur, nil ab eo egregium ſperandum Lacedęmonii iudicabant, vt ait. *Ang. Polit. in Epiſt. ad Laurentium Medicem.*

Cum autem quis iniuſtam vindictam appetit, abſque dubio ira illa mortalis eſt, charitati, & iuſtitiæ aduerſans.

Ex qua ēt vt dixi gignuntur indignatio, tumor mentis, contumelia, clamor, blaſphemia, rixa, homicidium aliquādo, & alia peccata, quorum multa à Superioribus reſeruari ſolent. vt per *D. Thom. l. c. art.* 3. *Tolet.l.*5.*c.*59. *Leſſ.l.*4.*c.*4.*dub.*4. *Val.tom.*3.*d.*9.*q.*3.*p.*1. *Raym in ſumma tract.*4. *de Ira.*

Iræ praui effectus.

Siquidem mille mala, milleque abſurda perpetrat, quem ſemel ira, & uindicta tranſuerſum ferre cœperit, adeò ut nil uerius ſit illo Menandri uerſiculo.

Mala perpetrare cogit ira plurima. D.*Cyprian. de Bono patientiæ. Molf.tr.*8.*c.*8.*n.*264.

Cuius rei cauſam præclare *Seneca l.*1.*de Ira*. nobis affert, cū ait, Eſt enim ira ſui impotens, decoris oblita, neceſſitudinum immemor,

mor, in quod cæpit pertinax, & intenta ratione, conſilijſque præcluſa, vanis agitata cauſis, ad conſpectum æqui, verique inhabilis, ruinis ſimillima, quæ ſuper id quod oppreſſere franguntur. Multa iratus facit, quę ſanus mente ne cogitare quidem auderet, quid enim iratus non audet, etjam ſi vitam prodigere debeat?

Tres ſunt affectus, inquit, *Lact. lib. de vero cultu. c.* 19. qui hoĩes in omnia facinora præcipites agunt, ira, cupiditas, libido. Propterea Poetæ tres furias eſſe dixerunt, quæ mentes hominum exagitant, ira vltionem deſideratcupididitas opes, libido uoluptates de qua re etiam. *Simaneas in inſtit. Chriſt. tit.* 17. *num.* 47.

Chilo Lacedęmonius vnus è ſeptem Gręcię Sapientibus egregias haſce gnomas extulit: Non cupere impoſſibilia, non feſtinare in via, obedire legibus, & iræ dominari. *Beſſeus libr.* 3. *cap.* 9. *de Sacerdotio.*

Quatuor autem ſunt iræ gradus Primus eſt iraſci, ita tamen vt eũ motũ in corde conceptum retineat, ne foras prodeat. Secundus irati animi ſigna pandere, vt quaſſare caput, frontem attrahere, &c. Tertius in verborũ vituperationem erumpere. Quartus corporaliter hominem occidere vel mutilare. *Adrianus Mangotius in ſacris monitis p.* 2. *monito.* 47.

Ad hæc cum ſex ſint filiæ irę videlicet, rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blaſphemia. *ex* D. *Thoma.* 22. *q.* 158. *artic.* 7.

Ex tribus iræ fontibus oriuntur ij effectus. Primus eſt in corde. Secundus in ore. Tertius in opere. Primus indignationem, & mentis tumorem parit. Secundus, clamorem, contumeliam, & blaſphemiam. Tertius, rixam producit, quæ quid ſit, & quomodo differat a duello tradit *Floronus de prohibitione duelli cap.* 1. *& nos in p. par. de Exam. Eccleſ. tract.* 6. *c.* 17. *q.* 80.

Iracundia damna, & eius remedia.

PRoinde Iræ antidota hæc eſſe poterunt.

1 *Ira damnum.*

PRimo vt Pęnitentiarius eius damna, & effectus pęnitenti proponat: Iracundus namque Iniuriam infert Deo, quia ſuæ poten-

16.*art.*11. *Gab.*P*alaeot.de ſeneƈt.p.*2.*pag.*101.

Quocirca cum iræ affectus ordine, ac ratione exercetur, tantum abeſt vt peccatum contineat, vt quinimò actus ſit uirtutis. Hinc D. *Baſ.hom.*10.*contra iraſcentes.*

Ira inquit bonarum actionum ſæpe miniſtra eſt, cumque ratione ducitur, fortitudinem, iuſtitiam, conſtantiamque parit. *Et* teſte *Cicerone in Tuſcul.qq.* Veteres hanc fortitudinis cotem appellabant. Sicuti etiam Ira laudabilis eſt cum cõtra paſſiones, & vitia noſtra iraſcimur. *Caſſ.l.*8.6.

Tributa eſt quippe ira ad rerum excellentium appetitum, vt cũ homo videt, ac dolet, ſe ob viles, abiectaſque actiones contemni, det operam, ut ſe ab illis vindicet, & ad præclaras actiones ſe tranſferat.

Et ex Philoſophorum ſententia, Ira, & pudor pediſſequæ, comiteſque virtutis ſunt, inſpicientes, vt eſt apud poetam,

Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.

Vnde ſi puer neque, laude, neq; ignominia moueretur, nil ab eo egregium ſperandum Lacedęmonii iudicabant, vt ait. *Ang. Polit.in Epiſt.ad Laurentium* Medicem.

Cum autem quis iniuſtam vindictam appetit, abſque dubio ira illa mortalis eſt, charitati, & iuſtitiæ aduerſans.

Ex qua ẽt vt dixi gignuntur indignatio, tumor mentis, contumelia, clamor, blaſphemia, rixa, homicidium aliquãdo, & alia peccata, quorum multa à Superioribus reſeruari ſolent. vt per *D. Thom. l. c. art.* 3. *Tolet.l.*5.*c.*59.*Leſſ.l.*4.*c.*4.*dub.*4.*Val.tom.*3.*d.*9.*q.*3.*p.*1.*Raym in ſumma.tract.*4.*de Ira.*

Ira praui effectus.

SIquidem mille mala, milleque abſurda perpetrat, quem ſemel ira, & uindicta transuerſum ferre cæperit, adeò ut nil uerius ſit illo Menandri uerſiculo.

Mala perpetrare cogit ira plurima. D. *Cyprian.de Bono patientia. Molf.tr.*8.*c.*8.*n.*264.

Cuius rei cauſam præclare *Seneca l.*1.*de Ira*. nobis affert, cũ ait, Eſt enim ira ſui impotens, decoris oblita, neceſſitudinum immemor,

mor,in quod cæpit pertinax,& intenta ratione,conſiliiſque præcluſa,vanis agitata cauſis,ad conſpectum æqui, verique inhabilis,ruinis ſimillima,quæ ſuper id quod oppreſſere franguntur. Multa iratus facit,quę ſanus mente ne cogitare quidem auderet, quid enim iratus non audet,etjam ſi vitam prodigere debeat?

Tres ſunt affectus, inquit, *Lact lib. de vero cultu. c. 19.* qui hoĩes in omnia facinora præcipites agunt,ira,cupiditas,libido. Propterea Poetæ tres furias eſſe dixerunt, quæ mentes hominum exagitant, ira vltionem deſideratcupididitas opes,libido uoluptates de qua re etiam.*Simaneas in inſtit.Chriſt.tit.17.num.47.*

Chilo Lacedęmonius vnus è ſeptem Gręcię Sapientibus egregias haſce gnomas extulit: Non cupere impoſſibilia, non feſtinare in via,obedire legibus,& iræ dominari. *Beſſeus libr.3.cap.9.de Sacerdotio.*

Quatuor autem ſunt iræ gradus Primus eſt iraſci,ita tamen vt eũ motũ in corde conceptum retineat,ne foras prodeat. Secundus irati animi ſigna pandere, vt quaſſare caput,frontem attrahere, &c. Tertius in verborũ vituperationem erumpere. Quartus corporaliter hominem occidere vel mutilare. *Adrianus Mangotius in ſacris monitis p.2.monito.47.*

Ad hæc cum ſex ſint filiæ irę videlicet,rixa, tumor mentis, contumelia,clamor,indignatio,& blaſphemia.*ex D.Thoma.22.q.158. artic. 7.*

Ex tribus iræ fontibus oriuntur ij effectus. Primus eſt in corde. Secundus in ore. Tertius in opere. Primus indignationem, & mentis tumorem parit. Secundus,clamorem,contumeliam, & blaſphemiam. Tertius,rixam producit,quæ quid ſit,& quomodo differat a duello tradit *Florenus de prohibitione duelli cap. 1. & nos in p. par. de Exam. Eccleſ. tract. 6.c.17.q.80.*

Iracundia damna, & eius remedia.

PRoinde Iræ antidota hæc eſſe poterunt.

1 *Ira damnum.*

PRimo vt Pęnitentiarius eius damna,& effectus pęnitenti proponat:Iracundus namque Iniuriam infert Deo,quia ſuæ potentiæ

tiæ effectum ſubtrahit,cum eius proprium ſit,hominum culpas vindicare. *Deut.c.32.& Prouerb.c.25*

Secundo,proximo,iuxta illud: Homo iracundus incendit litem, & amicos turbat. *Ecc.c.28.c.cum apud Teſſalonicam* 11.*q*.3.

Tertio ſibi ipſi nocet in anima,ab ea Dei gratiam auferens. Naturalis etiam rationis vim impedit.

Si quidem, *Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.*

In conſulta enim eſt ira,& velut ex diametro prudentiæ aduerſa Vnde quia huic vitio Antiochus ob noxius erat,reipub.munia capeſcere recuſauit. *Ioann.Coch.in Polit.l.3.c.17.Caſt.l.3.de Iuſt.hæret.punit.l.c.5.*

2 *Damnum*.

SEcundo, proprio corpori damnum infert,quia zelus,& iracundia minuunt dies,& ante tempus adducũt ſenectam, *Eccl.* 30. Immutat etiam hominis decorem, & ſubtrahit corporalis diſpoſitionis honeſtatem. Ideo dixit quidam Sapiens: Iratis prodeſſe, ſi ſe in ſpeculo cernãt. At vt ſcribit Hippocrates,grauiſſimi ſunt illi morbi ſimulque periculoſſimi, qui ægrotorum faciem quàm maximè immutant. *Ropertus Holchot. ſuper ſap. lect.* 125. *Bilius in ſacra Anthologia carm.* 41.

3 *Damnum*.

TErtio,propriis ſubſtantiis officit,cum Diabolus iracundum in omne ſcelus trahat. Et ob criminalia iudicia illud ſuccedat, quod vulgo dicitur.

Quod non capit Chriſtus,rapit fiſcus.

C.maiores.16.q.7. Alciat. Emblem. 148. *Bald. in l.1. quæ ſint reg.* vbi dicit quod fiſcalia dicuntur,pænæ maleficiorum.&c.

2 *Remedium*

SEcundum remedium erit bonum patientiæ,ideſt malorum omnium,quæ Deus per ſe,vel per creaturas nobis infert,conſtans ſpe vitæ cæleſtis tolerantia. Per hanc enim homo præſeruatur,nc aut

con.

contra Deum ob murmuret, aut de proximo vindictam cupiat. D. *Anton.4.p.tit.3.c.7.* D.*Baſilius hom.de Ira.Roſig.l.c.lib.2.c.17.*

Bonum erit etiam ab his recedere, contra quos ira commouetur, & ſe aliis negotis applicare, donec ira deferbuerit: in de namq. fiet, ut delectationem ex eo ſentiat, quod nil opere, uel uerbo admiſerit, ex quo ipſum pęnituiſſet.

Maximum irę remedium eſt mora, ſeu dilatio, teſte *Seneca l. 3. de Irae.12.* Cum ait,

Quędam ex his, quæ te præcipitem ferebant, hora, non tantum dies molliet, quædam ex toto euaneſcent, Quidquid uoles quale ſit ſcire, tempori trade, nihil diligenter in fluctu cernitur. Sic B. Ioannes Columbinus dum iratus ſacrorum librorum lectione fert morã, iracundiam ſenſim deperdit. *Daur. tom 3.c.6.tit.21.exempla. 6.*

Hinc ſapienter Athenodorus receſſurius ab aula monuit Auguſtum, ne quid in ira diceret, faceretue græcis characteribus non prius recitatis. Vtendum etiam ſeſſione, & quiete, corporis.n. motu intermiſſo ſubſidunt ſpiritus, & calor deferuet. Item remouendæ ſunt occaſiones iraſcendi, ut Cotys Rex Thraciæ fecit, uaſa nãq. torno elaborata, ſed quæ facile frangerentur, dono data ipſe confregit, ne cum iracũdiorem ſe intelligeret, eorum cauſa aliquando in domeſticos ſæuiret.

3 *Remedium*

Tertium, vt homo ſe quotidię pręparet ad cõtumelias pro Chriſto perferendas, & ad ipſum reſpiciat, qui cum pateretur, nõ comminabatur. Si enim paſſio Chriſti ad memoriam reuocetur, nihil eſt adeò durum, quod æquo animo non toleretur. *Idem* D. *Ant. p.2.tit.7 c.1.*§.4.

Proprios etiam defectus conſideret, quanta in ipſo tolerent alii, quantaque ipſe Deus D.*Greg.lib.5.mor.c.31.*

Exemplum Equitis manſueti.

Sic quidam chriſtianus Eques cum à ſocio alapa, & cõuicio affectus eſſet, meis ſceleribus, inquit, multo plura debentur, De

ego amore hæc perpetiar. Hæc verba protulit, quietus aſſedit, non aliter atque ſi nihil ei acerbum, at triſte contigiſſet. At auctor iniuriæ celeriter agnita culpa, multò plura præſtitit, quàm quę ab illo petebantur; etenim eodem in loco, & ſpectatorum frequentia palinodiam cecinit, ſe inſanum, & mente deſtitutum, quem non debuerat offendiſſe *Daur. l. c exemplo*. 8.

Cum ab ira ipſa inuaditur, iaculatoria oratione ſtatim ſe Deo cõmendet, & in ſe ipſo illam comprimat, exemplo SS. & præſertim D. Caroli Borromæi, qui cum ſe ira ſtimulari ſentiret, tenebat ſe ſe, & ſibi vim faciebat, ne ullum verbum efferret, donec motus ille reſediſſet. *Marc. Ant. Genuen. in Man. Paſt. c.* 15.

Iniurioſo, vt phrænetico compatiatur, & vincat in bono malum. *Apoſt. ad Rom.* 12.

Amorem proprium, & voluntatem abneget, nam noſtra ira ex eo ortum habet, quod alii nos contemnant, aut certè nos ab aliis contemni putamus, ſic enim alterius inſaniam occaſionem philoſophię, ac ſuorum faciet meritorum. D. Bernardus fertur in ſuo ſpirituali teſtamento fratribus tria documenta reliquiſſe.

In primis ſcilicet, Nemini in vita mea ſcandalum dare volui, & ſi aliquando incidi, ſedaui vt potui. Secundo, minus ſemper ſenſui meo, quàm alterius credidi. Tertio, læſus nunquam vindictã expetiui. *Ant. Daur. tom.* 4. *Florum exempl. tit.* 12. *c.* 8. *exempl.* 1.

Iracundorum ſpecies.

VBi etiam obſerua ex *Ariſt. in* 4. *Ethicorum*. tres eſſe iracundorum ſpecies, quidam dicuntur acuti, qui ex qualibet etiam leui cauſa nimis cito iraſcuntur, eorum tamen ira cito euaneſcit, & inſtar calami, vel paleæ protinus ad fauillam frigeſcit. Quidam sũt amari qui diu in iracundia ob illatam ſibi iniuriam perſiſtunt, & ſibi amaritiem accerſentes furoris ignem in eodem fouent. Quidam alii ſunt graues, & difficiles qui nunquam, vel admodum difficile, placari ſolent, ideò cæteris peiores, & nequiores ſunt. *Viguer. in inſtit. Thalog. c.* 6. §. 5. *verſ.* 4. *Io. à* S. *Gemin. lib.* 10. *de ſimilit. & exemplis. c.* 37.

Rurſus homines iracundi ſunt aut natura, vt hi in quibus flaua

bilis,

bilis, uel ſanguis abundat. Aut ſorte, ſeu ex accidenti, ut qui morbo laborant, uel ſenectute, uel moleſtiis premuntur. Vel tertio loco extrinſecè, ex iniuria ſeu cōtumelia accepta, ex qua homines plurimū ad iracundiam prouocari ſolent. Quò fit poſtmodum, ut ipſa iniuria affectus in appetitum uindictæ conſurgat.

Quinam ſint ad iram procliuiores.

EX quibus regulis, & aſſertionibus facile colligi poteſt, quo tē pore, qua affectione, & qua ætate ſint homines ad iram proniores, nam quod ad horas, & tempus ſpectat, mane dum adhuc ieiuni ſunt, facilius iraſcuntur. Vnde prouerbium eſt apud Plautum, quod fames, & mora bilem in naſum concitant; pranſi uero mitiores ſunt. Quod pulchro ſimili oſtendit Zeno philoſophus cū. n. eſſet natura triſtis, tamen in conuiuio hilarior fiebat, atque huius rei cauſam rogatus dixit, etiam lupinum ſua natura triſtem, & amarū, attamen aqua dilutum, & maceratum, dulcem euadere. Hinc fit ut in diebus feſtis, & in conuiuiis lætiores ſint homines, quàm in profanis cum laboribus incumbunt. Animi uero affectio eſt, quę nos uel ad iram, uel comitatem impellit, & ut plurimum ex defectu, uel dolore iracundia proficiſci ſolet, ſi quidē qui dolet, ſemper alicuius rei deſiderio tenetur, ut ſcilicet ab ea moleſtia liberetur. Hinc illa apud Virgilium.

Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras?

Quare, qui, ut dixi, morbo laborant, uel paupertate opprimuntur, qui amant, qui ſitiunt, qui aliquid cupiunt, neque id aſſequi poſſunt, facile ad iracundiam concitantur. *Lęlius Peregrinus de affectionibus animi noſcendis. de ira. c. 1.* Marc. *Ant.* Maioragius *in 2. lib.* Rhet. *Ariſt. Val. in 1. 2. diſp. 3. q. 10. p. 2.*

Ætates etiam diuerſo modo ira concipiunt, ut pueri, & adoleſcentes propter nimium ętatis feruorem facile iraſcuntur, ſed cito placātur. Senes uero grauiores iras gerunt, & difficilè deponunt. *ut per Maior. l. c. & Peraldum in ſumma virt. & vitior. tom. 2. c. de ira. Et per nos p. 1. de Exam. Eccleſ. tr. 6. c. 17. q. 78.*

Pænitentię iracundo infligenda.

PÆnitentiæ hoc vitio affectis imponendæ ſunt, ut pro eo orent, qui illum offenderunt: & beneficio proſequantur. Et ſi ex ira homicidium ſit perpetratum, quod ſolet eſse caſus reſeruatus, delicti grauitatem oſtendat, & poſt grauem iniunctam pænitentiam, moneat de reſtitutionis obligatione, & de irregularitatis impedimento, ut de caſu homicidii ſuo loco dicemus.

Quomodo autem quę ira impellente committuntur, culpam magna ex parte excuſent, ac proinde mitius punienda ſint, & quomodo iuualidos reddat contractus ex ea prouenientes. tradit *Tiraq. de temp. pænis. cauſa* 1. *& Farinac. in eodem tract. q.* 91. *Deciſ. Cagn. in l. quod ſ. de reg. iur. Barb. in collect. Iur. Canon. in c.* 1. *de his qui fil. occid. Menoch. conſ.* 544. *& de præſump. l.* 1. *Præſump.* 14.

Notanda circa gulæ vitium.

QVò ad uitium gulæ, quod alio nomine gaſtrimargiam nominant, hæc obſeruanda ſunt, Gula eſt cibi potuſque inordinatus appetitus. Quod eſt peccatum mortale, ſi quis in ea ultimum finem conſtituat, uel ob illud diuinum aliquod, uel eccleſiaſticum præceptum tranſgrediatur, uel in finem mortalem, ſeu etiam in graue damnum animæ, uel corporis dirigat.

Ideo multi Ordinarii reſeruare ſibi ſolent caſum comedentium carnes uel lacticinia in Quadrageſima, uel aliis dieb. ieiuniorum ſine licentia utriuſq. medici, cum huiuſmodi tranſgreſſio, quæ m gulę uitium parit, ſi ſine rationabili cauſa fiat, uiolatorem de hæreſi ſuſpectum reddat. *Pegna in* 3. *p. Direct. Inq. comment.* 24. ut infra ſuo loco dicemus.

Cuius quidem uitij quinque ſunt ſpecies, quę memorię cauſa in his uerbis continentur.

Præpropere, laute, nimis, ardenter, ſtudioſe, ex D. Greg. lib. 30. *mor. c.* 27. *&* D. *Thom.* 2. 2. *q.* 148. *art.* 4.

Quantum autem hoc gulę peccatum deteſtabile ſit, ex hoc pręcipuè patet, quod nullum eſt uitium, quod hominem brutis ſimiliorē

red-

reddat, quàm gula; quiſquis enim huiuſmodi voluptati addictus eſt, nil aliud curat, quà m vt brutorum in modum uentrem cibis farciat, de animę interim a limonia nihil ſolicitus. Nec immerito huiuſ modi homines animam pro ſale tantum habere, ne putreſcant, philoſophus quidam dixit.

Verum Apoſtolus *ad Philippen.* 3. longè acrius eos inſectatur, dū uentrem pro Deo ipſis eſſe ait. Et Pythonicus ſeu uentriloquus appellatur, cuius omnia uerba ad uentris uoluptates referunt. ait. *D. Greg. Theolog. in apolog. Et Clemens Alex. in Pædagogico ſuo lib. 2. c. 2.* vt etiam refert *Billius in ſacra Anthol. ſchol.* 53. ita loquitur.

Mihi uidetur is, qui à Mathematicis dicitur Acephalus, qui ante ſtellam errantem annumeratur, capite in pectus compreſſo, ſignificare helluones homines, & uoluptuarios, & ad ebrietatem propenſos; nam in iis quoque ratiocinandi facultas non in capite, ſed inteſtinis collocatur, gulę, & cupiditati ſeruiens.

Similes etiam eſſe dicit piſci, qui aſinus dicitur, quem ſcribunt ſolum ex omnibus animalibus cor in uentre habere.

Ex uno gulæ uitio innumera uitiorum agmina ad conflictum animę produci, & cum eodem alia multa uitia nobis ſubiugari, tradit D. *Greg. lib.* 5. *in Regum. c.* 11.

Et eſse nobis primum certamen contra hoc peccatū ineundum docent Patres, in primis autem *Caſſ. lib.* 4. c. 3. 11. 15 *&* 20. *& Roſig. l. c. c.* 10.

Quinque autem filiæ ex hoc uitio gulæ generantur, nempè mentis hebetudo, inepta lætitia, ſcurrilitas, multiloquium, & immunditia, ſeu luxuria, quas explicat. D. *Thom. l. c. ar.* 6. *Syl. Tabien. & aliȷs ſummiſtæ in v. gula.*

Hinc iure merito quidam grauiſſimus cuiuſdam religioſi ordinis Præfectus nouitium gulæ deditum, auidius manducantem, ex cętu expulit, quod ſciret ex *Climaco. grad.* 4. in religioſis congregationib. gulę illecebram ruinam omnem, negligentiam, atq. contemptum operari.

Remedium gulæ.

AD uitanda gulæ peccata optimum remedium erit, eius damna, & incommoda conſiderare; cum enim tria ſint hominum

num bona; animæ ſcilicet, corporis, & externa, hęc omnia infame gulę uitium aufert.

Gulę damna, & mali affectus.

1 *Malum.*

PRimo enim diuinam gratiam ab anima pellit, cum lethalem culpam gula ſecum aduehat, ſi quis ob eam aliquod diuinum, uel eccleſiaſticum præceptum transgrediatur, &c. Ingenio etiam tenebras offundit, ſi quidem ex ſententia. D. *Hieronymi relati in c. licet.* §. *ſi ergo. diſt.* 44. Pinguis uenter non gignit ſenſum tenuem.

Et licet ut ait Philelphus in epiſtolis negari non poſſit, quin lautioribus cibis etiam ingenia nutriantur, attamē teſte *Seneca ad Lucillum.* ipſius ingenii ſubtilitas ciborum copia obtunditur.

Ideo *B*artolus ſobrie, & ad pondus comedere ſolebat ut intellectū ſemper ad ſtudium bene diſpoſitū haberet. Quinimo Prothogenes cum Ialiſii imaginē pingeret, ſolo lupino aqua macerato alebatur, ciboque ſicco utebatur, quò uaporibus quibus delicatiores cibi caput petunt, eius in ſpeculãdo ſtudium ac ratio minus læderetur. *Romanus ſingul.* 712. *Fulgoſius lib.* 8. *exemp c.* 7.

Addo etiam hoc uitio caſtitatis theſaurum auferri, Dæmones enim ad noſtrarum animarum interitum carne tanquam familiari ac domeſtico hoſte utūtur, in qua cupiditatum noſtrarum radix exiſtit, quę ſi ciborum multitudine, ac uarietate pinguis reddatur, ad turpē uenerem impellit, & inter ſpiritum, & carnem bellum ſuſcitat, & magnam ſpermatis copiam gignit, cuius multiplicatio uehemēs eſt ad luxuriam incitamentum, ut recte quidam dixerit: Sine Cerere, & Baccho frigit Venus.

2. *Malum.*

Secundo gula bonum corporis aufert nempe ſanitatem, robur, agilitatem, pulchritudinē, &c. *c. ne tales de conſ. diſt.* 5. ubi D. Hieronymus ex ſententia medicorum ait, morbos ex nimia ſaturitate concitari, & mortē accerſiri. A quo nō diſcrepat Sapiens *Eccl. c.* 37. Propter crapulam multi perierunt, qui autem abſtinens eſt adiiciet ſibi uitam. Ideò *P*lato illam uulgatam extulit ſententiã. Tria eſſe in uita ſaluberrima, citra ſaturitatem ueſci, otia fugere, & à Vene-

re

re abſtinere, vt dictum eſt. *par.2.c.7.* Hinc,vt alibi adduxi,nonnulli perhibent Galenum centum,& quadriginta annos vixiſſe,tantaq; in cibo,& potu abſtinentia vſum, vt ad ſatietatem nunquam comederit,aut biberit,nec crudum quicquam vnquam guſtauerit,vnde ſit factum,vt odorificum ſemper anhelitum ſpirarit, ſed quod longe mirabilius eſt,cotra vllam omnino affectionem ſola defecerit ſenectute. *Tiraq.de nobilit.c.31.nu.69.*

3 Damnum.

TErtio gula bona fortunę, & facultates exhaurit. Qñquidem teſte *Salomon.Prouer c.21.* Qui diligit epulas,in egeſtate erit, amat vinum,& pinguia,non ditabitur.

Et cum fama inter externa bona numeretur,non modica nota,& macula ab ipſo gaſtrimargiæ vitio illi inuritur. Certum eſt enim apud morales philoſophos,immoderatam voluptatem, quę ex guſtu, & tactu percipitur omnium rerum fędiſſimam eſſe. Idem *Tiraquel.l.15.connub.nu.63.* Vnde etiam acutè *D.Baſilius in reg.fuſ. diſp.* eos qui hoſpites ſplendidè, & lautè excipiunt, illo apparatu contumeliam illis infligere,nimirum ventris libidinem illis obiicere ſcripſit. Quare ſapienter quidā philoſophus ad cænam inuitatus hoſpiti dixit.Vide ſic me tractes,vt bonam de me opinionem te habere oſtendas. *Thom.Stap.in dom.2.poſt.Pent.text 1.*

Monita.

TEmperātiæ ergo virtute homini opus eſt,quæ auxilio prudentiæ in omnib.rebus modū adhibentis, cibi potuſque quantitatem iuxta ſumentis neceſſitatem,vires, corporis conſtitutionē, moderatur cum teſte *Caſſiano collat.2.c.22.* non omnes eandem regulam in hoc ſeruare poſſint.

Et hac ratione duo vitia valde perniciosa præueniuntur,videlicet ſi multum comedentem temere iudices, & ſi te ipſum parcius edentem inaniter extollas,vtrumq.n. *Apoſt.* damnat. *ad Rom.c.14.*

Iure *D.Bonauent.in proceſſu.6. relig.c.32.* ſcribit gubernandum eſſe corpus eum in modum,quo Deus hunc mundum regit. ita vt nihil ex neceſſariis illi deſit,nec tamen ſuperflua habeat. Præclare hoc expreſſit. D. *Baſilius l.de vera virg. & in Conſtit.monaſt.c.5.*

Sicut in gulę intēperantiam declinare graue ac damnoſum eſt,

ita

ita per nimiã abſtinentiã corpus atterere, ac per infirmitatē inutile reddere omni profectò ratione caret, cum vnusquiſque ita ſe conſeruare debeat, vt proprii ſtatus obligationibus ſatisfacere poſſit. *Lud. à Ponte de perfect. tom. 3. tr. 2. c. 15.*

2 Remedium

Secundum antidotum erit occaſiones, & conuerſationes fugere, à lautis cibis, & condimentis abſtinere, & paulatim progredi, vt quotidie aliquid ipſi gulę detrahatur, quouſque ad regulam temperantię perueniatur D. *Baſilius in conſtitu. monaſt. c. 5. Caſſ. lib. 5. c. 11. 16. & 20. Io. Bapt. Poſſeuin. in vita D. Caroli. c. 23.*

3 Remedium.

Tertium, ſingularem Chriſti, & ſanctorũ abſtinẽtiam, & paupertatem contemplari, ſimulque æternæ vitæ delitias ſæpius mentę reuoluere, ad quam, vt ait D. *Greg. hom. 10 ſuper Matth.* neceſſe eſt, vt flendo, obediendo, viſibilia contemnendo, atque appetitum carnis refrænando, redeamus. Et alia à me adducta *1. p. de Exam. tr. 6. c. 23. q. 106.*

Pænitentia guloſo imponendę.

PÆnitentię huic vitio mancipatis per contraria imponi poterunt, vt aliquando ieiunent, & à cibis non neceſſariis, delicatis, conditis, & à puro vino abſtineant, eſt enim virtus, placitis abſtinuiſſe bonis. Vt quandoque etiam aloen, vel abſynthium in memoriam Chriſti paſſionis ſumant. Eſt autem dilucidum ablegatę gulæ indicium, vt quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus quis, ad menſam accedat D. *Aug. lib. 10. confeſſ. c. 31.*

Vt uero cognoſcatur, quantum cibi, cuique ſufficere ad uires corporis tuendas debeat. *S. Doroth. ſerm. 9. & Caſſ. collat. 2. c. 22. & alij SS.* præſcribunt.

Illud tñ cauẽdum ne ut quis gulæ ſatisfaciat, noxia ingerat. Nullum tñ cibi genus ab eo fugiendum, modo parũ ſumatur ſæpe enim quo magna quantitate obſunt, modica naturæ proſunt. *Corn. Celſ. lib. 2. cap. 1.*

Quod

Quod ſi dubius, & anceps hęreas, quanta tibi copia tibi ſit neceſſaria, potius naturali inclinationi repugna, quàm foue, eo quod ut vulgo fertur, appetitus ſit nequam, & colore neceſſitatis facilè in fraudem inducamur. Nemo enim carnem ſuam unquam odio habuit, ut ait *Apoſt. ad Epheſ. c. 5. Io. Buſaus in arca medica in v. gula.* Quomodo ſe gerere debeat Pęnitentiarius erga eum, qui gulæ uitio illectus aliquod eccleſię pręceptum uiolauit, dicemus infra. *p. 2. c. 7.*

Prenotiones circa inuidia peccatum.

INuidia nihil aliud eſt quam odium alienę fęlicitatis, quo noluimus proximum noſtrum nobis eſſe ęqualem, uel ſuperiorem, eo quod noſtram gloriam, uel excellentiam diminuat. *D. Thom. 2. 2. q. 36. a. 1. Archid. in c. alias. d. 25.*

Propriè autem inuidia inter ęquales uerſatur, iuxta illud; Figulus figulo inuidet, & faber fabro: Ob id dicitur inuidia quaſi non uidere, eo quod inuidus inuidioſum cernere non vult, nè bonum quod ſibi diſplicet, u ideat. Prauitatem huius uitii breuibus uerbis demonſtrat. D. *Chryſ. hom. 45. ad pop. Antioch.* cum ait: Huius quęſo uitii peſtem fugiamus, omnium enim uitiorum hoc eſt pernicioſiſſimum, & ipſam ſalutem noſtram ſuper omnia vaſtat; Improbi nãque Diaboli eſt inuentum, & propterea Sapiens dicebat: Inuidia Diaboli introiuit mors in orbem terrarum. *Sap. c. 2. Val. to. 3. d. 3. q. 13. p. 2. Perer. in Gen. c. 37.*

Hoc vitiũ adeò imperium ſuum, & habenas extendit, vt etiam ſpirituales viros conficiat, vt de hoc notabile exemplum videre licet apud *Caſſ. collat. 18. c. 15.*

Quod ſi non auſint tantum nefas hi, qui habentur potius quam ſint ſpirituales viri, illud certe faciunt: Sicut vultures, inquit. D. *Baſil. hom. de Inuidia,* amæna prata, & odorata loca circumuolantes, ad tabida, & fæculenta loca feruntur: muſcæ quoque ſalubre ſi quid offendunt, prætereunt, ad ulcera verò properant, & tabidis hęrent. Sic hi vitæ ſplendorem, ac rerum rectè geſtarum magnitudinem non reſpiciunt, inania verò, & fragilia, & errata tantum obſeruant, & ijs tanquam muſcę vulneribus inſident, & hæc huiuſmodi diuulgant. Qua ratione quidam Sapiens dixit: Præſtat in-

uidioſum eſſe, quàm miſerabilem: nam inuidia comes eſt virtutis, & fœlicitatis, miſeratio calamitatis. Et *D. Hier. ad Euſt. p.* 27. ait, Semper virtutes ſequitur inuidia, feriuntq. ſummos fulgura mõtes.

Effectus eius à Doctoribus enumerati ſunt, odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis proximi, afflictio autem in proſperis. *D. Thom. 2.2. q. 36. art. 4.*

Cum autem inuidiæ morbus ſit pene incurabilis, & ægre admodum medicinam admittat, ex *Caſſian. collat. 18. cap. 17. Val. tom. 3. diſt. 3. q. 13. par. 3.* Idcirco Pænitentiarius in quærendo efficaci contra cum antidoto diligentior eſſe debet.

Remedia.

VNde primum remedium huius peſtiferi morbi erit, conſideratio malorum, quę ex eo tanquam ex fonte manant. Eſt enim uitium omnino charitati aduerſum, virtutum omnium pręſtantiſſimę, ſine qua nihil ſumus, nihilquenobis ad ęternam ſalutem prodeſt, ex priori ad *Corinth. c. 13.*

Ad æmulationem namque charitatis legi aduerſă uicini etiam ędificatio permiſſa non eſt, ut per *Menoc. de arbitr. Iud. caſu* 156. *& de præſump. l. 6 pręſump. 29. Maſcar. de probat. concl. 620. Tuſch. v. æmulatio concl. 232. Barb in c. 15. de op. nou. nunt.*

Quę quidem charitas non ęmulatur, ſed congaudet veritati. At inuidia hominem in conditionem Diaboli conuertit: Dęmon namque ex hominum benefactis mœrore afficitur, eorumque malitia lætatur; ſic Inuidus aliorum fœlicitate conſumitur, & aduerſitate paſcitur. Et ſicut Scarabęus alieno ſtercore ſic ille aduerſa alterius fortuna nutritur.

Inuidus ſibi ipſi nocet, & ad inſtar æruginis ſe ipſum conſumit, putredo enim oſſium Inuidia, *Prouerb. c.* 14. Hinc *Horat.*

Inuidia Siculi non inuenere tyranni:
Maius tormentum.

Et Menander huius peſtis infęlicem oſtendit conditionem, cũ ait: Inuidus eſt ſibimetipſi hoſtis. *Val. l. c. p.* 3.

Inuidorum tormentum.

QVidam philoſophus dicente aliquo, nonnullos ſibi inuidere geminam, inquit, habebunt moleſtiam, quos, & ſua ipſorum mala diſcruciabunt, & tùm meis, tùm amicorum meorum bonis torquebuntur. Magnica vox declarans eos quos habet inuidia, magis eſſe miſericordia dignos, quàm ira; propterea quod abunde dāt pœnas etiam ſi nemo vlciſcatur. Patientia & rectè factis æmuli ſuperandi ſunt.

Aude animo inuidiam contemnere, non nocet illi,
Quem petit, auctori, ſed nocet illa ſuo. ait *Tacyd.*

Inuidię ſymbola.

INuidus in aliorũ profectu deficit ſicut ignis græcus, qui in aquis ardet, & ſeipſum conſumit. Ideò noctuis ſimilis eſſe dicitur, quę ſine magno dolore ſolis lumen aſpicere nequeunt. Propterea inuidia à non vicendo dicitur, eo quod inuidus aliorum bona videre non pōt, dicente Seneca. Quidquid mente fugimus, iniectis oculos videmus. *Io. à* S. *Gemin. l.* 9. *c.* 33. Vulturib. ut ēt *ſup dixi.* comparat̃, quia amæna prata circumuolantes ad tabida, & fæculenta loca ferũtur. Sic ille ad vitæ ſplendorem, & rerum bene geſtarum magnitudinem non reſpicit, manca vero, ac ſi quid erratum, vt quandoq. in rebus accidit humanis, tantum obſeruat, ac diuulgat. *D. Baſ. hom.* 2. *de Inuidia. Aldrou l.* 3. *de auibus. c de vulture. Lud. de Ponte. par.* 2. *de Chriſt. hom perfect. tr.* 2. *c.* 11.

Item inuidiæ Symbolum eſt ſtellio, animal ſimile lacertę, cum enim eodem quo anguis modo pellem exuat, ſtatim eam deuorat, tanquã vtilem eſſe norit pro comitialis morbi remedio, ideo inuidia bonorum communicationem excludens, hominibus eam præripit. *Minoes in emb. ad Alciat. emb.* 49. A Iuriſtis etiam cani ſimilis eſſe perhibetur, qui in palea non quieſcit, nec alios quieſcere ſinit. *DD. in* §. 1. *Inſtit. de leg. fuſ. can. toll.*

2 *Remedium.*

SEcundum remedium eſt amorem ſuum in Cęli hęreditatem cō-uertere,& nihil magnum in hac vita æſtimare. Qui omnia bona, ait Epictetus philoſophus, à ſepſo petit, nec inuidia ducitur, nec æmulatione; ille autem ita ſe gerit, qui ea tantum cenſet eſse bona, quæ animum ornant, ac in eorum adoptionem operam confert.

3 *Remedium.*

TErtium diuinæ prouidentiæ omnia ſuauiter diſponēti acquieſcere,& quod ab ea ordinatum eſt, & proximo noſtro concelsum, diligere. *Inſtin.in.Tymp.ſign.*88. *Inſt.inTob.c.* 10. *verſ.*2. *Ribard.de Chriſt.Princ.l.*1.*c.*9.10.*Choc.in Polit.l.*4.*c.*6.

Superbiam,& inanem gloriam à ſe ablegare; Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes,&c. *Apoſt. ad Gal.* 5.

Inſuper inculcandū, magnæ cæcitatis eſse propriæ excellentięa maiorem inuidia tangi, per quam ſe alio inferiorem, aut non ſuperiorem profitetur. Item inutili mærore ſe de eo vexare, ex quo charitate feruēs lętari poſset, cū inuidia amicitię,& charitatis ſit peſtis ex qua in proximum maleficia prodire,& reſeruari ſolent.

Pœnitentia inuido imponenda.

POenitētiarius hoc uitio infectis iniūgat, vt Roſariū, Coronam, vel alias preces pro illo, quem inuidia proſequuntur, deuote recitent, aliis præſentibus illum laudent, illum benigne alloquantur,& cum ipſo ſocialiter verſentur, ſæpius inuiſant,& aliquo beneficio afficiant; Sic enim paulatim habitus charitatis comparabitur. *D. Bernard. epiſt.*85.

Indicium enim curationis inuidiæ eſt ſurgens affectus charitatis, & plená mors eius eſt perfectus amor æternitatis. Quæ omnia & ſi cum aliqua difficultate fiant; fructus tamen percipietur à ui quam ſibimetipſis intulerint, D. *Doroth ſerm.*10.

Si

Si ex inuidia ſecuta ſit detractio, monendus eſt pœnitens, de obligatione ad læſam famam reſtituendam: ad memoriamq; illud *Tobiæ* monitum *c.* 4. reducendum: Quod oderis ab alio tibi fieri, vide ne aliquando alteri facias *c.* 1. *diſt.* 1.

Item quàm indignum ſit, os habere tanquam ſepulchrum patẽs, ex quo emittantur fœtores ad corrumpendum bonum proximi odorem; idque ſine vlla tua vtilitate: immò cum damno maximo; quandoquidem detrahendo non minus læditur propria, quàm aliena fama, nec enim eſt, qui de detractore bene ſentiat.

Eſt hoc admonitum à *D. Bonau. p.* 1 *Spec. p.* 4. *c.* 5. qui obſeruat, religioſum alteri religioſo detrahentem à ſæcularibus inuidum, & à fraterna charitate vacuum exiſtimari.

Et licet venialium culparum manifeſtatio per ſe loquendo non ſit ſufficiens ad peccatum mortale detractionis conſtituẽdum, cum nullus ſine veniali noxa uiuat; aliqñ tamen lethali peccato animam detrahentis obſtringit, vtiquando aliquem grauem religioſum virũ aliquibus uenialibus culpis deditum eſſe aſſerit, quæ bonam ipſius exiſtimationem valde apud homines minuunt, vt quod ſit inanis gloriæ cupidus, nugis, ac mendaciis addictus, &c. *Bonac. ex communi. de cont. diſp.* 2. *q.* 4 *pun.* 3.

Quænam circa vitium acediæ obſeruanda ſunt.

Acedia eſt quædam triſtitia, vel tædium ita hominis mentem aggrauans, vt nihil boni ei agere libeat. *D. Thom* 2. 2. *q.* 35. *art.* 1. *Nau. c.* 23. *nu.* 124. *Tolet de* 7. *pec. mor. c.* 68. Et *D. Bern. trac. de paſſ Domini. c.* 19. ſcribit quædam ad naturam acediæ explicandam pertinentia, cum ait: Sunt nonnulli qui bona opera quidem faciunt, vel coactione, vel neceſſitate, vel conſuetudine, ſed ad hæc agenda nulla alacritate mouentur; quod vitium acedia propriè dicitur. Et hoc quidem vitio religioſi homines maximè affliguntur: nam ſæculares admodum pauci, an hoc ſit vitium in ſe, necne, animaduertũt mundo enim alligati ſpiritualis uitii uix poſſunt apprehendere nomen, cum tamen hoc vitium inter ſeptem principalia nominetur, &c.

Eius autem effectus exponit *D. Th. l. c. art.* 4. & ſunt, malitia, rancor,

cor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa præcepta, & negligentia in rebus ad ſalutem pertinentibus vt omiſſio annua confeſſionis, & communionis in Paſchate. Quod peccatum à nonnullis Ordinariis reſeruari ſolet *Graff. de caſ. reſ. l. 2. cap.* 22. Sicut etiam ex ea prodit, vagatio mentis circa illicita; hinc ſcimus acediam, otium, & gulam iniquitati Sodomæ cauſam dediſſe. E*zechiel. cap.* 16.

Hoc porrò vitium mortalium mentes ſolet lethali noxa inficere, ſi circa bonum virtutis ad ſalutem neceſſarium cum conſenſu rationis uerſetur. *Caiet, in v. acedia Nauar. & Tolet. l. c.*

Cui peccato obnoxii ſunt homines otioſi, inertes, & quos tepidos ſcriptura uocat. Ac in eadem naui religioſi uerſantur qui cum pænitudine, & triſtitia, regulę obligationes adimplēt, S*uarez. tom.* 3. *de reli. l. 4. c. 3. num. 5. & Sanchez. de præcept. l.* 4. *c.* 16. *num.* 101. *& c.* 45. *num.* 44. V*ecchius de nouitiis d.* 15. *Dub.* 7. vbi aiunt hanc continuam mæſtitiam, & pænitudinem eſſe ſufficiētem cauſam ad diſpenſandum, ut quis ad laxiorem religionem tranſeat.

Huic etiam uitio ſubiecti ſunt omnes demum, qui hoc tp̄s gratię, diemq. ſalutis uanis reb. ac inutilib. ſtudiis tranſigunt. Finis autem huius peccati eſt, quē Euāgelica ueritas docet. *Matt. c.* 7. Oīs arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Remedia.

PRo remedio hæ ſequentes deſeruient conſiderationes.

1 *Remedium.*

PRimo, conſiderare, quàm momentanea ſit hæc pręſens uita, & pœnitentia homini, ut bonum operetur conceſſa, & quod ab hoc temporis momento pendet, quod in futura, & æterna uita conſequetur. Hinc de quodam deuoto uiro legitur, quod quoties horologium ſonare ſentiebat; ſecum ipſe dicebat, O Domine Deus, iam unam horam temporis uitę meę conſumpſi, de qua tibi ſum reddi-turus rationem, quomodo expenderim.

2 Remedium.

SEcundo,ne in acediam homo incidat,otium vitare debet,quod omnium malorum fons eſt,& origo;ac proinde omnia iura illud deteſtantur,vt per *Buſtum p.1.ſui Roſarij ſerm.*37.

Proponendum,vt auis aduolatum, ſic hominem ad laborem natum eſſe. *Iob.c.*5.Et cum natura hominem ad laborem condiderit, patet acediam ipſius naturæ legi repugnare.Quod etiam antiquos Romanos non latuit,qui vt refert D.*Auguſt.lib.4.de ciuit. Dei c.*16. cum multos falſos Deos ad laborem impellentes recepiſſent,Quietem Deam in Vrbe admittere noluerunt.

Vnde omnes politici,& morum cenſores admonent,turpe otium tanquam malorum omnium ſcaturiginē eſſe fugiendum,& otioſā, ac ceſſatione torpentem vitam agentes è republica explodendos exemplo apum quæ teſte etiā Marone. *Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.*

Hinc *& Gerſon. in ſerm. de nat.* Domini *conſid.* 1.*& Morales in Matth.l.*3.*tr.*15.*num.*17.ſic aiunt, Chriſtus Dominus in B. Virgine,& D. Ioſepho propriis manibus laborantibus omnibus præſertim nobilibus mirabile uoluit exemplum præſtare,ne inerti otio uacēt, quod eſt omnium uitiorum origo.*arg. Syluest.v.feſti dies.n.4.Tympius in ſpec.bonę.*Magiſt.*p.*2.*ſigno* 35.Io.Chor.*in* Polit.*l.*5.*c.*19. *Borellus de Edictus Magiſtr.l.*3.*c.*16.

Proinde *Berch.in v.acedia.*ait,cauenda acedia,quæ inuehit damna corporalia, temporalia,ſpiritualia,& æterna.&c.

Item more formicę in futurum proſpicere,ne aliòquiin extremo iudicii die pænitens inanis reperiatur.*Prouerb.c.6.*

Ad virtutis fructum viam arduam,atq. aſperam eſſe:de qua extat etiam elegans Virgilii de littera Pythagorica carmen.

Non ceſſantibus ac inertibus,ſed induſtriis paratam eſſe gloriā, cum iuxta Prouerbium:Dii facientes adiuuent, atque labore ſua munera vendāt,etenim qui vitat molam,uitat farinam,& qui apes reſpuit,mel non habet.

Itidē valde abſurdum eſse,ut qui in ueris,& ſummis bonis quærendis ſuprà modum negligentes ſunt,iidem in comparandis falſis.

ina-

inanibus, & caducis attentiſſimi ſint.

Quam humani generis calamitatem non ſolum Salomon in multis locis deplorat, ſed etiam Ethnicus ille, qui ſuas ſatyras ſic exorſus eſt:

O curas hominum, ô quantum eſt in rebus inane.

Prouidentiæ ſymbola.

D. *Baſilius hom. 9. in Exam.* ouem impendentem hyemem præſentientem pabulo ſe ſe ingurgitare ait, velutque ad futuram geſtatem uiatica ſibi comparare, hincq; admoneri homines vt huic vitæ non perdito quodam ſopore addicti ſint, uetum futuri ſæculi cauſa nihil non laboris, ac ſtudij ſibi ſuſcipiendum putent.

Hinc & Sapiens *Eccleſ. c.* 4. nos inſtruit vt dum huius lucis vſura fruimur ſaluti noſtræ operam demus, quoniam apud Inferos non eſt inuenire cibum.

Et *Prouerb. c. 6.* Vade, inquit, ad formicam ô piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam.

Et Horatius de eiuſdem animalculi ſolertia loquens, ſic ait.

Ore trahit quodcunque poteſt, atque addit aceruo.
Quem ſtruit, haud ignara, ac non incauta futuri,

A qua ſententia illud; etiam Heſiodi non abludit

Non æſtas tibi ſemper erit, iam conſice nidos.

Magna ignominia homini inuritur, vt à viliſſima creatura quasi eſt formica, laborem, ac ſapientiam ediſcere debeat. Hæc enim ſine duce, ſine præceptore ſibi cibum in æſtate parat, & in meſſe congregat, quod in hyeme comedat; Chriſtianus vero qui, & Chriſti, & ſanctorum ampliſſimis exemplis abundat, necnon concionatorum documenta, atque paſtorum monita, & tot ad ſalutem uias habet non ſine graui culpa immotus, & otioſus perſiſtit.

At ſi dormientibus lex non eſt ſcripta, ut Iuresconſulti affirmant, quanto minus Cælum dormientibus paratur, vt arguit D. Proſper de uita contemplatiua.

3 *Remedium*

TErtium remedium erit operum varietas, quæ delectat, & moleſtiam expellit, iuxta illud:

Nunc lege, nunc ora, nunc cum feruore labora,
Sic erit hora breuis, ſic labor ipſe leuis.

D*ionyſ. Carthuſ. lib. de remed. tentant. art. 33.*

Diligentia, & Chriſtianę prudentię B. M. exemplum eſt.

FErunt B. V. Dei matrem, dum adhuc in templo ſeruiret, à ſummo mane, vſque ad horam tertiam precationes extendiſſe, à tertia ad nonam lanificio ſe occupaſſe; inde demum ſumpto cibo, vſque ad ſolis occaſum ſcripturas lectitaſſe, & in earum meditatione pernoctaſſe. Hæc itaque vitę inſtitutione ad tantam morum ſanctitudinem deuenit, vt ſola præ omnibus eligi meruerit, quę & Saluatorem mundi pareret, & poſt partum virgo permaneret. Quod ſi hæc quæ ſine peccato concepta omnis prorſus peccati expers fuit, id temporis quod lectioni, orationique ſupererat, manuum labore ſibi tranſigendum duxit: quomodo te in ignauia, & otii mollitudine quandoq; deſidentem ſecurum arbitraris, quem in peccatis genuit mater, quem quotidie interius cogitationes, exteriuſque proni ad uitia ſenſus impugnāt? Crede mihi, Non effugit decipulas Diaboli quiſquis laborē fugit, ait *Mar. l. 3. exemp. c. 9. & Daur. tom. 3. tit. 22. exemp.* 1.

Pœnitentia imponendę.

PÆnitentiarius in pęnam huius vitii, & peccati confitenti imponat, vt ſæpè conſulat virum ſpiritualem, ſcientia, & conſcientia præditum, & ei ſuam tentationem aperiat; & vt quotidie paſſionem Domini noſtri meditetur. Æternam gloriam, & Inferni cruciatus ſæpe cogitet. *Sophron. in prat. ſpirituale cap.* 142. D. *Anton. par. 2. tit. 9. c. 1. & 2. Caſſian. collat. 2. c. 10. Franc. Arias. p. 1. profect. ſpiritualis.* §. 4.

Signa autem tepiditatis quę eſt effectus acediæ, vide apud *Reſig.*

 lib.

lib. 2.c. 19.eiuſdem effectus apud.*D.Bern.ſer.6.de Aſcenſ. Domini.*

Annotanda circa peccatorum mortalium cognitionem.

ET hæ breues aſſertiones quò ad materiam peccatorum capitalium eorumque remedia ſufficiant.

Vbi tamen à Cōfeſſario aduertendum, licet mortalia etiam peccata dicantur, non tamen ſemper mortale peccatum in his contingere, ſi quidem vt aliàs inſinuaui, ſubreptio, vel defectus deliberationis paruitas materiæ, vel etiam defectus iudicii, à mortali culpa excuſant. ut tradidi *in Comment. de Exam. tr.* 5.*c.*7.*q.*50.

Sicuti etiam veniale mortale fieri ſolet, quando in eo vltimus finis conſtituitur; vel quando ad mortale ex intentione dirigitur, vel contemptus, ſeu etiam conſcientia erronea accedit.

Sunt autem tres gradus quibus ad peccatum mortale quodcunque illud ſit, peruenitur; Suggeſtio, delectatio, & conſenſus. *c. ſed penſandum. d 6. & Magiſter ſent. cum Doctoribus lib.* 2. *d.* 24. *& Nau. in c. ſup. tribus de pœnit. diſt.* 1.

Vbi etiam explicat quis dicatur motus primo primus, & ſecundo primus, & quis deliberatus.

Quis verò ſit modus diſtinguendi mortale peccatum à veniali, cum *D. Auguſt. lib. 2. de Ciuit* Dei.*c* 27. difficillimum eſſe dicat hoc definire, videndus eſt. *Ioan. Gerſon & etiam Richard. de Sancto Victore de differentia peccati mortalis à veniali, & Andr. Vega lib.* 14. *ſuper Concilium Trid. de Iuſtificatione c.* 12. *Bisfeld. in theol. pact. de peccatis mort c.* 2. *Reginald. l.* 15.*c.* 4. *&* 5.

Quę quidem diſtinguendi ratio, & cognitio multo magis pęnitentem ipſum latet. Infelix ſanè hominis conditio, vt ille qui propria voluntate male egit, ſępe in propria cauſa diſcernere nequeat an ea in re peccauerit, deliberate conſenſerit, quantū quoties, & quomodo. Delicta, n. quis intelligit? ait. *Propheta. Pſ.* 18. *Combrec de Stud. perfect. l.* 1, *c.* 17.

Illud tantum admonendum duxi, meminiſſe oportere quod *in Leui. cap.* 10. à vino & his, quę inebriare poſſunt, abſtinere iubet Deus Sacerdotes, cum in tabernaculum teſtimonii ſunt ingreſſuri, vt habeant, inquit, ſcientiam diſcernendi ſacrum, & profanum, inter

pollutum,& mundum. Vbi ſatis oſtenditur, non ſola librorum lectione: ſed oratione etiam, abſtinentia, mortificatione, & vitæ puritate hanc ſcientiam diſcernendorum peccatorum quærendam eſſe, quæ nunc multo altior eſt, & ſublimior, quàm quæ veteris legis Sacerdotibus neceſſaria erat. *Pet. Sot. de ratione, & voluntate, lect.* 1.

Quomodo peccata inter ſe differant.

CVm etiam ſecundum catholicam fidem contra Stoicorum, & Ciceronis doctrinam in *Paradoxis*, peccata paria non ſint, ſed alia aliis grauiora, dicendum eſt, peccatorum grauitatem, ſecundũ obiectorum varietatem mutari. D. *Thom.* 1. 2. *q.* 73. *art.* 2. *& ſeq. vbi Barth. Medina. vt diximus p.* 1. *de Exam. Eccl. & Mor. Theol. tr.* 3. *c.* 3. *q.* 33.

Sic cęteris paribus grauiora ſunt peccata, quæ in Deum committũtur, ut infidelitas, blaſphemia, odium Dei, hęreſis, &c. illis, quæ in homines perficiuntur.

Inter ea, quę in proximum diriguntur, maiora ſunt quæ animę ſaluti aduerſantur his, quæ corpori inferuntur, quia anima corpore pręſtat. *c. cum infirmitas, ext. de pænit. & remiſſ.*

Cum enim ex Peripateticorum ſententia triplex ſit bonum, animæ, corporis, & exteriorum rerum, ex horum bonorum inęqualitate nocumenti inęqualitas commenſuranda eſt.

Corporis bona aliis exterioribus pręſtant; qua ratione homicidiũ grauius furto. Et inter res exteriores melius bonum nomen quàm diuitiæ multæ. *Prouerb. c.* 22. *& Eccl. c.* 4.

Bona animi omnia etiam alia bona dignitate excedunt, quare maius & grauius peccatum ex ſe eſt hominem ad peccandum inducere, quàm eundem occidere, licet alia ratione maior iniuria inferatur, cum per uim bona corporis, & externa auferuntur, quàm cũ quis aliquem ad peccandum impellit; unde in bonis animi detrimẽtum patitur; quoniam ibi uiolentia intercedit, hic uero adeſt aliqua uoluntas, cum nemo uolens peccet. *c. non eſt.* 15 *q.* 1.

Ac ſcienti, & conſentienti non fiat dolus, nec iniuria. *c. ſcienti. & nullus de reg. Iuris. in* 6. *Carbo. de reſtit. q.* 8.

Aggrauatur etiam peccatum ex cauſis, quæ uel iudicium ratio-

nis, uel liberæ uoluntatis motum impediunt, aut diminuunt, ſicut grauior eſt culpa, quæ ex malitia quàm quæ ex paſſione conſurgit, & peccatum ex paſſione maius eò quod ex ignorantia admittitur, & peccatum ex conſuetudine his omnibus grauius. *c. fin. de conſuet.*

Peccatum quomodo ex dignitate peccantis augeatur.

TAndem peccati grauitas ex dignitate peccãtis attendi poteſt, qua ratione D. *Thom.* 1. 2. *q.* 73. *ar.* 10. ob quattuor rationes hoc aggrauari aſſerit.

Primo quia qui uirtute, & ſcientia excellit, facilius peccato reſiſtere poteſt.

Secundo propter ſpecialem repugnantiam actus peccati ad perſonam peccantis, ſicut ſi Princeps iuſtitiam uiolet, qui ponitur iuſtitię cuſtos, & Sacerdos fornicetur, qui caſtitatem uouit.

Tertio ob ingratitudinem, quia quò creſcunt dona, creſcunt etiã rationes donorum.

Quarto propter ſcandalum: quandoquidem quod fit à Prælatis facilè trahitur in exemplum. *c. magnæ. ext. de voto Tiraq. de temp. pænis. q.* 31. *num.* 38. *Farinac. in tr. pariter de temp. pœnis. q.* 98. *num.* 119. *Sayr. in claui regia lib.* 1. *c.* 7. *n.* 11. *Azor. p.* 1. *l.* 4. *c.* 20. *q.* 8. *& lib.* 11 *c.* 24. *q.* 12.

Quę omnia pro notitia, & praxi reſeruatorũ valde notanda ſunt.

Peccatorum hominum conuerſio à Deo.

ESt tandem illud obſeruandum, quod & ſi nihil difficilius ſit, quam obdurata hominum corda, peccatorum cœno inuoluta, rebuſque terrenis affixa emollire, & ad Deum trahere. Cum ex philoſophi ſententia, non facile nec ſine magno motu mutari poſſit, quod longo tempore radices egit.

Pœnitentiarius tamen diuina ope roboratus id aſſequetur, qua fretus Apoſtolus *ad Philipp.* 4 Omnia, inquit, poſſum in eo, qui me confortat.

Non conturbetur, neque animum deſpondeat, quod aliòqui proficere non videatur: eò quod animarum conuerſio non ab hominis

arte,

arte, uel ingenio, ſed à Deo in primis expectanda eſt, iuxta illud *Sap. Eccleſ. c.7.*

Conſidera opera Dei, quod nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit, Et illud in priori ad *Cor. c.*3. Neq; qui plantat eſt aliquid neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. *D. Bernard. l.* 4. *de conſid. ad Eug. Gerſon. in tr. de paruulis ad Chriſtum trahen. Roderiq. de perfect. par.* 3. *tr.* 1. *c.* 18.

Quo ſpectat illud *Iob. c.* 26. Et obſtetricante manu eius eductus eſt coluber tortuoſus vbi, *D. Greg. l.* 17. *Mor. c.* 18. ſic explicat, adeò quod maius opus ſit hominem iuſtificare quam creare. &c.

Conuerſio peccatoris quomodo fiat.

CONfeſſarii quib. vt ait. D. *Baſ. ſerm de abdicatione ſaeculi.* nihil debet eſſe præſtantius honore *Dei*, & animarum ſalute, & qui natura debent eſſe propenſi ad eos docendos, & adiuuandos, qui ad eos accedunt

Et quos decet, quod olim Deus Moyſi, & Aaron dixit, *Num. c.* 20. Loquimini ad petram, & illa dabit aquam.

Confeſſarii inquam ad duas petras loqui debent, vt voti compotes fiant. Primum ad petram uiuam Chriſtum, humiliter ſupplicantes, vt cor pœnitentis emollire, gratiæque ſuæ aquam infundere dignetur.

Erecta vero ſpe in ipſius Saluatoris miſericordiam, debent mox ad duram peccatoris petram loqui, bis eam virga percutientes, proponentes ſcilicet duplex rationum genus, timoris, & amoris.

Timoris erit, illis in memoriam reuocando mortem, iudicium, infernum, & reliqua temporalia, & æterna ſupplicia, quæ Deus rebellibus, induratiſque cordibus minatur, & periculum in quo verſantur, propterea enim Sapiens *Eccl. c.* 3. dixit.

Cor durum male habebit in nouiſſimo, & qui amat periculum in illo peribit.

Amoris rationes erunt, illis ſuggerendo æterna præmia, diuina beneficia, ſpiritualia, & temporalia bona, quæ Deus amicis ſuis cõmunicat. Et in primis virga crucis Chriſti corda percutient, proponentes quanta pro noſtris delictis ſit perpeſſus. Chriſti enim paſſio-

nis

nis memoria terram commouet, petras ſcindit, & monumenta aperit, ideſt per eam emolleſcunt corda contritione ſcinduntur, & confeſſione reſerantur, vt ad nouam vitam reſurgant. D. *Bernard. ſer. 4. maior. hebdom, Lud. à Pentecoſt. p. 1. de Chriſt. homin perfect. tract. 3. cap. 5.*

Elutis ex anima ſordibus pęnitentem ad ſpiritualem progreſsum in omni virtutum genere inſtituere conetur, doceatque quomodò cum Deo perfectè vniri poſſit, triplici namque uia homo ad Deum ducitur, & ad chriſtianam perfectionē contendit, purgatiua, illuminatiua, & vnitiua, ut docet D. *Dionyſ. de Eccleſ. Hier. c. 5. & 6.*

Difficile, & arduum Confeſſionis audiendarum munus.

ET ex his plane dignoſcitur, ualde laborioſum eſse audiendarū confeſſionum munus, cum in eo obeundo, tot cautelæ, & diligentiæ neceſsario adhibendæ ſint, quod etiam prudentes, & doctos uiros deterrere ſolet. Si tamen bene fiat, & rite exerceatur eſse ualde excellens, chriſtianæ reipublicę multum proficuum, & Deo magnopere acceptum. *Tolet. lib. 3. c. 14. Gaſp. Loar. in admonit. confeſſar. p. 2. c. 3.*

Proinde charitatis robore: & piis meditationibus pectus ſuum munire debet Confeſsarius, quò patienter, & ęquo animo ſuſtinere poſſit uarias moleſtias, & tædia, quę in excipiendis confeſſionibus ſæpe contingere ſolent.

Multis enim curis, uexationibus, ac timoribus conficitur eius mens, & moleſtiſſima quæque identidem, & uidere, audire, & ſentire cogitur. Et ut in re ſimili ait Seneca in *Agamemn.*

Alia ex alia cura fatigat,
Vexatque animos noua tempeſtas. Ita vt

Nicolaus Aurificus muneris confeſsarii difficultates animaduertens in *ſumma. tit. 4. c. 1. art. 8.* uere hæc uerba protulerit: Ex his omnibus prędictis ſequitur, quod ualde laborioſum eſt audire cōfeſſiones. Et certe non puto aliquid ſpectare ad officium Sacerdotis quod ita laborioſum ſit, tædioſum, & graue; & quod ita vires hominis in-

te-

teriores, & exteriores exanimet, ſicut cum diligētia confeſſiones audire, Et per conſequens ſequitur quod audire confeſſiones eſt opus excellenter meritorium, ſi cum diligentia, & bona intentione fiat, non ad quæſtum. hæc ibi.

Cur Confeſſarij munus difficile ſit.

PRimo, ob horrenda, & fœdiſſima ſcelera, quæ narrantur. Secundo, ob graues, & intricatos caſus, qui occurrunt. Tertio, ob periculum errandi in re tanti ponderis, & momenti. Quarto, ob ingeniorum, quæ tractantur varietatem, & duritiam; necnon ob fere nullam, vel paruam, cum qua non raro peccatores ad Sacerdotis genua accidunt pręparationem.

Et etiā quinto loco ob ignorantiam, & inſcitiam qua pœnitentes plerique in ritè, & legitimè perficienda confeſſione laborant; vel enim non cōfitentur peccata, cū circūſtantiis, & numero, quæ neceſſario exprimenda ſunt, vel ſi ea peccata patefaciunt, ſolum in genere confuſe, & inordinate ea efferunt, & produnt, dicendo peccaui peccato ſuperbię, luxuriæ, gulæ, &c. ita ut Confeſſarius non ſatis percipere poſſit, quodnam ſit mortale, quod veniale, quod reſeruatum & quod non reſeruatum. Inſuper peccatis excuſationes, & inanes narrationes, ſeperfluoſque verborum circuitus admiſcent, quæ à puritate, & ſimplicitate perfectæ confeſſionis abeſſe debent, & non modicum negotium ipſis Confeſſariis faceſſunt, &c.

Qua in re defectum ſupplere, ad ipſius Cōfeſsarii munus ſpectat. *Reginal. p. 1. fori pænitent. libr. 1. cap. 1.*

Confeſſarij quàm patientes eſſe debent.

PRoinde cum Pęnitentiarius, & Confeſsarius ſint Iudices, qui (Et ſi ſale ſapientiæ, & conſcientiæ non careant, prout carere non debere ex multis ait *Menoch. l. 21. de Arbit. Iud. c. 1. nu. 4. caſ.* 339 *& Roland. à Vale vol. 3. conſ. 12.*) quaſi ſignum ad ſagittam poſiti ſunt. *c. qualiter, & quando el. 2. ext. de accuſat.* maxima patientia munitos eos eſse oportet. Ea etiam præſertim ratione, quod longe difficilius ſit, animi quàm corporis vulnera curare. Cum enim

in

in corporis morbis is maxime morbum agnoſcat, & ſentiat qui patitur, ſanari cupiat, medicum accerſat, & ſanitatis deſiderio nullum quãuis ingratum medicamentum refugiat: in anima contra omnino euenit, vt plerumque infirmus pre omnibus morbum ſuum ignoret, medicum reſpuat, curationemque tàm ſanantem, quàm præſeruantem ægre admittat. *Staplet. in dom. 3. Quadrag. text. 1. 10. Bapt. Conſt int in adm. ad Curat. p. 4. tit. 5. cap.* 10. *Lamas par. 4. Methodi confeſſ. c. 3. §. 9.*

Ideo vt dixi Chriſtiana patientia opus, eſt nec animũ deſpondẽdum, ſed memoria habendum eſt illud D. *Baſilij* monitũ *in reg. diſp. reſp.* 11.

Nihil eſſe in rerum natura quod diligentia non corrigatur, neq; eſſe vitium adeò graue, quod Dei timore non peruincatur. Idem *Reginal lib.* 1. *c.* 14. *n.* 156. *Ludou. de Ponte de Chriſt. perfect. tom.* 4. *tract.* 5. *c.* 3. §. 1.

Et quia ſępe accidit, vt moleſte cogantur eos audire, qui ob imperitiam paucis quę interius ſentiunt, explicare neſciunt, ideò meminiſſe debent, pręcepti illius de quo D. Bernardus Eugenium S. Põtificem admonebat; vt ſua ſapientia aliorum inſipientiam toleraret, illudque moleſtię ac tędii ad Dei gloriam ampliandam patiantur, & in propriarum culparum ſatisfactionem ei offerant. *Ala de Aduoc. Chriſt. p. 1. exercit. 6.*

Cum Confeſſarius Magiſtri, & Doctoris etiam perſonam ſuſtineat, & ſi neceſſarium non ſit, ut Doctoratus gradum habeat, ſiquidem in actib. doctrinę ratio hr̃, ac ipſius Doctoratus ratio non conſideratur, cum ſcholaſticus peritus Doctori ignaro pręferatur *l.* 1. *cum gloſſ. C. de anni ciuil. l.* 11. *Quint. Mand. in comment. ad reg. cancell. reg.* 16. *q.* 17. patienter pœnitentem inſtruere, & docere debet, & vbi errat corrigere, ſimulque ad mentem reuocare ſe aliquando diſcipulum extitiſſe, quãdoquidem iuxta Boetii de *diſciplina ſchol.* pronunciatũ: Miſer eſt ille magiſter, qui ſe nunq̃ fuiſſe diſcipulũ nouit. Et meminiſſe S. Ambroſii, cuius in hoĩum querelis, & cõſultationibus audiendis ſumma fuit ſemper humanitas, & patientia, omnes ad ſe venientes benigne excipiebat, immodeſtos, & proteruos homines modeſte admonebat, &c. *Marc. Anton. Gen. in Man. Paſt. cap.* 10.

Qui

Qui facile in iram erumpit, ridiculus apparebit, ait D. *Chryſoſt. ſer. de manſuet.* Præceperat olim Deus vt in ſummi Sacerdotis conſecratione oleum adhiberetur, eoque caput inungeretur, quò ſignificaretur, lenitatē ſacerdotis propriā eſse debere. Quare & D. *Bonau. de ſex alis. cap.* 5. omnes Prælatos admonet, Mature, & modeſte ad ſingula reſpondeant, & impetum feruoris reprimant, ne in uoce, aut vultu ſeu moribus impatientiam oſtendant, &c.

Patientiæ ſymbolum olim ſtruthiocamelum ore clauum præferentem veteres pingebant, addito lemmate, Spiritus duriſſima coquit. Conſideret, quod vt loquitur *Apoſtol. ad Tit.* 2. Eramus & nos aliquando inſipientes, increduli, errantes, ſeruientes deſideriis, & voluptatibus varijs.

Et ſic manſuetudine munitus, omnibuſque omnia factus, omnes lucrifacere contendat; nam vt ait D. *Chryſoſtom. Homil.* 40. *ſuper. epiſt.* 1. *ad Cor.* Quò plures ſocios quiſque ducet in Cælum, eò erit beatior.

Finis Primæ partis.

PARS SECVNDA.

De primo caſu reſeruato in Archiepiſcopatu Bononienſi, qui eſt blaſphemia atrox in Deum, Sacratiſſimam Virginem, & Sanctos ex conſuetudine prolata.

Cap. I.

Blaſphemiæ cur reſeruetur.

CVM grauiora, & atrociora crimina, vt aliàs dixi, reſeruari debeant, Iurè merito primo loco crimen blaſphemiæ ab Illuſtriſs. & Reuer^{mo} D. Card. Archiepiſcopo reſeruatur; ſiquidem eſt crimen læſæ Maieſtatis diuinæ, atrociſſimum, nefandiſſimum, & omnium quorumcunque delictorum maximum, grauiſſimum, & peſſimum, à quodam notho Hebræo inuentum, qui primus in terris contra Deum impia verba protulit, vt notatur *Leuit. c. 24.* & obſeruat. *Io. Pet. Lazar. in can. quæſt. in præfat. de blaſphemia num. 3. Molf. tr. 11. c. 3. num. 3. Campanil. Rub. 11. c. 16. Duard. in Bull. la Cœna Domini l. 2. can. 1. q. 22. Barboſa de Epiſcopo p. 3. Alleg. 91. num. 89. Borel. de edict. Magiſt. l. 3. c. 2.*

Blaſphemiæ atrocitas, & grauitas.

NEc ſolum ex generè ſuo eſt mortale peccatum, cum diuinæ charitati aduerſetur, & primo decalogi præcepto prohibeatur, ſed etiam confeſſioni fidei repugnat, & cum infidelitate quandam cognationem hēt. *D. Th. 22. q. 13. ar. 1. Sanch. l. 2. de præcep. c. 32. n. 7.*

Eſt crimen infamiæ notam inurens, ita ut in caſibus exigentibus teſtes omni exceptione maiores à teſtimonio blaſphemus ſit repellendus. *Couarr. in c. quamuis. p. §. 7. n. 12. tit. de pactis in 6. Nau. conſ. 11. de offitio ordin.*

Quinimo multi DD. ſentiunt, hominem blaſphemias hæreticales euomere ſolitum eccleſiæ immunitate non gaudere, licet hodie poſt Conſtitut. Greg. 14. *Incip. cum alias*, locum non habeat. *Lazar.*

q.5.num.76. Ambroſ.de Immunit. Eccleſ.c.8.num.12. Peregrin. eod. tr.c.1.num.12.

Vbi excipit quando blaſphemus vt ſuſpectus de fide inquiritur.

Tantam etiam deformitatem ſecum affert, vt interdum ſacræ litteræ ſi de blaſphemia ſermo incidat, benedictionis nomine per antiphraſim vtantur. *vt Catechiſmus Rom. in 2. pręcepto decalogi* annotauit.

Inſuper quanta ſit huius delicti grauitas, varia mortis genera blaſphemis diuinitus illata exemplo nobis eſſe poſſunt, & variæ, & acerbæ pœnæ à legibus ciuilibus, canonicis, & ſtatutis municipalibus inflictæ abunde teſtantur. *Ignatius* Lopez. *in ſcholijs ad* Diaz. *c.111. Iulius Clarus in praxi crim. in* §. *blaſphemia. Menochius de arbit. Iud. lib. 2. cent. 4. caſu 375.* Proſper. *Farinacius de delictis, & pęnis q. 20.*

Quid de tam perditæ, & deſperatæ conſcientiæ hominibus dicemus, niſi eos numero reproborum adſcriptos, & ſtigmate perditionis, ac mortis æternę notatos? loquela enim cuiuſque docet cuius patriæ, & nationis ſit, nec tàm pulſus, vel alteria ægrotantis morbum indicat, quàm ſermo loquentis affectum, & ſortem prodit. *Ioannes Carthagena. lib. 5. homil. 11.*

Seculares Magiſtratus *in blaſphemos animaduertere debent.*

QVapp ſi de externo etiã foro loquamur, grauiter peccãt Chriſtiani Principes, & eorum Magiſtratus qui in hoc crimen ſeueriſſime non aĩaduertunt, vt temporalis ſaltem pœna corripiat, quos ſpiritualis corrigere non ſufficit diſciplina, *arg c. vergentis, ext. de hæreticis. Decian. l. 6. rerum crim. c. 4. Arg. Menoc. de arb. Iud. caſu* 452. vbi puniri debet Iudex ſecularis negligens brachium ſuum præſtare, &c. *Barboſa. c. 2. ext. de maled.*

Ideo ex diſpoſitione, Lateran. Conc. audiens blaſphemantem acriter eum obiurgare tenetur. *Borel. de Magiſtr. l. 3. cap. 2. vt dixi in comment. de Exam p. 1. tr. 7. c. 7. q. 31.*

Et in hoc chriſtianam rempublicam magna indigere reformatione. ait *Iulius Clar. l. c.*

ET cur ſeculares Magiſtratus blaſphemias impune graſſari permittunt, cum ipſe Deus, cuius vicem in terris gerunt, mortis

poena ſæpe in eam animaduertat. Pii Doctores Principes, & Magiſtratus magnopere obſecrant, vt ſeuerè agant in execrandos iſtius generis homines, vberrimam ex hoc pietatis officio mercedem à Deo optimo Max. relaturi. *Menoch. de arbit. Iud. caſu* 375. *Decianus in tract. crim. l.* 6 *c.* 6 *num.* 17. Certè Leo. 10. *in* Later. *Conc. Incip. ad abolenda.* §. *Statuimus,* decem annorum indulgentiam tàm Iudicibus crimen vlciſcentib. quàm illud ad Iudices deferētibus elargitus eſt. Idem *Pontifex* Iudices qui pœnas a blaſphemis conuictis non exegerint, pænis eiſdem ipſos teneri iuſſit. *Azor. lib.* 9. *c.* 28. *q.* 6.

Nam Principes, & ſeculares Magiſtratus debent ſumma vigilantia attendere vt omnes publicorum peccatorum occaſiones ſuis ſubditis remoueant in quibus ipſe Deus offenditur, & eius ſacra religio cultuſq; contemnitur. Quãquidem hoc ſcelerum genus ad hęreſes, & apoſtaſias diſponit, & ob eorum vltionem Deus reſpub. deſtruit.

Et quęcunq; incuria in eis auertendis adeo à chriſtiano regimine degenerat, vt plurimum aliorũ operũ quantũuis egregia, & eximia ſint, gloriam obſcuret. *Ludouicus de Ponte de chriſt. perfect. tom.* 2. *tr.* 4. *c.* 5. *& tom.* 4. *tr.* 7. *c.* 12.

Et vt aliàs aduerti ex D. B*onauent. in opuſc. de ſex alis.* c. 3. Diſcrimen inter bonam, & malam rempub. & inter obſeruantem, ac relaxatã religionem non in eo conſiſtit, quod in aliis aliqui mali ſint in aliis non cum in omnibus aliqui mali reperiantur, ſed quod in bene inſtituta repub. vitia ſcelera, ac ſcandala puniantur, in cæteris impune tolerentur.

Exemplum.

IMitari deberent Ludouicum XI. Galliç Regem qui blaſphemantium linguas cauterio inurebat, vel vt alii referunt, ignito ferro ſtigma in fronte imprimebat, & ſi ſapere nollent, morte afficiebat. Nonnullis conquerentibus reſpondit, ſe paratum eſſe id in ſe pati, ſi vel hoc modo è regno oẽs blaſphemias pſcribere poſſet. *Sur. tom.* 3. *die* 25. *Auguſti.*

Blaſphemia quid ſit, & quænam eius ſpecies.

SVppono ergo pro caſus dilucidatione, quod blaſphemia eſt peccatum, quo aliquid de diuinæ bonitatis excellentia detrahitur, dicen.

dicendo falsò aliquid Deo ineſſe, quod non ineſt, vel negando ineſſe, quod ineſt, idque voluntate quadam derogandi hac ratione diuinæ Maieſtati, vel Bonitati. *D. T hom. l. c. art.* 1. *Val d.* 1. *q.* 13. *p.* 1. *T ympius ſigno* 25. *Sayr. lib. 6. clauis reg. c.* 14. *Reginal. l.* 18. *c.* 14. *q.* 1. *&* 2.

Vel breuius diffiniri poteſt (in idem tamen recidit) eſt locutio falſa contra Deum per modum conuicii. Nec opus eſt addere, vel contra ſanctos: quia rationem blaſphemiæ habet, eo quod in Deum ipſum omnium rerum auctorem redundat.

Eſt autem blaſphemia nomen græcum, quod latine maledictionem, vel execrationem ſignificat; quæ in multas ſpecies diuiditur.

Primo enim quædam eſt informis, & non vndequaque perfecta, quæ ſcilicet non ex odio Dei, ſed ex iracundia, vel alia paſſione procedit. Altera perfecta, & formata, quę ſcilicet ex deprauato erga Deum affectu proficiſcitur, quæ potius infidelitas dicitur: ſiquidem proprie blaſphemia non conſiſtit in ſentiendo aliquid contra Deũ, ſed in dicendo. *Bannes d. q.* 13. *art.* 1. *poſt Caiet. ibi, & Alphonſum de Caſt. lib.* 1. *de Iuſt. heret. punit. c.* 12. *Sanct. de blaſphemia c.* 1. *Dub.* 2.

Blaſphemia cordis, oris, & factis quid.

SEcundo diuiditur in blaſphemiã cordis, dum quis per ſimplicẽ quandam intellectus apprenſionem concipit Deum eſſe, q non, eſt, aut non eſſe quod eſt. In blaſphemiam oris, dum in loquelam prorumpit. Et tertio in blaſphemiam facti; cum non minus factis, & ſignis, quàm verbis praua voluntas oſtendatur; vt ſi quis Dei vel ſanctorum imagines conculcet, aut expuat, vt ſentit *Menoch. lib.* 2. *de arbit. Iud. cent.* 4. *caſu* 376. *& Caſtrenſ. l. c. & Cord. in quæſt. l.* 1. *q.* 17. *§. is notab.* 1. *Io. Bap. Coſta de facti ſcient. & ignor. Inſpect.* 17. Vbi ait blaſphemiam facti ſeuerius eſſe coërcendam.

At verius eſt, blaſphemiam proprie in factis non conſiſtere, ſed in ſolis verbis, mente, ore, aut ſcripto prolatis; quod alios referens probat *Suarez tom.* 1. *de religione tract.* 3. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 4. *& ſeq.* quia blaſphemia diuinæ laudi opponitur, quæ ſolis verbis exhibetur, & ſi honor quibuſcunque verbis, & factis præſtetur, teſte. D. *T hom.* 22. *q.* 103. *art.* 1. *& Sanchez. l. c. num.* 5.

Hæreticalis blaſphemia quarum ſit & quæ ſimplex.

TErtio, blaſphemia in blaſphemiam hæreticalem, & non hæreticalem, ſeu ſimplicem ſecari ſolet. Simplex ea dicitur, quæ

his,

his, quę credere tenemur, non repugnat, quales ſunt illæ, quę Deo, vel Sanctis imprecãtur, vt maledictus ſit Deus, vel D. Petrus, &c. Et harum infinitus eſt numerus, quarum multas expendunt, referuntque ſupracitati DD.

Has tamen ſingulas recenſere non expedit, ne ſit potius, quædam plaſphemandi doctrina, quàm abominandi huiuſmodi delicti cautela, vt ait *Barellus l. 3. de Edict. Magiſtr. c. 2. nu. 17.*

Hęreticales vero ſunt, q̃ infidelitatis ſignificationẽ, & fidei abnegationẽ hñt, directeq. fidei articulis, & eius confeſſioni opponũtur.

Quare receptum eſt, has blaſphemias eſſe hæreticales, abnego Deum, non credo in Deum, renego fidem, vel puritatem Virg. M.

Contra quam prolatas blaſphemias, vt pote atrociſſimas diuina etiam vltio grauiter coercet, vt præter alia memorabile illud docet exemplum, quod refert *Nicephorus lib. 18. hiſt. eccleſ. c. 33. & Simancas in cathol. Inſtitut. tit. 8. num. 8. & Ant. Daur. tom. 2. Flor. exemp. c. 3. tit. 28. exemp. 4.*

Funeſtum etiam Conſtantini Copronomi interitum ob proiectã in ſanctiſſimam Dei matrem iniuriam, & blaſphemiam, videre licet apud *Baron. tom. 9. anno 767. & eundem Daur. tom. 1. c. 2. tit. 49. ex. 1.*

Vt proinde verũ ſit, quod in Hygiaſticon his verbis protulit Leſſius, Fateor impios ac maximè blaſphemos, plerumque non diu uiuere, tametſi in uictu tẽperati ſint, diuina vltione eos perſequente. Hi tamen non morbo ex humorum corruptione, ſed vi extrinſecus illata pereunt.

Hęreticales etiam ſunt dicere, Deus eſt iniuſtus, acceptor perſonarum, non eſt omnipotens, & huiuſmodi. *Eyner. p. 2. q. 41. & ibi Peg. com. 66.* Addit & *Suarez. l. c. nu. 7.* quem complures ſequuntur.

Ad huiuſmodi blaſphemię genus pertinere non ſolum falſum aliquid de Deo proferre, ſed etiam in dubium reuocare, quæ ad eius perfectionem, vt omnipotentiam, ſapientiam, & iuſtitiam pertinẽt.

Leuis, & atrox blaſphemia quid.

QVarto loco diuidi poteſt blaſphemia in leuem, & atrocem, vt .ſ. leuis dicatur, quæ parum diuinę bonitati, vel B. V. aut etiã Sanctorum honori derogat, ut quando v. g. Deo uel Sanctis aliquid uerum, & honeſtum tribuitur, ſed tamen irreuerenter, iurando ſcilicet ex ira per corpus Dei B. M. V. uel Sanctorum *Sayr. lib. 6. clauis reg. c. 18. num. 3.* & alij.

Atrox

Sub atrox blaſphemia, quæ ueniant.

ATrox uero blaſphemia quæ etiam hic reſeruatur erit, licet non hæreticalis eſt, quę per modũ optandi, imperandi, aut imprecandi profertur, ut cum quis malum Deo, uel Sactatiſſimæ Virgini, aut Sanctis imprecatur, uel eis maledicit, uel impie uerenda ipſorum nominat, uel cum terram, uel ignem, uel aliud elementum, ut Dei creaturam execratur.

Addunt alii ſub atroci, & enormi blaſphemia includi, cum dicitur, ad deſpectum Dei. *Sanchez. num.* 36. ubi alios citat, *& Suarez. num.* 8. & illam ex *Claro, & Maſcardo*, & aliis inter atroces conſtituit. F*arinacius quæſt.* 20. *num.* 21. nec non *Tuſchus in v. blaſphemia concl* 35.

Verius tamen dicendum uidetur, illam ſub hæreticali comprehendi, cum per eam Deo omnipotentia ſubtrahatur. *Lazar. q.* 7 *nu.* 38, *Megal. l.*1. *c.*5. *num.* 6. *Molfeſ. tr.* 11. *c.* 3. *nu* 10. & alii cõmuniter.

Ideo ut inquit ipſe, & ego in praxi uidi in S. Officio Inquiſitionis pro tali habetur.

Ad hanc blaſphemiæ ſpeciem refertur quod ab iniquis, & impiis efferri ſolet, Deus non poteſt hoc facere, cum Dei omnipotentiæ iniuria inferatur. Nec uerum eſt quod ex parte Dei ſit aliqua impotentia, uel Deus aliquo priuetur, quia apud Deum omnia poſſibilia ſunt. *Matth. c.*10.

Quod ſi facta non poſſunt eſſe non facta *l. verum, vbi gloſ & Dec. ff. de reg. Iur.* Ariſt. *lib. Eth. c.* 2. ubi illud. Agathonis poetæ allegat;

Hoc etiam ipſe Deus, ſoloque carere videtur,
Infectum vt faciat; quod factum eſt, atque peractum.

Illud euenit, non reſpectu ſui, ſed defectu paſſiuæ rei (ut loquuntur Theologi) quę huiuſmodi eſt, ut quæ contradictionem implicãt, ab eo fieri nequeant. A*lber. de agnoſcen. aſſert. Cathol. q.* 20. *nu.* 14.

Et iure merito hęc impie dicta Epiſcoporum reſeruationi, ac uiolatę religionis Iudicib. cenſuræ ſubiiciuntur; animus. n & mens talis præſumitur, qualem uel uerba, uel facta ipſa declarant: cum uoces ſint ſigna earum quæ ſunt in anima paſſionum: & ſermones ſint ingeniorum, & morum uelut imagines, *Felin. in c.* 1. *de pr. ſumpt. Si-*

man.

m incas in Cathol. Inſtit. tit. 50. *n.* 18. *Decius in l. ſemper in ſtipulatio. nibus ff. de reg. Iu. Menoch. l.* 6. *de preſump. Præſumpt.* 35.

Vltio diuina in blaſphemum.

VNde relatú non indignum eſt. q̄ probati ſcriptores Bononiæ in Gallia aſcribunt: Cũ in conuiuio gallus aſſatus diſſecaret, vnus conuiuarum. D. Petro, inquiebat, hunc gallum reintegrare impoſſibile foret; alius autem, quia nec ipſo Chriſtus id poſſet ſubiungebat: ad has voces, res mira, gallus proſilit, & colliſis alis iuſculum quo erat perfuſus, in diſcumbentium ora diffudit, blaſphemi vero lepra hæreditaria puniti, *D. Anton. tom.* 2. *tit.* 8. *c.* 7. §. 3. *Vinc. lib.* 25. *exemp. c.* 64. *Boer. dec.* 301. Beyer. *in v. blaſphemia.*

Quot modis atrox blaſphemia dicatur.

ADde quod licet de Iure trib. modis atrox dicatur blaſphemia. Primo ex perſona, vnde oĩs blaſphemia q̄ directe contra Deũ vel B. V. vel Sanctos euomitur, atrox nuncupatur. Secundo ex loco, vt cum in eccleſia, vel publico loco profertur. Tertio ex facto, vt cũ magnum ſcandalum ex ea ort eſt. *arg.* § *atrox, inſtit. de iniur.* attũ. Iudicis arbitrio, vel prudentis Confeſſarii, ſeu piis viri Iudicio inſpectis circunſtantiis loci, temporis, ac perſonæ, gradibuſque blaſphemiarum, remittendum hoc eſſe graues Doctores tradunt. *vt per Menochium l.* 2. *cent.* 3. *caſu* 263. *&* Marc *Ant. Gen. in praxi Neap. c.* 98. *& fauet. Caiet. in Summula in v. blaſphemia. Farinac. in* Praxi *crim. p.* 3. *q.* 107. *& conſ.* 30. *n.* 28. Barboſ. *in c.* 1. *de Maled. Tuſchus. in v. atrox delictum. concl.* 550.

Quomodo blaſphemia inter ſe ſpecies differant.

ILlud uerò annotandum eſt, blaſphemias illas, quæ hæreſim continent, ab illis ſpecie differre, quæ nullam hæreſim annexam habent. At alias quæ in Deum, vel B. V. vel Sanctos proferuntur, ſpecie inter ſe non diſtare, ſed ſolum materiæ ſubiectæ vel grauitate, vel leuitate; ſicut nec Iuramentum ſpecie differt, eo quod quis per Deum, aut Sanctos iuret.

Quò fit vt Confeſſarius inquirere non teneatur, an blaſphemia

in

in Deum, vel Sanctos coniecta fuerit, quaſi hæ duæ blaſphemiæ ſpecie diſtinguãtur, ſed ſolum (niſi ſit hæreticalis) iũ ſcrutari tenetur vt ſic de maiori, vel minori pctĩ grauitate iudicet, vt in cæteris peccatorum ſpeciebus contingere ſolet. *Sayr. l. c. num. 4. Suar. n. 18. Sanch. num. 37. Molfeſ. num. 30.*

Quæ ſententia vera eſt ſi ſequamur opinionem dicentium non eſſe neceſſario explicandas circunſtantias notabiliter aggrauantes dũ modo ſpeciem non mutent, &c. vt per *Sanct. c. 4. Dub. 1. n. 4.*

Quinam ſint peccati blaſphemiæ Iudices.

HOc ẽt eſt apud oẽs exploratũ, blaſphemiæ crimen quò ad externas pęnas ob eius atrocitatẽ, & grauitatẽ mixti fori, & publici Iudicii delictum dici, ideò utrumq; Iudicẽ tã Eccleſiaſticũ, quam ſecularem cognoſcere poſſe, ita ut præuentioni locus detur.

Et non ſolum; quemlibet ad accuſandum admitti, ſed etiam ad hoc faciendum à Iure cogi.

Nam primam partem huius propoſitionis diffinit Pius V. in Conſtit. Incip. *Cum primum*, & aſſerunt DD. *in c. cum ſit generale ext. de foro comp. Abb. in c. fi. ext. de maled. Azor. d. c. 28. q. 5. Mar. Ant. lib. 3. var. reſol. reſol.* 12. *num.* 1.

De blaſphemiis autem hæreticalibus, vel quæ manifeſtam ſapiunt hæreſim ſoli Inquiſitores cognoſcere ſolent, & ut aliqui uolunt, priuatiue, nimirum inhibendo quemcunq; alium Eccleſiaſticũ Iudicem, aut ſęcularem, ne de illis cognoſcat. ut ex *Pegna, & Simanca ait Sanchez. num.* 37.

Et ſic eſt de ſtylo curię, qui facit ius ut per *Gutiorez. in can.* 99. *l.* 1. *c.* 33. *Garzias p.* 1. *de benef. c.* 5. *num.* 87. *Menoch conſ.* 27. *n.* 19. & *l.* 2. *de Præſumpt. præſumpt.* 8. *Maſcard. de probat. concl* 141.

Addunt aliqui, eum ab Inquiſitoribus puniri non debere, qui nõ ex hæreticali credulitate, ſed ex quadam uehementi perturbatione blaſphemiam protulit.

Et quidẽ in generali Edicto Bononienſi Inquiſitionis hæreticæ prauitatis Cẽſori reſeruantur blaſphemiæ contra articulos fidei, ex conſuetudine prolatæ. *Comitulus lib.* 4. *reſponſ. Moral. q.* 9. *c.* 3. *La-*

zar. de blaſphemia. c. 5, num. 16.

Siquidem hoc blaſphemiæ crimen ex tribus cauſis oriri ſolet, nẽpe ex Dei odio uel Sãctorum; quomodo damnati & quidam homines perditi in hoc mundo blaſphemant, iuxta illud, Superbia eorum, &c. *Pſal. 73. D. Thom. 22. q. 13. art. 4.*

Secundo ex aliqua paſſione, ut inludentibus ex prauo uſu in Deum, uel ſanctos conuicia proiicientibus, qui ſane de hæreſi ſuſpecti habentur, ut poſt alios obſeruat *Menoc. l. 5. de præſump. præſump. 6. Genuenſ. in* Praxi Neap. *c. 23. num.* 11.

Tertio ex lapſu linguæ prodire ſolet, ut cum quis inaduertenter, & raro blaſphemat *Molſ. tr. 11. c. 3. n. 23.*

Quando autem blaſphemi dicantur leuiter, uel uehementer de hæreſi ſuſpecti, uidendus *Eymeric. p. 2. q. 41. &* Marc. *Ant. Gen. in Praxi Neap. c. 23. n. 11. & Lazar. n. 17. & ſeq.*

Sed quia impiorum hominum prauitas, & impudentia, eò prolapſa eſt circa blaſphemiæ uitium, ut in eo coercendo, exterioris fori pœnæ non ſufficiant, propterea aliam in interiori foro addendam Ordinarii locorum arbitrati ſunt, & ſeuero Pœnitentiariorum iudicio eius criminis abſolutionem reſeruarunt, præſertim ſi eius perpetratio in cõſuetudinem ſit inducta, qñquidem peccata eò grauiora, quò pluries iterata, & quò diutius animam alligatam detinent. *c. fin. de conſuetudine.*

Et uulnus iteratum tardius ſanatur, & frequenter peccans, & lugens, uix ueniam meretur, ſm̃ illud adagium: Improbe Neptunum accuſat, qui iterum naufragium facit.

Ea uix eſt remedio locus cũ uitia mores fiunt. *Bal. l. 3 conſ. 161.*

Vnde & in externis tribunalibus ſubreptitiam dici Principis ueniam, non facta mentione de iterato crimine multi tenuerunt. *Cened. ad.* Decret. *collect. 34. n. 4. Farin. in praxi crim. p. 1. q. n. 496. Garzias. de Benef. p. 8 c. 3. n. 28 Tiraq. de temp. pœnis. cauſa.* 10. *Victorellus in add. ad Tol. l. 3. c. 21.* ſimulque tenent

In relapſu reperiri peius aliquid, vilïuſque quàm in prioribus peccatis fuerit, iuxta illud *Hier. c. 2.* Quàm uilis facta es nimis iterãs vias tuas.

Non ſatis tamen apud Doctores conſtat, quis nam dicatur ex cõſuetudine blaſphemare: at probabilius diffiniendum, quot actus

ad

ad conſuetudinem inducendam requiratur, Iudicis vel Confeſſarij arbitrio id relinquendum videtur, per ea quæ tradit. *Alex. l.* 1. *conſ.* 77. *num.* 8. *Mantua ſing.* 606. *num.* 3. *Tuſchus in v. ſolitum concl.* 333. *Rota in nouiſſ. Diuerſ. p.* 2. *deciſ.* 72. *num.* 26. *Barb. in Collect. Iur. can. in c. cum tanto. ext. de conſuet.* Menoch. *lib.* 2. *de arbit. Iud. cent.* 1. *caſu* 81. *n.* 4. *& lib.* 2. *cent.* 4 *caſu* 175. *n.* 31.

Vbi ait, illum dici blaſphemare conſueuiſſe, qui non bis & ter, ſed qui ſæpius in illud vitium incidit. Idem tenet *Graff. lib.* 1. *de arbit. Confeſſ. c.* 27.

Si vero particulare de hac re iudicium ferendum ſit, dicerem neceſſario exigi, vt ſaltem quinquies ex quodam habitu, diuerſis temporibus blaſphemias protulerit, & ratio eſt, quia hoc uitium in linguæ lubrico conſiſtit, quod non ita facile ad pœnam trahendũ eſt. *l.* 1. *C. ſi quis Imperat. maled.* Maſc. *de prob. vol.* 1. *concl.* 194. atque idem ſentit. *Lazar. q.* 8. *num.* 5.

Quomodo quilibet ad denuntiandos blaſphemos teneatur.

QVò ad alteram propoſitionis partem, qua diximus, quemlibet teneri ad accuſandum hoc blaſphemię delictum, ſciendum eſt hoc apertè præcipi in Lateranenſi Concilio *ſeſſ.* 9. § *ad abolendam. & à Iulio III. in ſua Conſtit. incip. In multis.* & ante eum à Pio I. relato in *c. ſi quis per capillum.* 22. *q.* 1. vbi etiam ſtatuit, vt blaſphemi habeantur infames, & inhabiles ad quęcumq; beneficia, honores, ac dignitates reddantur, &c.

Epiſcopi etiam, & hæreticæ prauitatis Inquiſitores dum quotannis Edicta promulgant, blaſphemos ſub pęna excommunicationis latę ſententiæ denuntiari iubent.

Nec mirum videri debet; qñquidem ſecundum etiam Imperiales leges læſæ Maieſtatis conſcius grauiter puniri ſolet, ſi reos non prodiderit. *l. quis quis.* § *id qđ. C. ad l.* Iul. *Maieſt.* Dec. *in l. culpa caret ff. de reg. iur.* D. *Chryſ. ad pop. Antioch. Hom.* 5. *Borel. de Magiſt. l.* 3 *c.* 2.

Officium veri Dei cultoris eſt, non ſolum ab vſu Deum conuiciis impiè infectandi abſtinere, ſed illos etiã quos huiuſmodi vitio laborantes viderit, quoties blaſphemantes audire contingerit, admonitione frænare, & ſe propter hoc non emendantes ad fidei Cenſores deferre.

Atque idem cenſendum de aliis peccatis quæ in commune damnũ vergunt. *Alphonſus de Caſtro. l. 2. de Iuſta her. punit. c. 25. Melfi ſ. tr. 7. c. 24. Bonac. de cenſ. q. 6. pun. 1. & de obligat. denun.* Diſp. 6. *pun.* 2.

Blaſphemi quibuſnam denuntiandi ſunt.

QVare in hæreticales blaſphemias prorumpentes, de quibus vẽ diximus ſoli Inquiſitores cognoſcere ſolent, ad ipſos deferendi ſunt, non hæreticales autem Epiſcopo, vel Iudici ſęculari denuntiari poterunt. *Sanch. nu.* 47.

Quod procedit etiam ſi huiuſmodi hæreticales blaſphemiæ ſub cõditione proferantur, vt ſi quis diceret, non credo in Deũ, vel Deus eſt iniuſtus, ſi res hæc non eſt vera, vel meretrix quod nolo dicere Dei, ad deſpectum quod nolo dicere Dei. Eſt enim clarum in iure axioma, Proteſtationem contrariam facto non releuare. *c. ſollicitudinem. ext. de appel.* Mantica *Deciſ.* 100. *Surd. Deciſ.* 246. *Barb. c.* 9. *de Conſtit. Simancas tit.* 5. *num.* 7. *Albert. de agnoſc. aſſert. q.* 21. *num.* 9. *Ioan. Baptiſta Plotus in tract. de* Blaſphemia *num.* 17. *Finel. in caſ. ſelect. cap.* 3.

Sicut etiam diceretur iniuriam inferre qui diceret, tu mentiris ſal uo honore tuo. *Bart. in l ſi quis extraneus. ff. de acq. hæred.* Abb. *in c. cum.* T. *de re iud. Guido. Pap. deciſ.* 465. *Clarus in v. Iniuria. verſ ſed pono.* Quidquid dicat. *Laz. q.* 3. *n.* 29 & nonnulli alii.

Imò etiam ſi blaſphemias hæreticales per iocum, & ludum effundat, huiuſmodi cenſuræ ſubditur; quia vt ait *Pegna, p.* 3. *commen.* 17. & *Sayr. in claui regia. lib.* 6. *c.* 3. *n.* 27.

Non patitur ludum, fama, fides, oculus.

Prædicta tamen Decreta, & Edicta intelliguntur ſeruato ordine, qui à b Euangelio præcipitur, nempe vt ſi blaſphemia ſit publica, aut ſi ſecreta, deſperetur fore vt correctio proſit, ſtatim denũtietur: ſi verò occulta ſit, ac ſpes ſubſit, vt fraterna correctio ꝓficiat, illa præmittatur. Barth. *Metina in Inſtruct. Confeſſ. lib.* 1. *c.* 14. *Roderiq. p.* 1. *c.* 34. *num.* 6. & *in qq. regul. tom.* 1. *q.* 5 *art* 6. *Tolet. in ſumma lib.* 4. *c.* 5. *nu.* 1. *Sayr. in claui reg. lib.* 11. *c.* 4. *num.* 29. *Nau. conſ.* 10. *de off. ord.* Megalus *lib.* 1. *Inſtit. Confeſſ. c.* 5. *num.* 31. *Bonac. de oblig denun. d.* 6. *p* 1. §. 8. & *de cenſ. d.* 2. *q.* 6. *pun.* 1. *num.* 17. *vbi num.* 19. cum communi

re-

reſoluit terminum in Edictis poſitum non cenſeri incipere niſi poſt fraternam correctionem præmiſſam, & per conſequens excommunicationem non incurri niſi prius ipſa monitio ſit adhibita.

Quod maximè locum habere poteſt ſi quis aliòqui bonæ conditionis vir aliqua animi perturbatione commotus ex ſubreptione, vel linguæ lubrico (quod ream mentē non facit. *c. homines 22. q. 2 Tuſc. in v. lubricum. concl. 444*) blaſphemias euomeret; quandoquidem ſic blaſphemans non dicitur ſuſpectus de hæreſi, vel ſaltem leui ſuſpicione laborat; at nō ob leuem, ſed ob vehementem, denuntiationem faciendam probabilius Doctores tradunt. *Alphonſ. de Caſtro l. 2. de iuſta hæret. punit. c. 25. Marc. Anton. Gen. c. 23. n. 11. Simancas tit. 50. num. 28. Laz. q. 12. n. 32.*

Quinam denuntiare teneantur.

Adeò autem hoc denuntiandi ius aſtringit, vt perſonæ quæ priuilegiatæ dicuntur, ab hac obligatione non eximantur, ſi aliæ quæ hoc munus obeant, non reperiantur.

Vnde aliqui inferunt; filium teneri deferre patrem hæreticales blaſphemias ex conſuetudine proferentem, fratrem pariter teneri denuntiare alterum fratrem, vxore virum, famulum ſuum Dominum, &c. cum hoc crimen melius per domeſticos, quàm per alios probari poſſit. vt ait *Pegna 3. p. ad Direct. Inq. comment. 119. Comitulus lib. 4. reſponſ. q. 8. Lazar. l. 5. num. 57. & ſeq. Rota Rom. apud Farinac. p. 2. Deciſ. 772. Pariſius conſ. 13. num. 34. Barboſ. in c. in litteros ext. de teſtibus.*

Hanc tamen ſententiam in praxi non facile ſequendam arbitror tùm quia cognati excepto hæreſi crimine, ad hoc à Iure non coguntur; tū ēt qa pater, & filius, maritus, & vxor, & fratres inter ſe, cenſentur vna, & eadem perſona, at iuri naturali repugnat ſeipſum, apud Iudices accuſare, ergo, &c. *l. fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. Ariſt. l. 5. Eth. c. 6. & c. Martinus. de cognat. ſpir.*

Adde, hoc raro admodum fieri poſſe abſque periculo damnorū, quæ in vita, honore, bonis externis, & in communi pace inferri contingeret. Atque ſic tenet. *Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. centur. 5. caſu 487. & Sayr. lib. 12. clauis reg. c. 20. dub. 7. propoſit. 3. vbi alios citat.*

&

& *Auila de cenſ.p.2.c.v.diſp. v.dub.2.* Megal. *lib.1. Inſtit.confeſſ.c.5.num.28.Graſſius conſ.1.de teſtib.cogen.num.17.* Gutierez *lib.1.can.qq.c.11.num.55.Bonac.de obligat.denunt.d.6.pun.1.§.3.nu.4.Corrad.p.1.reſp.q.115.in Add.*

Et vt ait *Nau.in c.inter verba.11q.13.concl.6.n.822.*

Raro euenire ſolet vt ob denũtiationem factã ab huiuſmodi perſonis priuilegiatis aliquod damnum non inferatur.

At,vt aliàs diximus,aliud eſt eſſe blaſphemũ,aliud eſſe hæreticũ cum blaſphemiæ, vt plurimum abſque aliquo errore intellectum inficienti proferantur.

Excepto etiam crimine læſæ Maieſtatis,& hæreſi,excuſantur ſeruià delatione dominorum.*l.pen.C.qui accuſare non poſſunt.Simanc.in Cathol. Inſt.tit.61.n.13.arg.Farinac.q.55.inſpect.3.n.210.*

Quando denuntiatio facienda.

IN omni autem caſu,quo quis de Iure blaſphemantem denunciare tenetur, quamprimum nullo expectato termino id facere debet. *arg.l.in õib.ff.de reg. Iur.* Quod in omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur,pręſenti die debetur.Et *Eccleſ. c.5.* Si quid vouiſti Deo ne moreris reddere.*Sanch.l.4.de precept.c.14.*

Qui ſi ſe id quam primum facturum pænitens promiſerit abſolutionis beneficium ei denegandum non erit.

Si autem terminum ſcienter elabi permiſerit,excommunicatione ab Edicto Inquiſitoris inflicta innodabitur:à quo excommunicationis vinculo ſi ipſi Inquiſitori reſeruata fuerit,Pænitentiarii abſoluere non valent,niſi prius denuntiando S.Inquiſitionis Officio ſatisfecerit.In quo poſtea caſu etiam ab habente facultatem abſoluendi à maiori excommunicatione nemini reſeruata (quam habet quilibet Confeſſarius)pænitens abſolui poterit,&c.*Lazar.de monit.ſect.4.q.13.& de blaſphemia.q.12.n.79.* Vt patet etiam ex Edicto M.R.Pauli Gareſii Inquiſitoris Bonon. Et ſi *Bonac.de cenſ.d.3.q.6.p.1.n.40.* indiſtinctè,modo delictum occultum ſit, ab habente epiſcopalem poteſtatem abſolui poſſe ſentiat.

Nec exiſtimet quis denuntiando exploratorem, ſeu delatorem vocari,nam præterquam quod deferentiũ nomina ſecreta retinentur

tur. *in c. ſtatuta §. iubemus. de heret. in 6.* Dei honor, & gloria cũbus rebus anteponenda ſunt, *c. relatum. ext. de ſent. excommunicat.*

Et cum honor ſit virtutis præmium, non per vanam filiorum huius ſæculi opinionem, ſed per ſola peccata amittitur.

Nec dedecus eſt errantem fratrem ad patrem, qui eum corrigere poteſt deferre, niſi his, qui legem Dei, & Chriſti Euangelium obſeruare ſibi dedecus eſſe putant de quibus Chriſtus ipſe dicit: Qui me erubuerit, & ſermones meos coram hominib. erubeſcam & eum coram Patre meo. *Luc. c. 9. arg.* quod ait *Salon. 22. q. 62. a. 2. cont. 11.*

Monitum.

VBi notandum quod ſi blaſphematores ſponte coram Inquiſitore compareant, ſe ipſos accuſando, & delictum humiliter in externo iudicio confitendo temporales pœnas euitabunt, ex *Conſtit. Iulij 3. Incip. in multis* & tradit P*egna. in 3. par. ad Direct. Inq. comment. 13. & Lazar. q. 12. nu. 83.*

Et regulariter ſponte aliquod delictum confitens mitius eſt puniendus. *c. vlt. vbi gloſſ. ext. de furtis. Ariſt. 2 reth. cap. 3. Simancas in Cathol. Inſtit. 47. Valent. in 1. 2. d. 3. q. 10. pun. 2.*

Quinam in caſum blaſphemiæ reſeruatum non incurrant.

EX hactenus dictis facile dignoſci poteſt, quinam in caſum blaſphemię Illuſtriſſimo noſtro Archiepiſcopo reſeruatum incurrant, & vel non incurrant. Non enim incurrunt.

1 *Exceptio.*

PRimo qui blaſphemant, per corpus, & ſanguinem Dei, nam ſi mala abſit intentio, etiam à mortali culpa excuſantur. *Caiet. in v. blaſphemia Nauar. c. 12. num. 85. & eſt communis ſententia. Lazarius q. 2. n. 11.*

2 *Exceptio.*

SEcundo, qui dicunt ad conſpectum Dei, proprie enim illa verba innuunt, aliquid Deo cernente fieri. *Pſ. 137. gl. in c. & venit de pæn. d. 1.*

Vbi

Vbi etiam notandum eſt, uerba blaſphemiæ proferentes ſi vim verborum ignorent, vt idiotæ ſolent, non eſſe blaſphemos proprie cenſendos *Graff l.1.caſ.reſ.c.*10.*n.*49.*Sanct c.*2.*Dub.*1.*n.*15.*arg Alex.l* 6.*conſ* 233.*Corneus.vol.* 1.*conſ.* 181.*Franc.Vegius.conſ.* 48. vbi tradunt proferentes aliqua verba generalia, quæ blaſphemiam inducere poſſunt, & non inducere, excuſari à blaſphemia, cum eum ſenſum amplecti in dubio debeamus, per quem delictũ excludatur.

3 *Exceptio.*

TErtio, qui aliquid affirmare volens, imprudenter diceret, Hoc tam verum eſt, ſicut Dei Euangelium, &c. nam & ſi hæc verba blaſphemia cenſeantur. vt per *Sotum lib.* 8.*de Iuſt.& Iur.q.*2.*art.* 3.*Graffium lib.* 2.*deciſ aur.c.*19.*n.*14 *Sanchez num.*31.*Bonac.tom.* 2.*d.*3.*q.*8.*p.*1.*Suar.tom.* 1.*de relig. tr.*3.*l.*1.*c.*6.*nu.*12.*Sanct.c.*2.*Dub.* 1.*nu.*19.

Non eſt tamẽ atrox, qualis hic ad Illuſtriſ. Archiepõ reſeruatur.

4 *Exceptio.*

QVarto, qui in mente tantum etiam atrociter blaſphemauit, & ſi enim ſic mortaliter peccauerit, quia vt dicebat Marcus Eremita, Deus actiones ſecundum propoſitum æſtimat, iuxta illud *Pſalm.* 19.

Tribuat tibi Dominus ſecundum cor tuum, & idem probat. *D. Aug.lib.*1.*de lib.arb.c.*3.

Nec illum, Ethnicum latuit, qui dixit; *Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas, &c. Staplet.in Prompt. moral.in Dom.*16 *poſt Pentecoſt.*

Non tamen illud peccatum reſeruationi ſubiacet, cum de occultis eccleſia non iudicet. *c.erubeſcant.diſt.* 32.

Sicut de hæreſi mentali communiter DD. dicunt; vt proinde à quolibet Confeſſario abſolui poſſit. *Sanct.de hæreſi c.*3.*dub.*1.*num.* 40.*Bonac.de cenſ.d.*3.*q.*5.*pun.*35.

5 Exceptio.

QVinto, Non qui bis, ter, vel quater, poſt vltimã confeſſionem interpollatis vicibus, & temporibus blaſphemauit. *Lazar. q. 8. num. 6.* Niſi tamen breuior numerus à reſeruante ſit appoſitus, vt hic in caſu noſtro, quo declaratum eſt, illum comprehendi, qui poſt impenſam ſibi ſemel abſolutionem iterum lapſus eſt. Eum verò, qui nunquam fuit abſolutus, illo ligari, ſi hoc ſcelus ſaltem quinquies diuerſis temporibus perpetrauerit.

(Quare tabella caſuum reſeruatorum quæ aliquãdo quò ad eorum qualitates mutari ſolet inſpicienda eſt.)

Et ſi verum eſt quod aliqui ſentiunt, non eſſe mortalem blaſphemiam ex ſubreptione prolatam, etiam ſi ex praua conſuetudine, & lata culpa procedat; quando ſcilicet inaduertentia, & indeliberatio eſt cauſa in illam prorumpendi, dicendum erit, talem etiam blaſphemantem ſic venialiter peccantem, non incidere in caſum, &c. *Suar. l. 1. c. 9. Sanch. num. 43. & lib 3. c. 5. q. vlt. n. 34. Nau. c. 12. n. 84. Graſſ. l. c. n. 8. Lop p. 1. c. 51. & alÿ multi.*

Qđ ego in eo non facile admitterẽ, qui eſt blaſphemare aſſuetus, & ſe emendare, prauamque illam conſuetudinem extirpare non curat. *Sayr. lib. 6. clau. reg. c. 13. num. 6. Tolet lib. 4. c. 1. Sanch. lib. 2. cap. 32. num. 43.*

Sicuti etiam vix à lethali noxa excuſantur, qui ex inolita conſuetudine quam extirpare non ſtudent, maledictiones in filios, vel famulos proiiciunt.

Quas eſſe quoddã blaſphemię genus aſſerũt morales Scriptores, vt dixi in *Comment. de Exam. Eccleſ. par. 1. tr. 7. cap. 35. quaſt. 135. contra Sanct. de blaſph. c. 4. dub. 1. num. 12.*

6 Exceptio.

SExto, nec pueri, qui non ſunt doli capaces, qui peccatum mortale committere non poſſunt per à nobis adducta *ſup. p. 1 c. 3.*

Nec etiam ex mente Illuſtriſſimi in tabella declarata impuberes ante 12. annos expleros, qui & ſi mortaliter delinquere poſſint, cum

tamen perfecto vſu rationis, vel ſaltem abſoluta diſcretione præditi non cenſeantur, à reſeruatione eximuntur: DD. *in c. 1. ext. de delictis puerorum.*

Idem dicendum eſt de ſenibus, qui ob decrepitam, vel capularẽ ætatem delirantes, linguam in verba blaſphemiæ relaxant, iudicii enim, & rationis expertes ſunt, ideò ab omni pæna excuſantur.

Hinc ille apud Claudianum:

Si non mentis inops, fraudataque ſenſibus ętas
Præberet veniam, nunquam hęc opprobria linguæ
Turpia Danubius me ſoſpite, ferret inultus.

Tiraq. de temp. pœnis. can. 8. *Simancas in Cath.* *Inſtit. tit.* 1 *nu.* 15. *Farinac. eodem tit. q.* 92. *num.* 22.

Eadem ratione idem de ebriis, & dormientibus furioſis ſtultis, & mente captis ſentiendum, vt poſt eundem *Tiraq.* ait *Sayr. d. c* 13. *n.* 25. *& Pegna. p.* 3 *direct. Inquiſit. com.* 17. *&* *Laz. de blaſph. q.* 8. *nu.* 47.

Vbi obſerua quod ſicut ex defectu iudicii, mente captus furioſus, vel ſtultus in delictis à lethali culpa excuſatur, ita etiam ſi quis dum eſſet ſanæ mentis mortale peccatum commiſit ſi poſtmodum mente captus efficiatur, vel rationis vſum amittat, & in eo ſtatu vltimum diem claudat, in ęternam damnationem incurret, vt eſt commune Theologorum placitum. Et etiam tradit *Iaſ. in l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur.* Dementia vero quomodo probetur, & per quæ ſigna tradit. *Menoch. de præſumpt. l.* 6. *q.* 45. *& Tuſchus. in v. furor concl.* 541.

Ex quibus etiam Parochus, & Confeſſarius dignoſcere poterunt quando quis ob mentis defectum, ſacramenti pænitentiæ, & ſacroſ. Euchariſtiæ ſit capax, vel non.

7. *Exceptio.*

SEptimo, in caſum non incideret, qui aliquam blaſphemiam materialem, & venialem, vel leuem ob materiæ paruitatem proferret; vt ſi quis de SS. Criſpino, & Criſpiniano per iocum diceret, quod fuerunt ſutores: aut de SS. Ioanne, & Paulo germanis, quod eunuchi fuerint, &c. *Bannes,* 22. *q.* 13. *art.* 2, & alij.

Qui

Quinam incurrant.

E Contra vero colligitur, in hunc caſum incurrere.

1 *Comprehenſio.*

PRimo, qui verba hæreticalia, vel atrocia aduertendo profert, & qui Chriſti fidem, Euangelium, uel ſacramenta abnegat, vt qui dicit, Ad deſpectum Dei, vel Dei meretrix; etiam ſi illæ blaſphemiæ ſub conditione euomantur. &c.

2 *Comprehenſio.*

SEcundo, qui B. Virginem, vel Apoſtolos, vel alios Sanctos impio ore, & nefarijs conuiciis proſcindit, vt dicendo: maledicta Dei genitrix, vel maledictus D. Petrus, &c.

Vbi nota, quod & ſi caſus de blaſphemia in Sanctos prolata loquatur, eius tamen diſpoſitio locum habet etiam ſi contra vnum Sãctum, vel Sanctam proferatur; cum ex Iuris regula, Pluralis locutio in ſingularem numerum reſoluatur.

Et maſculinum genus pariat fœmininum. *DD. in l. 2. ff. de regul. iur. Euerard in top. leg. in loco à vi numeri.* Et ſic attenditur communes vſus loquẽdi. *c. 7. de ſponſ. Menoc. conſ. 509. Surd. conſ. 313. n. 8.*

3 *Comprehenſio.*

TErtio, qui verbis obſcœnis, Deum, B. V. vel alios Sanctos inſequitur, de quibus paſſim ſupracitati Doctores differunt, nec enim mens fert animus immundas, & nefandas illas blaſphemias, & imprecationes propriis verbis exprimere.

Blaſphemia eſt proprie vilium, & abiectorum hominum.

IN quas incidere ſolent nebulones, muliones, rhedarii, nautæ, ruſtici, & huiuſmodi viles homines. Nam qui blaſphemiæ pecca-

tumperpetrant, abiectæ ſunt vitæ, & barbarorum morum, ſuam famam paruifacientes, qui cum ſine ratione, & lege viuant, quæ ſibi mala eueniunt Deo tribuunt, & iræ furore ebrii, ipſi Deo, & Sanctis in Cœlo regnantibus, impio ore multa inhoneſtè, & impudenter effutiunt. *Roderiq. tom. 2. qq. regul. q. 5. art. 6.*

Conſuetudo blaſphemandi non excuſat.

HÆc autem praua blaſphemandi conſuetudo, quæ ob alicuius ſiniſtri euentus, aut vexationis occaſionem videtur (vt ipſi falsò dicunt) huiuſmodi delicti neceſſitatem inferre, eos delinquentes nec in interno, nec in externo foro excuſat. vt etiam tradit *Farinac.* vbi multos citat. *tract. de delict. & pęn. q.* 21. *num.* 46. *Azor. lib.* 9. *c.* 28. *quæſt.* 17. *per c. fin. ext. de conſuet.*

Atque huc confert, quod à *Plutar. in apoph.* refertur de Lacone quodam, qui ad eum, qui puniebatur, & dicebat, ſe inuitum & coactum peccaſſe caſtigaberis, inquit, & inuitus, & coactus. *Tiraq. l. 6. cau.* 37.

Imo licet, in delictis fœminei ſexus fragilitati compatiendum ſit, cũ in fęminis minus rationis, quã in viris inhæreat, in crimine tñ blaſphemiæ non excuſandas, ſed grauius puniendas optima ratione dixit *Decian. in tract. Crim. tom* 2. *lib.* 6. *c.* 5. *& Farinac. de pœnis temp. q.* 98. *cauſa* 10. *num.* 19. vbi teſtantur, Venetiis plures flagitioſas fęminas ob blaſphemiam in linguæ abſciſſione plexas eſſe.

Praxis obſeruanda circa confeſſionem, & abſolutionem atrociter blaſphemantis hæc erit.

CIrca confeſſionem obſeruandum eſt, non ſufficere pęnitentem dicere, quod blaſphemauerit, ſed Pænitentiarium, & Confeſſarium inquirere debere.

Primo, quam blaſphemiam protulerit, an aduertenter, an ex ſubreptione, an ſit blaſphemare conſuetus, &c. vt ſcire poſſit an ſit hæreticalis ab aliis ſpecie differens, uel atrox, ut ſit caſus reſeruatus.

Item Secundo, an illa blaſphemia ſit in Deum, B. Virginem, uel Sanctos prolata, quia, ut ſupradiximus, etiam ſi non ſpecie, grauitate

tamen, uel leuitate inter ſe diſtant. ex *Sayro l. c. num. 4. Regin. l. 18. c. 14. num. 201. Graff. de arb. confeſſ. l. 1. c. 26. & ſeq.*

Cum longe grauius ſit contumelias in Deum, uel B.V. quàm in Sãctos conijcere, & tutior ſnĩa ſit circũſtantias notabiliter aggrauantes neceſſario in confeſſione explicandas eſſe, & ſi ſpeciẽ non mutẽt.

Sicut furti quãtitas non ſolum ob reſtitutionem faciendam aperienda eſt, ſed etiam ad manifeſtandam delicti grauitatem. Non tamen explicandum eſt contra quem Sanctum prolata fuerit, cum notabiliter diuerſum iudicium non formetur. *Sanct. c. 4. dub. 1. Suarez. tom. 1. de relig. tr. 3. l. 1. c. 6. Regin. l. 18. c. 4. num. 201. Sanch. l. 2. de precept. c. 32. num. 39.*

Tertio, ut dignoſcere poſſit, an in illa blaſphemia unum, uel plura peccata inuoluantur, nam plures deformitates continet blaſphemia illa, qua quis ſimul Deo, & B.V. & Sanctis maledicit, quia plures contumelia afficit, ſicut ſi uno ictu plures perſonas occideret, ut contra *Nau. c. 6. num. 19. &* Roderiq. *p. 2. c. 214. num. 3. & Zerulam in praxi pęnit. q. 12. q. 48. tenet Azor. lib. 4. Inſtit. mor. p. 1. c. 4. q. 5. Lazar. c. 8. num. 36* & alij.

Quarto, de numero ſaltem probabili interrogare debet, cum ad confeſſionis integritatem expreſſio tàm ſpeciei, & circunſtantiarum peccati, quàm numeri neceſſaria ſit, ut de ruſticorum confeſſione in caſu blaſphemiæ admonet *Nauar. conſ. 12. de pænit. & remiſſ.*

Et certum ſit, ad officium Pęnitentiarii, & Confeſſarii ſpectare quatenus eſt Iudex, & Medicus, pęnitentem interrogare, ut omnia lethalia peccata, numerus, & eorum circunſtantiæ exprimantur, cũ nempe acciderit. pænitentem ipſum reum, & ęgrotum, aliquid de his neceſſariis omittere. *Sot. in 4. ſent. diſt. 18. q. 3. art. 4.* & alij.

Monita.

CAueat autem Pęnitentiarius nè dum pænitens confitetur, eum aſperis uerbis deterreat, ſed potius humanitate attrahat, ut animi morbos confidenter aperiat, vt iuxta *Iob. c. 26.* obſtetricante manu, ideſt diſcretione prudentis Confeſſarii educatur coluber tortuoſus, ideſt Diabolus de anima peccatoris.

Boni rectores ex ſua infirmitate aliorum infirmitates penſantes

ma-

magis per humilitatis, & manſuetudinis leuamentum, ſtudent peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per auſteritatem in foueam perditionis propellere, ait. D. *Hier. relatus in c. recedite. diſt. 45.*

Et vt idem ait *in c. importuna. de pœnit. diſt.* 1. Vbi peccator intelligens vulnus ſuum tradidit Medico ſe curãdum, ibi non eſt virga neceſſaria, ſed ſpiritus lenitatis.

Vnde, & *Plutarchus in pracept. connub.* vt oſtendat virum plus comitate quàm vi, & clamore apud proteruam uxorem proficere, lepido exemplo ſolis ac aquilonis hoc probat.

Ideo dicebat. *D. Ambroſ. l. 1. de off. c. 23.* quod monitio debet eſſe, abſq. aſperitate, hortatio ſine offenſione.

Peracta confeſſione vinum, & oleum infundat ſuper vulneribus ſauciati, ideſt oleo diuinæ miſericordiæ deſperantem erigat, & vino diuinæ iuſtitię, & diſciplinæ, impęnitentem emolliat. *DD. in c. omnis de pęnit. & remiſſ. & in c. 1. §. quibus. de pænit. diſt. 6.*

Quanam in abſoluendis blaſphemis obſeruanda.

Circa abſolutionem aduertendum eſt, an ille qui blaſphemauit, errorem in intellectu habeat, an ſcilicet crediderit, quod blaſphemando protulit; ſic enim in excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam incidiſſet, & ad Inquiſitorem remittendus eſſet. *Simancas in cathol. Inſtit. tit. 3. Pegna. 2. p. comment. 25 Guttierez. lib. 1. qq. canon. c. 13. num. 7. Sanchez. lib. 2 de pracept. c. 12. num. 5.*

Vel ab eo abſoluendi facultas petenda eſt, quam (cum ſit ad vniuerſitatem cauſarum delegatus) in caſu particulari occulto ſubdelegare poterit; ut aiunt prædicti DD. *& Roderiq. in qq. regul. tom. 2. q.* 81. *art. 4. & Miranda. tom. 2. q. 7. art. 4. & q. 34. art. 14. Graff. p. 1. l. 2. Deciſ. Aur. c 9. Vict. in Annot. ad Viual. ſuper Bullam Cana Domini Duard. in Bulla Cœna Domini l. 3. §. 2. q. 12.* cõtra *Farinac. de hęreſi q. 92. Bonac. de cenſ. d 2. q. 5. pun. 3. Sanct. de hæreſi c. 5. Dub. 6.* aſſerentes Inquiſitores, & Epiſcopos non poſſe hæreticos abſoluere in foro conſcientiæ, &c.

Secundo, quod talis blaſphemus, qui in Deum, vel Mariam Virginem, vel Sanctos maledicta coniecit, ex diſpoſitione Lateranenſis Concilii, abſque grauiſſima ſeueri Confeſſoris arbitrio iniuncta pęni-

nitentia abſolui non debet. Sed vt *Syl. Armil. Azor. Sayr. Suar. Reginal. & Sanchez. Sanct.* communiter tradunt, huiuſmodi Decretum quòd attinet ad talem grauem pęnitentiam imponendam, non eſt utentium moribus comprobatum.

Excogitanda quidem, & iniungenda eſſet grauis ſatisfactio, vt tantum malum quò ad fieri poteſt, eradicetur, præſertim quod vt ille dixit:

Accendit culpam facilis dimiſſio pęna.

Quænam pænitentia blaſphemis imponenda.

CVm tamen hodie omnes pęnitentiæ ſint arbitrariæ, illæ erunt in iungendæ ſatisfactiones, quas Confeſſarius in Domino expedire iudicauerit, & quas probabiliter credit ipſum pęnitentē implere poſse, ne eas violando noua ſe culpa oneret. *Graff. de arb. Conf.* l.1.c.25. *Molfeſ. tract.* 11.c.3.*num.* 37. *Sanctarellus de blaſphemia c.7. Dub* 1. ubi etiam ex communi notat eis qui maximis peccatis, vel grauibus pęnitentiis ſunt onuſti, itaut difficile ſit ipſis nouam, & cōgruam pęnitentiam imponere, ſuadendum eſse, ut plenarias indulgentias lucrentur, &c.

Multum intererit, ſi Sacerdos blaſphemię crimen, quàm immanè ſit, & quantis iuris pęnis ſubiectum, oſtendat, & ſceleris grauitatem exageret; nam pęnitentes facilè labuntur, uel quia culpam neſciunt, uel non ita grauem.

Caueat ergo Pęnitentiarius, & Confeſſarius, nè ſit canis mutus, cum indiſcretum ſilentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquat, & teſte *D. Amb. l.1. off.*

Non ſolum otioſi uerbi uerum & uitioſi ſilentii rationem reddituri ſumus in die Iudicii.

Et Confeſsarius qui delinquentes non arguit, ipſo tacendo occidit. *c. Epheſiis. d.* 43.

Et aliquando præſertim erga ruſticos, & uiles homines aſperis utatur uerbis, nam ex D. *Anton.* ſententia. 2.*p. tit.* 13.*c.* 19. Ruſtici, & idiotæ ex lenitate ſermonis peccata parui pendunt.

Clauis quippe apertionis eſt ſermo correctionis, quia increpatio culpam detegit, quam ſæpè neſcit ipſe etiam qui peccauit. *c. ſi rector. diſt.* 43.

Ca-

Cauere tamen debet, ne nimius, aut concionabundus in his ſit, vna enim de conditionibus confeſſionis eſt breuitas, ab ea tàm ex parte Confeſſarii, quàm pęnitentis, quæ ſuperflua ſunt, excludens.

Antequam abſoluat, de diſpoſitione pęnitentis certior fiat, an ſcilicet de perpetratis delictis doleat, & in futurum abſtinere ꝓponat. Cui tamen cum ſit non tantum reus, accuſator, ac uindex ſui, ſed teſtis integer, pro ſe & cõtra ſe credendum eſt. *Suar. d.* 32. *ſect.* 2. *Hēr. l.* 3. *c.* 26.

Penitentis dicto an ſtandum ſit.

SIcut etiam ſuper confeſſione ſtandum eſt ſimplici uerbo petentis Euchariſtiæ, aut extremę unctionis ſacramentum, ſi dicat religioſis, & regularibus, ſe confeſſum; niſi tamen ei obiici poſſit, quod ſit excommunicatus, aut notorius peccator, &c. *Extrauag. inter cunctas tit. de priuileg. Nau. in c. placuit n.* 171. *de pęnit. diſt.* 6. *Piaſecius in praxi epiſcop p.* 2. *c.* 1. *num.* 18. *Maſcar. de prob. tom.* 1. *concl.* 12. *Regin. p.* 1. *c.* 7. *num.* 67.

Hic. n. facit illa Iuriſtarum aſſertio, quod in his, quę ab animo noſtro dependent ipſius rei conſcientiæ fides adhibetur, modo alteri præiudicium nõ inferatur. DD. *in c. ſignificaſti el* 2. *ext. de homicid. Idem Maſcard. d. c. concl.* 45. *n.* 48. *Viual. in cand. aur. de Irreg. n.* 37.

Hinc *Lapus alleg.* 126. probat dictum hominis fide digni in foro tàm interno, quàm externo excuſare, propterea immunem fuiſse quendam religioſum à pœna *Clem.* 1 *de priuileg.* qui credidit matronæ graui aſſerenti ſe habere licentiam à proprio Sacerdote, &c. atq. ibi tradit in his quæ ad pęnitentiale forum ſpectant, facile credulitatem permitti; cum in his quis calumniari non præſumatur. ſequitur. *Tiraq. de temp. pęnis cauſa* 51, *nu.* 32. *& Sanchez, lib* 9. *de mat. d.* 32. *num.* 5. *Tuſch. in v. Aſſertioni concl.* 536. *Conar. in Pract. qq. c.* 32. *Farinac. de Inquiſit. q.* 8. *num.* 113.

Præſeruatiua pęnitentia iniungenda.

VT in futurum abſtineat, pręſeruatiuam aliquam pęnitentiam imponat, vt ꝙ bis, vel ter in die terrã lingat, amarum lupinũ dentibus terat, ut in aliquo die hebdomadæ cum ſolo pane, & aqua ieiu-

ieiunet, ſeptem Pſalmos Pęnitentiales flexis genibus recitet; & ſaltè ſemel in menſe ſacramentali confeſſione peccata ſua expiet; & Litanias de nomine Ieſu, & B. V. quibus eorum laudes continentur, cum aliis precibus recitet; aut ſi non poſſit, legere neſciens, illud ſæpius vſurpet: Laus, honor, & benedictio ſit Deo, & omnibus Sanctis, &c. *Reginal.p.1.l.7.c.6.num.73.*

(An autem ſi pęnitentiam pręſeruatiuam acceptare nolit, impęnitens iudicandus ſit, ita ut abſolutionis ſit incapax. uide *Sanchez. de præcept.l.3.c.5.num.17.*)

Magis autem ſęuiendum erit in parentes, & maiores (quorum deploranda conditio eſt) ſiquidem horum exemplo cęteri ſimiliter delinquunt, & præſertim pueri, qui paternos malos mores facilè induunt, & tanquam hęreditario iure ſuſcipiunt.

Et ad memoriam reuocandum eſt, quod refert D. *Greg. lib. 4. dialog. c.16. &* DD. *in c.1. ext. de delict. puer.*

Puerum quendam, quintum nondum ætatis annum excedentē, quod blaſphemias in Deum coniecerat, prout à parēte didicerat, ex paterno ſinu à Dæmone ui fuiſſe ſublatum.

Quippe ut ait idē D. *Greg. l.6.ep.*187. Parentū uerba nutrientiū lac erunt ſi bona, uenenum ſi mala erunt. In foro tamen externo pater pro filio ſic delinquente pœnam non ſubibit; Iure enim ciuili traditū eſt ne unus pro altero teneatur *tot. tit. C. ne filius pro pat. Pariſius vol.4.conſ.*168.

Quando abſolutio ſit differenda.

QVin imo Confeſſarius qui huiuſmodi perditos hoīes blaſphemare ſolitos audierit, ſi nullam ex elapſis confeſſionib. ſecutā emendationem viderit, debebit per aliquod tempus abſolutionem differre. *Tolet.lib.3.c.18. Azor. lib.9.c.28.q.18. Sayr.l.c.dub.6. Graf. lib.1.deciſ.aur.c.20. & de arbit. Confeſſ.lib.1.c.18. Henriq lib.1.de pœnit.c.24.num.4. & c.29.num.2. Sā in v.abſolutio. num.12. Corrad. par.1.caſu 15. Camp. Rub.11 c.26.num.86.*

Regulariter enim praxis illa obſeruanda eſt, vt ſolutioris vitæ, & perditorum morum homines non ſtatim abſoluantur, nec ad ſacram ſinaxim admittantur, ſed biduum, aut triduum, in prępa-

randis animis impendere debent, & ſacris meditationibus, lachrymis, & pęnis, ſordes eluere; & impuras, impiaſque conſuetudines, & flagitia, quibus detinētur dimittere: *Nau. c.* 21. *n.* 95. *Tab. in v. communicare num.* 9. *Pet. Sot. de remed. peccatorum lect.* 6.

Si tñ certa ſigna ſacrilegæ illius impietatis exuēdæ dederint, nec in aliud tempus abſolutio ipſa cōmode differri queat, abſolui à peccatis poſſunt, impoſita ſalutari pęnitentia, ac tanto ſceleri debita. Præſertim ſi blaſphemus eſſet in aliquo gradu, vel dignitate conſtitutus, vt qui plus cæteris per omnia paribus peccare videatur; tùm quia magis contemnit, qui plus à Deo recipit, nec recognoſcit: tùm quia eius peccata ab aliis in exemplum trahuntur.

At *Sanchez. d. capit.* 32. *num.* 45. *& Sanctarellus de blaſphemia c.* 5. *Dub.* 4. *num.* 8. *& ſeq.* probabiliter aiunt, huiuſmodi hominem ſi nunquam eſt admonitus, vt illam conſuetudinem deponat, vel ſæpe in aliis confeſſionibus monitus eſt, & aliquid operæ, & ſtudii, ad eã euellendam collocauit, debere ſtatim abſolui. Quinimo etiam ſi nil curæ ad emendationem appoſuit, & ſæpius eſt admonefactus, in rigore abſolutionis beneficium denegari non poſſe, ſi vere de preteritis doleat, ac in poſterum firmiter vitæ emendationem proponat; quia nullam occaſionem extrinſecus habet, vt vel ſic abſolutio impediatur, ſed ex carnis fragilitate peccat, vt in aliis vitiis contingit. Eò maxime, quod, vt ſuperius dixi, vitę emēdatio difficilis eſt, & animoſa paſſio momentaneo remedio non curatur, &c.

Remedia contra blaſphemiam.

VNde etiam admonet *Gulielmus Cantarellus lib.* 1. *var. qq. c.* 38. in fine, vt in blaſphemis ſanandis Confeſſarii ſapienter, & cautè procedant, ne rubiginem adimere cupientes vaſa frangãt. Sed hoc prudentiæ Confeſsarii uariis circunſtantiis conſideratis remittendum eſt.

Non animo deiiciantur, nec pœnitentem auerſentur ob blaſphemias, quas religioſæ aures exhorreſcere ſolent, nam Deus ipſe cuius in terris vices gerunt, eſt Iudex iuſtus, fortis, & patiens. *Pſ.* 7. Et de Pœnitentiariis illud appoſitè dicitur: Corã illis procident Aethiopes, id eſt homines peccatorum caligine denigrati.

Nec

Nec à ſuo munere animas excolendi deſiſtere debet, eo quod in hac cura proficere non videatur, nec optatis exitus reſpondere, vt e n. ait *D. Bernar. l. 4. de conſid.* curam exigit Deus non curationẽ, &c. vt per M*augotium in Monitis ſacris par. 1. Monit. 24. & Roderiq. in exerc. ſpirit par. 3. tr. 1. c.* 18.

Alia Antidota.

VT hic tàm peſtifer morbus in pęnitente curetur, præter eã quę ſuperius diximus, tria præcipuè remedia adhibẽda erũt.

1 Remedium.

PRimo huius criminis grauitatem ex antedictis Confeſſarius proponet, hoc maxime, quod hoc vitium eſt proprium Dęmonum, & Damnatorum, qui aſſiduè hanc blaſphemiæ cantilenam in ore uerſant. *Io. Gerſon. 4. p. tit. de blaſph.* Suggeret quantum hoc peſſimum crimen naturali rationi repugnet; immediate enim contra Creatorẽ inſurgit, in quo uiuimus, mouemur, & ſumus, & à quo omnia bona expectamus.

Quàm damnoſum, & periculoſum ſit; cũ etiam in hac vita Deus hanc iniuriam uindicare ſoleat, *DD. in c. ſtatuimus tit. de maledicis & in c. 1 ex. de delictis pueror. Io. Beſſeus in ſumma remed. ſpirit. in v. blaſpemia.* ut de hac re ſcripſimus *in 1. p. de Exam. tr. 7. c. 5. q. 24.*

2 Remedium.

SEcundum remedium erit, particulare conſcientiæ examen quotidie adhibere, & grauem pænitentiam ſponte aſſumere. Vnde & Pythagoras fertur diſcipulos ſuos admonere ſolitum, ut iſta cum domum ingrederentur dicerent.

Quò præter greſſus, quid geſtum in tempore, quid non. Proinde quotidie ante ſomnum pęnitens exquirat, an eo die lapſus ſit, ſique ſe culpabilem inuenerit, antequam cubitum eat, pœnam propoſitam ſoluat, aut ſi tunc non poſſit, ſequenti die mane defectum illum ſuppleat.

3 *Remedium.*

TErtium eſt vitatio occaſionum, quæ ad blaſphemandum inducunt, quę ſunt vſus iurandi, & alearum ludus, omnium malorum ſeminarium: nam viginti & vnum peccata ex ludo procedere probat. *D. Ant. in 2. p. tit. 1. c. 23. § 6. & retuli in tr. de Exam. p. 1. tr. 7. c. 5. q. 24.* Quorum aliqua in ſe ipſo expertus eſt qui dixit:

Diues eram dudum, fecerunt me tria nudum,
Alea, vina, venus, per quæ ſum factus egenus.

Paris de Puteo in tract. de Ludo num. 2. D. *Bernard. Senenſ. tom. 4 ſerm. 33. & tom. 1. ſerm. 42. art. 2. c. 1.* Mar. *Socynus in c. inter dilectos, ext. de exceſſ. Prælat.* Graff. *p. 2. l. 3.* Deciſ. 19. *num.* 23. vbi aiunt propter deſperationem amiſſorum in ludo iuuenes vidimus venenum guſtaſſe, & vita functos fuiſſe.

Receptatores etiam ludentium cum ipſi proximam cauſam præſtent, ſubmouendi ſunt, & niſi deſiſtant, ſacramentalis abſolutio deneganda. Vnde cum graue admodum peccatum admittant, aliqui Epiſcopi talem publicæ commoditatis ludendi exhibitionem iure meritò ſibi reſeruant. *Lazar. in præfatione de blaſph. num. 32.*

Refertur etiam de Ioanna Regina matre Caroli V. quod legem cōdiderit, qua cauebat vt domus in qua interdictis ludis colluderetur, funditus ad terram deiiceretur, & in ea ſal aſpergeretur, *Alphonſus Villeg. ſerm. 77. prima Dom. poſt Pent.* An autem Pœnitentiarius poteſtatem habens in votis diſpandi, poſſit cum hac lege ſoluere qui votum habet ludo aliquo illicito puta alearū ludēdi, aſſerunt DD. ſi iuſta ſubſit cauſa, puta ſi attenta hominis ad ludendum procliuitate transgrediendi probabile ſit periculum, &c. *Bona c. de cont. d. 2. q. 3. pun. 1. Graff. conſ. 4. de voto. Sanch. in l. 4. de Præc. c. 45. nu. 47. Beia p. 4. reſp. caſ. conſc. caſu 9. & nos in d. q. 24. & 2. par. tract. 9. c. 24. q. 73.* Et etiam infra dicemus.

Proponat aliqua exempla, quibus probet Deum etiam in hoc mundo in peccatum blaſphemiæ non ſolum in Deum ipſum, vel B. V. ſed etiam in Sanctos prolatę, ſeuere animaduertiſſe, &c. *Buſæus in arte med. in v. blaſphemia.*

Exem.

Exemplum.

S*Pec. exempl. tit. de blaſphemia. l. 2. q. 5. num. 11. Marc. Ant. Gen. in praxi Archiep. Neap. c. 18. in annot. Daur. tom. 2. c. 4. tit. 6. excp. 6. & ſeq. Menoch. l. 2. de arbit. Iud. cent. 4. caſu. 376.* qui ex Caſtaneo refert, quod cum quidam ſcelestus pugione imaginē Saluatoris noſtri percuſſiſſet, his impiiſſimis verbis prolatis: Vtinam Chriſte ita potuiſſem te in utero matris tuæ transfigere, quemadmodum tuam hanc transfixi imaginem, miraculoſe ſtatim ex illa sãguis effluxit, qua ex re perterritus, cum domum abiiſſet, ea corruente interemptus eſt.

Quomodo autem tentationes ſpiritus blaſphemię vincendę ſint, & quæ ſint ſigna diſsenſus, vide *Sanch. lib. 2. de præceptis. c. 7. num. 13 & 14. & Lazar. l. c. q. 11. num. 40. & Aug. à Vino. lib. 4. de vera ſapientia. c. 2. & c. 8. Bisfel. de tentat. c. 6.* ubi aiunt culpæ reum non cōſtitui, qui inuitus eas patitur, & ſi conſentire ſibi videatur, & aptiorē vincendi modum eſſe, eas contemnere, & irridere.

Si quidē nō nocet ſenſus, ubi nō eſt conſenſus. *Ludou. Bloſius in Spec. ſpirit. Pegna in 2. p. ad Direct. Inq. comment. 1. Roderiq. in exerc. ſpirit. par. 2. tr. 1. c. 17.*

Admonitiones pro pænitentiali praxi.

COnfeſsarios qui à caſibus reſeruatis abſoluendi conceſsam ab Ordinariis facultatem habent, illud admonitos velim, vt ſumma cum prudentia eam exerceant, quò ædificationi potius, quam deſtructioni locus ſit; quamobrē ſi in vtilitatem, & auxilium pęnitentis, qui in peccatum blaſphemię, vel in aliquod aliud incidit, ad ſuperiores Iudices mittere expedire in Domino iudicauerint, ad terrorem incutiendum, & ut magis in poſterum In Chriſtiano officio contineatur, id facere non omittant. D. *Carol. Bor. in admonit. ad confeſſ.* vt habetur apud Acta Eccleſiæ Medi. l. *p. 4.*

Cum, vt ſæpius admonuimus, facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi. *c. 13. tit. de vit. & honeſt. cler.*

Secun-

Secunda Admonitio.

HIc etiam ſecundo pro pœnitentiali praxi, & infirmarum conſcientiarum generali remedio annotandum eſt.

Quod ſi aliquis pœnitẽs pudore, ob blaſphemiæ p.ctm̃ victus, Pœnitẽtiarios pro abſolutionis bñficio conſequendo adire nollet, tunc illa vice Confeſsario fas erit, ad eoſdem præfatos Superiores accedere, à quibus ſtatim ſuppreſso pœnitentis nomine, illam facultatem obtinere curabit. Sed ſi huiuſmodi pœnitens ſciret, quantum meriti, & ſatisfactionis ob non perpeſsam in adeundo erubeſcentiam, apud Deum amittat, profectò valdè cuperet, pro omni peccato, nedum pro reſeruato, ad Pænitentiarios ſe conferre; ſiquidem ipſa verecundia maxima eſt ſatisfactionis pars. *vt ait D. Auguſt. relatus in cap. quem pœnitet. de pænit. d. 1. & D. Thom. in 4. ſent. d. 18. q. 3. & Abbas in c. 1. ext. de rapt.* Vbi ſubdit, multi uadunt ad fratres ut euitent uerecundiam in confitendo proprio Sacerdoti.

3. Admonitio.

NOn negamus admodum eſse difficile pudorem, & uerecundiã ſuperare, quæ ex peccatorum uel occultorum manifeſtatione apud Sacerdotem facta oriri ſolet, præſertim ſi illa in vili, & infami materia ſint, ſed hæc difficultas, vt alibi dixi, præſtantiſſimis cõmodis, ac utilitatibus, quæ hãc uictoriam conſequuntur, recompenſatur. vt fuſe proſequitur. *Ludou. à Ponte de chriſt. hom. perfect par. 1. tract. 3. cap. 5. §. 1.*

Pudor quippe ex Philoſophorum ſententia datus eſt à natura quaſi ſtimulus, & pædagogus ad mala uitanda, eoque amiſso ſceleribus omnibus aditus aperitur. Vnde *Plato in Protagora*: Pudoris qui particeps non eſt, ut ciuitatis calamitas è medio tollatur. Et Plautus illum perijſse puto, cui perijt pudor. Hinc Dominicus Sot Carolo V. à ſacris confeſſionibus. *l. 4. ſent. d. 18. q. 1. ar. 1.* Verecũdia, inquit, confitendi uehementiſſime homines à peruerſis moribus arcet; id quod me teſte Germani ipſi dum publice inter eos agebam, fatebantur, &c.

Scite

Scite quoque Diogenes adoleſcentem videns inhoneſto dicto erubeſcentem, confide, inquit, fili, hic enim color virtutis eſt.

Hinc in puero rubere genas, & ingenuo pudore affici, ab omnibus vt probitatis argumentum commendatur, ita vt qui pudorem abijcere, faciem perfricuiſſe dicantur. In auriculis autem rubor læſę conſcientæ, & admiſſæ turpitudinis ſignum eſſe traditur. *Campanil. in Diuerſ. iur. canon. rub.* 11. *c.* 17. *nu.* 80.

Proinde Tridẽtini Patres. *ſeſſ.* 14. *c.* 7. *in fi.* ſaluberrime illa verba protulerunt, Extra quem mortis articulum ſacerdotes cum nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pęnitentibus perſuadere nitantur, ut ad Superiores, & legitimos Iudices pro beneficio abſolutionis accedant.

Q̃uo aũt ſe gerere dẽat Cõfeſſarius cũ pœnitente, quẽ nouit reſeruatũ peccatũ, utpote blaſphemię perpetraſſe, q̃ ipſe pœnitens interrogatus reticet? Dic debere eum abſoluere quoties ipsũ mentiri non conſtat, quia in hoc foro pœnitenti tàm pro ſe, quàm contra ſe credendum eſt, dummodo tamen de veritate in contrarium non conſtet. Si vero omnino certus ſit circa huiuſmodi caſum reſeruatum ob pudorem mendacium dicere, tunc abſolutionis beneficium ei conferre nequit; quandoquidem indigne petenti, & obicem ponenti, ſacrilegè ſacramentum adminiſtraret. *Reginal. l.* 8. *num.* 8. *Bonacg. tom.* 1. *d.* 5. *q.* 6. *ſect.* 5. *p.* 4. *nu.* 33. *& q.* 7. *p.* 5. *§.* 2. *nu.* 21.

4. *Admonitio.*

VBi nihilominus ille ſcopulus deuitandus eſt, in quem nonnulli imprudentes impingere ſolent Confeſſarij, qui cum primũ aliquem caſum reſeruatum præſertim blaſphemiæ initio ſacramentalis confeſſionis audierunt, illicò pœnitentẽ ad Pęnitentiarios mittunt; quò fit vt eundem bis, tertio, aut etiam amplius remitti neceſſe ſit. Sæpe namq. contingit, pœnitentes alijs reſeruatis criminibus, etiam atrocioribus inuolutos reperiri, & ita ipſorum imprudentium Confeſſariorum culpa, ſacramentalis confeſſio odioſa, onèroſa, & interdum periculoſa reddi ſolet.

Ex eadem quoq. imprudentia accidit, quod ſæpe effrontes, deplorati, & grauiſſimi peccatores, ſi omnia ſcelera, & flagitia, ante Deũ,

ac Confeſſarij pedes euomuiſſent, multum diſpoſitionis, ac præue-nientis gratiæ diuinitus acquiſiuiſſent, niſi ſtatim caſu reſeruato audito repellerentur.

Prius ergo totam confeſſionem excipiant, nec niſi in fine vllam mentionem de reſeruatis faciant; & poſtea more periti Medici, vinum, & oleum vulneribus ſauciati & ipſi infundentes, pœnitentem mittant; vel ſi pudore prædominante accedere nolit, iidem inferiores Confeſſarii à Deputatis, & legitimis Iudicibus, vt dixi, facultatē abſoluendi cum præſcripta pœnitentia, obtinere nitantur. *Antenac. in Cathec. Neap. c. 36. in fine.*

5. *Admonitio.*

QVorum poſtmodum prudentia, & dexteritas in euellendis ex pœnitentis corde peccatis, & proponenda ſeria vitæ emendatione elucere debet. Et exactius circa tria capita adhibenda eſt, ex quibus maius detrimentum oriri ſolet.

Primum eſt in materia blaſphemiæ, & iræ. Item auerſionum, & inimicitiarum, quando in pœnitente propoſitum iniuriam ſibi illatam vlciſcendi manet, aut cum iis qui eam intulerunt, colloquendi animus non adeſt, ſed odii, & rancoris indicia exhibentur; tunc. n, ex communi conſitens abſolutionis beneficio indignus eſt, vt per *Zerul in praxi pœnit. c. 22. q. 12. Carb. de pacific. c. 24.* & nos ſcriptum reliquimus in *1. par. Comment. de Exam. Eccl. tr. 6. c. 25. q.* 114.

Secundum caput circa luxuriæ materiam uerſatur, cum eius occaſio perſiſtit, nec adeā uincendā pęnitens animi robur, ac pectus habet. Nam talem abſoluere eſſet, ut ipſa loquitur ueritas, mittere margaritas ante porcos. Siquidem vulpis exemplo illud *Mat. c.* 18. ſeruandum eſt, Si manus tua, vel pes tuus ſcandalizet te, abſcinde eum. Et appoſite Thomas Anglicus in illud *Pſalmi. 9.* In laqueo iſto quem abſconderunt, tradit vulpem ſi pes ſuus laqueo irretitus ſit, nec aliter euadere poſſit, pedem ſibi abrodendo detruncare, eoq. relicto abire, & vitæ ſuæ conſulere. Et communiter DD. illud Euangelicum exponant, ſi quis, uel res aliqua tibi ad peccandum eſt ſcandalum, teque ad animæ mortem pertrahit, quamuis ita chara, ac cō iuncta, ut pes, manus, oculus, &c. à te illam proiice, ut æternam uitam ſerues.

Tertium caput eſt circa debita, & æs alienum contractum, cũ pœnitens non ſtatuit reſtituere, quod ipſius non eſt, & ſoluere quod debet, ſiue ſit profanum, ſiue ad piam cauſam ſpectet, ſed illud abſque legitima cauſa differt.

Quandoquidem vt eſt communis regula. Non remittitur peccatum niſi reſtituatur alienum. *cap. peccatum de reg. Iur. in. 6. c.* 1. 14. *q. 6.* Proinde pænitens qui aliàs promiſit & nunquam reſtituit, dimittendus eſt, vt diximus *in 2. par. de* Exam. *Eccleſ. tr.* 10. *c.* 413. *reſol. 6.*

6 *Admonitio.*

SExto obſeruandum quod licet habens facultatem in votis diſpẽſandũ cũ eo diſpenſare valeat, qui votum non ludendi ludo aliquo ellicito emiſit cum de duobus malis minus ſit eligendum, & magna tamen prudentia in hac re eſt adhibenda, & iuſta ſubſiſtente cauſa id fieri debet; qualis eſt ſubtractio occaſionis lethaliter, & ſacrilege delinquendi in eo qui fragilis eſt, & aſsuetus contra uotum ludere. ut per *Graſſium conſ* 4. *de voto* Beia *p.* 4. *reſp. caſu* 9. *Sanch.* 3. *de precept. c.* 18. *Bonac. de contract. d.* 2. *q.* 3. *pun.* 1. *nu.* 10.

De ſecundo caſu reſeruato, qui eſt adoratio Dæmonis, & inuocatio eius expreſſa. Item maleficium, necnon qualibet alia ſuperſtitio, qua ſit cum abuſu ſacramentorum, vel ſacramentalium, Cap. II.

NVlla fere eſt hodie frequẽtior, & utilior tractatio, & diſputatio, quam quę de ſortilegiis, ſuperſtitionibus, & diuinationibus ſuſcipitur, ob deluſas à Dæmonibus hominum mentes, qui ut de ſideriis, & prauis ſuis cupiditatibus impiè ſatisfaciant, non uerentur grauiſſima hæc delicta, & quæ diuina lex tàm acriter deteſtatur, & punit, perpetrare.

Quam graue ſcelus ſit ſortilegium, & ſuperſtitio.

QVam deteſtabiles, & horrendæ hæ ſuperſtitiones ſint, facilè conſpici poteſt, tùm ex pęnis, quæ huiuſmodi ſortilegis, a

Hh diui-

diuinatoribus olim infligebantur, nam ex Dei legis præſcripto lapidibus obruebantur. *Leuit. c. 20.* Et ſecūdum Canones fiunt infames, & etiam Euchariſtia illis denegatur. *c. quiſquis. 2. q. 8. c. pro dilectione. & cap. ſeq. de de conſecr. d. 2.* Excommunicationis etiam gladio feriendi ſunt. *c. ſi quis. 26. q. 5.*

Et ſi clericus eſt deponi iubetur, atque beneficio priuari. *c. non oportet 26. q. 6. c. 1. & 2. ext. de ſortileg.* Tùm etiam quia primo præcepto Decalogi aduerſantur, quod de diuino cultu latum eſt, cui quidem ſuperſtitio directè opponitur, & ex ſuo genere omnium peccatorum maximum eſt, & grauiſſimum, & dicitur proditionis crimen. *Couar. in c. quamuis par. 1. §. 1. num. 10. Suarez. tom. 1. de relig. l. 2. de ſuperſtit. cap. 18. num. 3.*

Et vt ait *Simancas in Inſtit. Cath. tit. 63* Qui ſe ſuperſtitionibus addicunt, chriſtianæ fidei, & baptiſmi præuaricatores ſunt. Diffinitur enim ſuperſtitio, vt ſit vitium religioni oppoſitum ſecundum exceſſum, quia nimirum per illam diuinus cultus creaturæ indebitè exhibetur, vel Deo cui debetur, at modo quo exhiberi nō debet. vt per D. *Th. 2. 2. q. 92. art. 1.*

Vnde meritò hic caſus ab Illuſtriſs. noſtro Card. Archiepiſcopo reſeruatur.

Adeo enim creuit audaciſſima, & impudentiſſima hominum ſuperbia, vt externorum tribunalium pœnæ ad illam coercendam non ſufficiant, ſed pœnitentialis etiam iudicii cenſura requiratur.

Proinde quamuis ſortilegi, & qui ſuperſtitioſas artes exercent, quò ad forum exterius non ſint ab Inquiſitoribus, ſed ab Epiſcopis, & Ordinariis Iudicibus puniendi, cum tamen ipſa ſortilegia manifeſtam ſapiunt hæreſim, aut vehementer ſuſpecta ſunt, de his potiſſimum Inquiſitores cognoſcere poſſunt; quia noxia, & ſuperſtitioſa ſunt, ex quadam peſtifera ſocietate hominum improborum, & Dæmonum, quaſi pacta infidelis, ac doloſæ amicitiæ conſtituta, præſertim cum Eccleſiæ ſacramenta, vel res quas ſacramentales Theologi vocant, in ſuperſtitionibus admiſcentur. *c. accuſatus. §. ſanè de hæret. l. 6. Adrian. 6. Bulla. 2. Incip. dudū.* vbi Cherubinus in ſcholiis. *Pegna in 2. par. ad Director. Inquiſitor quæſt. 42. commentar. 67. Alphonſ. de Caſt. libro. 1. de iuſta hæret. punit. cap. 15. Simancas tit. 62. num. 2. Azor. lib. 9. cap. 26. q. 4. Suarez. tom. 1. de relig. lib. 2. c. 19. num. 11.*

San.

Sanchez.lib.2.de precept.c.38.num.92.Farinac.in Praxi *crim.q.* 20. *& de haret.q.*181.*Riccius in Fori* Eccl. Praxi *l.* Decis. 671.

Et vt chriſtianæ Reipubl. plenius conſulatur, locorum Ordinarii hos caſus in foro interiori reſeruare conſueuerunt. Nam inter alia Epiſcoporum munera illud eſt proprium, vt greges ſibi commiſſos fidei dogmata doceant, & eos à luporum, & impiorum hominum prauis, ac venenatis doctrinis diligenter cuſtodiāt. *Azor.lib.*8.*c.*18 *q.*1.

Curare debent Epiſcopi, & Inquiſitores, vt maleficium extirpentur.

MArc. Ant. *Genuenſ. in* Praxi *Neap.c.* 23.*& in man.* Paſt. *c.* 86. vbi quò ad hanc rem his quæ ſequuntur verbis admonet Epiſcopos. Memor eſſe debet Epiſcopus, vt acriter procedat contra iſtos maleficos, ſortilegos, & ſimiles ſuperſtitioſos, illoſque inſequi tanquam Chriſti inimicos, & omnib. modis elaborare, vt pernicioſam, & à Zabulo inuentam ſortilegam, magicam artem expellat uiros, & mulieres, turpiter dehoneſtatas eiiciendo è diœceſibus, vt præcipitur *in c.peruenit. & c.* Epiſcopi 26. *q.* 5. *Actius de Infirm.par.*1. *Rubr.* 42.

Vnde Malleus maleficarū *in* 2.*p.q.*2. ait, Heu domine Deus, cum omnia iudicia tua ſint iuſta, quis liberabit pauperes maleficiatos, & continuis doloribus eiulantes, peccatis noſtris exigentibus, inimicus nimis præualuit, hoc vnum videtur ſupereſſe remedium, ut Iudices eorum inſultus refrænent, variis pœnis, auctrices, maleficas caſtigādo, & quia multæ perſonæ ex ignorantia prædicta perpetrāt, vel inquirunt, debet epiſcopus illas admonere de earum erroribus. *c. admoneant.* 26 *q.*7. Hæc ibi.

Meminiſſe debet Epiſcopus, quod ſi negligit diœceſim hæreſibus, & maleficijs expurgare, ab Epiſcopatu deponēdus eſt. *c. excommunicamus.el.*1.§.*volumus.ext.de haret.* Clem.1.*de heret.*

Admonere debet Concionatores, & Confeſſarios, vt in euellendis ac extirpandis malificiis diligentes ſe præbeant, vt huiuſmodi ſortilegia, & impia ſcelera à diœceſi exterminentur. Parochis præſertim præcipere eos oportet, ut ſępe ſtatis diebus feſtis publicent litteras Sixti V. contra ſortilegos, & maleficos editas, moneantque ſæ-

pius gregem ſibi commiſſum ut ab omni genere ſortilegiorum ab‑ſtineant, memores grauium pęnarum, quæ contra huiuſmodi nefarios homines à ſacris Canonib. & præcipue à Conſtitutione eiuſdẽ Pontificis Sixti V. inflicti ſunt, quæ incipit *Cæli, & terra.* De qua Et *Greg.* 15. in Decreto Incip. *Motu proprio, Azor. p. 1. lib. 9. c. 26. q. 4. Nald. v. maleficia lex. Bonac. de onere denunt. d. 6. pun. 2. num.* 11.

Vnde circa illos, q̃ quibuſdã uerbis à ſe prolatis, quoſdam morbos ſe curare profitentur, ab eo uigilandum, & inquirendum; licet enim dubitandum non ſit, curationis ac ſanitatis donum nonnullis hominibus in aliorum commodum, & utilitatem eſſe à Deo conceſſum, cum id ad gratias gratis datas ſpectet, de quibus *Apoſt. 1. ad Corint. 7. &* 12. dubitari tamen iure contingit, an huiuſmodi donum certis ac præſcriptis uerbis alligatum ſit, quibus prolatis mirę curationes efficiantur. *Fagundex. l. 8. c. 9. nu.* 16. Vnde ut de imaginibus & reliquiis approbandis præcipit. *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. Epiſcopus debet & Theologos, & alios pios uiros in conſilium adhibere, at ipſorum ſententia audita ſolius Epiſcopi eſt deciſio, ubi enim alicuius conſilium petitur, regulariter illud ſequi non tenetur *Sanchez. l. 2. de Præcept. c. 43. num.* 15.

Nec ſolum hæc ſollicitudo Epiſcopis incumbit, ſed multo magis Cenſorib. fidei, qui Inquiſitores dicuntur, q̃nquidem ob uarias Epiſcopalis officii curas, & negotia, quibus implicantur Epiſcopi (ita ut uere D. Ludouicus Toloſanus Epiſcopus morte imminẽte, memor occupationum quibus in Epiſcopali munere fuerat irretitus, dixerit uero uerius eſt, Epiſcopalem dignitatem non tàm grãdis eſſe nomẽ honoris, quàm oneris) hodie munus hoc Inquiſitoribus hæreticę prauitatis mandatum eſt non tamen ob eam cauſam ordinaria Epiſcoporum iuriſdictio abrogata eſt. ut dixi *in tract. de hom. vita ſtat. & earum obligat. p. 1. c. 8. ex Simanca in Cath. Inſtit. tit. 25. nu. 4. & Azor p. 1. lib. 8. c. 8. q. 1. Piaſecio in praxi Epiſc. p. 2. c. 4. num.* 39.

Superſtitionum ſpecies.

PRo huius caſus ergo dilucidatione ſupponendum eſt, quatuor eſſe ſuperſtitionis ſpecies, quæ poſtea al a. ſub ſe ſpecies ſubalternas continent, & ſunt, Idolatria, diuinatio, indebitus Dei cultus, & uana obſeruantia.

Ido.

Idolatria prima ſuperſtitionis ſpecies.

IDolatria eſt, quando alteri quàm Deo diuinus cultus tribuitur, & grauiſſimam culpam ſecum inuoluit, quia honor Deo debitus creaturæ impenditur. D. *Thom. 2. 2. q. 94. art. 1. vbi Val. d. 6. q. 11. par. 3.*

Imò ſi contingat errorem eſſe in intellectu, ſicut hæreſis, excommunicationi in Cœna Domini contentæ ſubiecta eſt.

Metu idolatriam committens an in excom. incidat.

ET ſi autem nec metu mortis, qui idolum colit, à grauiſſima culpa excuſetur, quando tamen hæreſis labe caret, nullam cenſuram incurrit, quidquid ſit de foro exteriori, in quo per Eccleſiaſticos Iudices Eccleſiæ reconciliari, & à cenſuris abſolui ſolet. Communis eſt ſententia. *Suarez. l. c. num.* 20. *Leſſius. l. 2. c. 43. dub. 2. nu.* 11. *Sayrus lib. 4 clauis reg. c. 4. num.* 11. *Sanchez. num.* 22. *& Pegna l. c.* A*zor. p.* 1. *lib* 8. *c.* 11. *q.* 10. *Tolet. lib.* 4. *c.* 4. & alii communiter. Vide *in* 1. *p. Exam tr. 7. c. 1. q. 4.*

Ad hanc ſuperſtitionis ſpeciem ſpectat Dæmonum inuocatio, cũ inter cætera grauiſſima ſcelera, hoc etiam de inuocandis Dæmonibus multos in Chriſtiana Republica diuinæ legis proditores inuaſerit. S*uar. tom 2. de relig. l. 2. c. 8.*

Aliqui enim Dæmones inuocant honorem latriæ eis exhibentes qui vt hæretici ſunt habendi; ſicut etiã hæretici exiſtimandi ſunt, qui cum honore, & cultu duliæ, qui Sanctis debetur, ipſos Dæmones inuocant.

Qui autẽ humani generis hoſtes quouis alio modo, ſiue expreſſè, ſiue tacitè in auxiliũ vocant, & ſi illis nullum cultum exhibeãt, quia illis ſe ſupponere videntur, hæretici etiam ſunt putandi, vel ſaltem valde de fide ſuſpecti, vt tradit *Peg. p. 2. cõmen.* 68. & infra dicemus.

Obſeruatio.

VBi nota qđ ſi aliquis in hoc caſu formalis hæreticus reperiatur in foro externo iuxta ſacros Canones puniř, & pro prima vice brachio ſeculari nõ traditur, niſi ſanctiſſ. Trinitatem negauerit, aut

Do-

Domini noſtri Ieſu Chriſti diuinitatem, aut eius conceptionem de Spiritu ſancto aut eius mortem, vt nos redimeret. Siue etiam B. V. M. virginitatē Vt conſtat ex Bulla Pauli IV. *Incp. Cum quorundam.* poſita in fine. *Direct. Inquiſit.* teſte etiam *Marc. Ant. Gen. in Praxi Neap. c.* 84. *& Duard. in Bulla Cœnæ l. 2. can. 1. q. 20. num.* 23.

Diuinatio ſecunda ſuperſtitionis ſpecies quid ſit.

SEcunda ſpecies ſuperſtitionis eſt diuinatio, quę nil aliud eſt, quā rerum occultarum, uel futurarum cognitio, aut prænuntiatio, quæ humana vi, vel arte, ſciri non poſſunt, ſed ex pactis cum Dæmone condictis innoteſcunt. Et dicitur diuinatio, quaſi diuinitatis imitatio, cum Dei propria ſit futurorum cognitio, & internarum cogitationum, vel affectionum cordis, occultarumque humanarum actionum notitia, iuxta illud 2. *Paral.* 6. *Graff. l.* 2 *deciſ. c.* 3.

Tu ſolus noſti corda hominum, &c. Hinc ſequitur, diuinationem non poſſe vlterius progredi, quàm naturalis Dęmonis cognitio pertingat. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 95. *art.* 1.

Quam futurorum cognitionem Dęmones habere poſſint.

POteſt autem Dęmon ad futurorum contingentium notitiam pertingere.

Primo, ex ingenii ſubtilitate, coniiciendo ad quid noſtri inclinentur affectus.

Secundo, ex reuelatione, quam Deo permittente à bonis Angelis haurit.

Tertio, ex longa experientia, & magna etiam rerū naturalium cognitione.

Quarto ex doloſa cautela, cum id prędicit quod iā moliri ipſe diſpoſuit. *D. Th. l. c. a.* 3. *Syl. in v. diuinatio. & Tol. lib.* 4. *c.* 15. *Sayr. lib.* 4. *c.* 5. *nu.* 4. & alij.

Expreſſa Dæmonum inuocatio, &c.

IN diuinatione etiam vel adeſt expreſſa Dæmonum inuocatio, cum ſcilicet aliquid attentatur, quod non niſi ex Diaboli virtute

te pra ſtandum ſcitur, & pactum interuenit, & ſi non cum ipſo homine, certe cum alio initum, à quo iſte didicit quę molitur.

Et hoc aliquando ſine ſolemnitate. Primo modo fit cum Dęmon cum caterua aliorum Dæmonum ſedens viſibiliter in ſolio ſuo apparet; coram quibus huiuſmodi initur pactum, homo Monarchiæ obedientiam ſpondet, & abnegationem diuinorum pręceptorum, & ſacramentorum promittit, omnibus etiam Sãctis pręſertim B.M.V. iniurium futurum, & ſignum crucis, reſque omnes Eccleſiæ ritibus conſecratas auerſurum. Inſuper pollicetur ſe nunquam in ſacramentali iudicio integrè confeſſurum, & pręcipuè hoc initum pactum nũquam ſe proditurum: Dæmon è contra promittit ſe eius votis per omnia ſatisfacturum.

Non ſolemniter autem fit, cum quis ſolus cum ipſo Dæmone ſolo præfatum pactũ facit, vel ſi id non audeat, per alium maleficũ hoc promittit. *Alphonſ. de Caſt. lib. 1. de iuſt. heret. c. 14. & 16. Tolet. lib. 4. c. 14. num. 8. Io-Bapt. Codronchius de morbis veneſ. lib. 3. c. 4. Regin. lib. 17. c. 15. num. 153. & ſeq.*

Sub hac expreſſa Dæmonum inuocatione multæ diuinationis ſpecies continentur, vt Præſtigium, quod fit per fictas, & apparentes figuras, Diuinatio per ſomnium, Negromantia, Pythones, Geomantia, Hydromantia, Æromantia, Pyromantia, & aliæ huiuſmodi, de quibus paſſim per Doctores, præſertim. *Tolet. lib. 4. capit. 15. Sanchez lib. 2. c. 38. num. 12. Duard. in Bul. Cænæ Domini l. 2. can. 1. q. 22. nu. 46. Molfeſ. l. 11. c. 7. nu. 45. Bonac. tom. 2. d. 3. q. 5. p. 3.*

Illatio.

QVorum proinde eſt certa illatio, nõ licere ex auium cantu, vel volatu animalium vagitibus, & motibus, naturalibus ſomnijs, & ſortibus, aut alijs naturæ euentis, ſupernaturalia placita, & ea quæ à libero hominis arbitrio pẽdent, prædicere, vel certò conijcere. iuxta tradita p *D. Thom. 22. q. 95. art. 7.* De qua re etiam nouiſsime videndus *Malderus in 22. tract. 11. c. 7. dub. 8. & Delrio in Diſq. mag. l. 4. c. 2. q. 7.* & infra de hoc aliquã attingemus.

Tacita Dæmonis inuocatio.

TAcita verò inuocatio Dæmonis ſit quoties quis enititur aliquid efficere per cauſas, quæ nec virtute ſua naturali, nec diuina, aut Eccleſiaſtica diſpoſitione illud efficere poſſunt, cuius rei multa exempla ponit. *Nauar.c.*11.*nu.*25.*Tolet l.*4.*c.*14.& alij.

Et ad hanc in primis ſpectat Aſtrologiæ iudiciariæ abuſus, quã in peculiari etiam Conſtitutione damnauit Sixtus V. quæ incipit *Cœli, & terra creator*, De qua per *Sayr.lib.*4.*clauis regiæ.c.*5.*nu.*12. *Boſſ.lib.*2.*c.*43.*dub.*6.*Suarez.de virtute relig.l.*2.*c.* 11. *Martinum del Rio l.*4. *Diſq.Mag.c.*3.*q.* 1.*Sanchez.l.* 2.*de precept.c.* 38.*nu.*27.*& ſeq.Ioan.Picum Mirand.in aſtrologos.lib.*11.*c.*1.*Petr.Andr.Canonher.in qq.in Corn.Tacitum.Claud Minoes in Comment.ad embl. Alciat.ad embl.*103.*Molf.tr.*11.*c.*7.*à nu.*106.& alios.

Aſtrologia iudiciaria damnatur.

ET hæc ſumma eſt eorum ratio, quod cum nulla naturali ratione nitatur, tota ſuperſtitioſa eſt, tacitam *Dæ*monum inuocationem in ſe continens, quæ tunc etiam hæreſim ſapiet, quando ex his, quæ naturaliter ſciri non poſſunt, certo aliquid prænuntiare audebit, vt per *DD.citat.*

Ideò in Indice librorum prohibitorum in Concilio Tridentino edito, & auctoritate Clemen. VIII. P.M. reformato. *reg* 9. ſic præcipitur: Epiſcopi diligẽter, prouideant, ne Aſtrologiæ iudiciariç libri, tractatus, Indices, legantur, vel habeantur, qui de futuris contingẽtibus, ſucceſſibus, fortuitiſque caſibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audẽt.

Imò ex prædicta Sixti V. Conſtitutione ars iſta damnatur, & Inquiſitorum iudicio ſubijcitur; & ſi id ſe non certò affirmare aſſerant, aut proteſtentur. *Suarez.l.c.num.*34. videatur etiam *Azor.p.*1.*Inſt.mor.lib.*9.*c.*26.*q.*4.*&* 5.*Step.Quar.in comp.Bull.v.Aſtrologia* Duar.*l.*2.*can.*1.*q.*22.

Alphonſi de Aſtrologis dictum.

VBi illud etiam non omittendum videtur, quod cum Alphonſus Aragonum Rex veræ ſapientiæ amator, in hominum ge-

nus

nus liberalem, ac munificum ſe præberet. ſolos tamen Aſtrologos a-
uerſabatur, & ab aula ſua arcebat, quippe qui diceret, Sydera ſtultos
regere, & impellere; ſapientes vero aſtris imperare. *Aeneas Syl. lib 4. de Alph c. 3. Dant. tom. 2. c. 4. tit. 14. Beyer. in Apoph. Chriſt. in v. aſtrologia.* Hinc & Marulus inſanam eorum mentem deridens ſic ait.

Dum cauet Aſtrologus perituris ſydera nautis.

Dum ſibi boletis non cauet, ipſe perit.

Iuſtin. in Tobiam. de ſuperbiæ grad. cap. 1. ſcholiaſtes ad Emblem. 104. Alciat. Molfeſ. tr. 11. c. 7. num. 106. Et nos *in 1. p de Exam. Eccl. tr. 6. c. 5. q. 21. & p. 2 tr. 11. c. 7. q. 15. reſol. 2.*

An verò diuinationes ſpecie inter ſe differant, ita vt dicere non ſufficiat, ſe diuinatione, aut ſuperſtitione deliquiſſe, non conuenit inter Doctores.

Illud mihi valde probatur, quando adeſt expreſſum pactum cũ Dæmone, eſſe neceſſario in confeſſione exprimendum; quia longè diuerſum iudicium eſt faciendum in confeſſione de pacto expreſſo quàm de tacito, vt infra dicam. *Suarez. l. 2. de ſuperſtitione. c. 10. num. 1. Sanchez. c. 38. num. 14.*

Tertia ſuperſtitionis ſpecies.

TErtia ſuperſtitionis ſpecies indebitus Dei cultus conſtituitur, cum ſcilicet homo Deum indebito modo colit. Et eſt duplex videlicet falſus, & ſuperfluus; falſus, vt ſi quis Deo nunc veteris legis ſacrificia offerre velit, vel falſas reliquias pro ueris, ad aliorum deceptionem ſupponat, vel fingat, ſeu falsò aſſerat, has vel illas imagines edidiſse miracula, ut eleemoſynas à populo corradat.

Huc etiã ſpectat, ſi quis inter diuina officia, voce, aut organo turpia canat, turpeſuè ſonos proferat, quod *Cõc. Trid. ſeſſ. 22. de ſeruand. & vitandis in celebratione Miſſę*, præcipit Ep̃is ut interdicant. *Tolet. l. 4. c. 14. num. 3.* Et excommunicat. *Sanchez. lib. 2. c. 37. num. 7 & 9.*

Quæ abſque dubio mortalia ſunt peccata, cum pernicioſum mendacium cum irreuerentia erga Deum committatur.

Superfluus cultus eſt, qui eis cęremoniis exhibetur, quæ proborũ ac ſapientum iudicio, nec ad Dei gloriam, nec ad excitandum ſpiritum, aut carnis illecebras domandas, quidquam conferunt.

Huius rei exempla ſubiiciunt DD. ut ſi quis præter Breuiarii ru bricas, uel Miſſalis præſcripta, aliquid in diuino officio, uel Miſſa dicatur bis Alleluia, quando ſemel dicendum eſt, aut Credo, uel Gloria, cum minimè proferenda ſunt; tot ſint candelæ, non plures, ut cera potius ſit flaua, quam alba, &c.

Hęc tamen, & huiuſmodi ut plurimum uenialia ſunt peccata, niſi ſcandalum, uel mala intentio, ſeu contẽptus accedat. *Leſſius lib. 2. c. 43. num. 5. Caiet. & Armilla in v. ſuperſtitio. Sanchez. l. c. nu. 10. Sayr. lib. 4. c. 4. num. 4. Suarez. lib. 2. de relig. c. 2. num. 8. Val. tom. 3. diſp. 6. q. 10. p. 2. Reginal. l. 17. c. 15. num. 157. & alij.*

Quarta ſpecies ſuperſtitionis, quę eſt vana obſeruantia, & eius etiam ſpecies.

QVarta ſuperſtitionis ſpecies eſt uana obſeruantia, in qua quidem tacitè Dæmon inuocari dicitur, cum in ea media quædam aſſumuntur, quæ ullam agendi uirtutem in ordine ad huiuſmodi effectus in ſe continent.

Et à nonnullis diuiditur in explicitam, quando ſcilicet ad effectus Dęmonis uirtutem non excedentes Dæmon ipſe ſcienter inuocatur; & implicitam, quando qui huiuſmodi uanis mediis utitur, Dęmonis opem intercedere ignorat. *Sayr. lib. 6. c. 4. num.* 1. & alij.

Cuius etiam ſuperſtitionis ſex ſpecies ſequente re cenſentur.

Ars notoria.

PRima eſt ars notoria, quæ certis ieiuniis, & orationib. variiſq; obſeruationibus ſine labore ſcientiam infuſam pollicetur. *D. Thom. 22. q. 96. art. 1.*

Hoc autem mortale graue peccatum eſſe conſtat; quia ſaltem tacite Diabolus inuocatur, eique poteſtas infundendi habitus ſciẽtiarum attribuitur, quod ſolius eſſe Dei docet. *D. Auguſt.* communiter receptus *lib. 10. de Ciuit. Dei c. 9.* de qua ſpecie vanæ obſeruantię videndus eſt inter alios *Mart. Delrius. lib. 10. diſq. mag. q. 4. ſect. 2.*

Obſeruantia ſanitatum.

SEcunda eſt obſeruantia ſanitatum, cum videlicet homo ad ſanitatem obtinendam, uana, & inutilia remedia aſſumit, vt ſunt hi, qui quibuſdam vanis precibus, aliquos corporis dolores, vel morbos ſanant, & brutorum etiam infirmitates curant.

Sicut ſuperſtitione laborans damnãdus eſt mos curãdi vulneratos in loco diſtanti exiſtentes, applicato remedio vittis, aut gladio, aut lignis ſanguine infectis, &c. *Bonacin. tom. 2. diſp. 3. q. 5. pun. 4. num.* 18.

Cum enim talis res adhibetur, quæ naturaliter huiuſmodi effectũ producere non valet, neceſſariò fatẽdum eſt, ex pacto, vel expreſſo, vel tacito Dæmonis id effici, atque adeò mortalem culpam ſecum afferre; niſi imperfectio actus, vel inuincibilis ignorantia (antequã à Superiore edoceatur) eum excuſet. *Simanc. in cathol. Inſt. ti. 63. in fine. Nau. c. 11. num. 34. Graff. lib. 2. c. 5. num. 2. Leſſius c. 44. dub. 3. Sayr. d. c. 6. num. 4.*

At vanæ obſeruantiæ labe carebit ſi res ſupernaturali virtute prædita ſit. Sic Clodoueus Francorum Rex ſupernaturali ſananda rum ſtrumarũ munere donatus à Deo fuit, quod in poſteros Dei beneficio dimanauit. Idem de Eduardo Angliæ Rege fertur, qui annulum ad comitialem morbum pellendum vi inſtructum habuit. teſte *Thoma Bozio de ſignis Eccleſiæ. tom. 2. lib. 15. & c. 3. ſigno 59. & Viet. in notis ad Nau. c. 23. num 99.*

Obſeruantia futurorum euentuum.

TErtia vanæ obſeruantiæ ſpecies ad futuros euentus refertur. Aliqui namque ex quorundam impertinentium obſeruatione, mala futura ſibi, vel alijs coniiciunt, vt ſi quid proſperè ſucceſſurum ſit, ex aliquo oculorum, aut aurium ſpontaneo motu; aut ex ſternutamento, aut ex fortuito canum latratu, uel tranſitu, aut ex aliqua re, quæ eis obuia fiat, præcognoſcere velint, qui quidem eadẽ regula condemnabuntur.

Quo ſane ſuperſtitionis morbo ille laborabat qui dixit;

O quoties ingreſſus iter mihi triſtia dixi,
Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem.

Et iterum,

Garrula quid totis reſonas mihi noctibus auris?
Neſcio quem dicis nunc meminiſſe mei.

Mart. Delrius *lib.* 3.*q.* 2. Azor. *lib.* 9.*c.* 22. *Val.d.* 6 *q.* 13.*p.* 2. *Leſſ. c.* 43.*dub* 10. *Sayr.d.c.* 6.*num.* 5.

Vbi tradunt, has & ſimiles obſeruationes, ut plurimum veniales eſſe, niſi quis inſtructus pertinaciter eis adhæreat.

Obſeruantia reliquiarum.

QVarta ſpecies eſt reliquiarum obſeruantia, cum ſcilicet quis ſuperſtitioſa quadam, & uana obſeruatione ductus, eas gerit; veluti vt vas in quo includuntur quadratum ſit, vel trigonum; vel ſi Euangelii, ſeu ſacræ Scripturæ verba in charta, vt dicunt, virgine, cum inutilibus ſignis, & ritibus ſint deſcripta.

Proinde qui reliquias, vel ſacra verba, ſecum geſtant, ſpem ſuam in illis figẽtes, quaſi dum illis muniuntur, ab hoſtium inſidiis ſint tuti, nec vllo morbo lędi queant, peccato ſuperſtitionis, & vanæ obſeruantiæ ex eadem regula, & norma conuincuntur. Cum omnis obſeruatio, cuius effectus aliunde quàm ex naturali ratione; vel diuina poteſtate expectatur, neceſſario reprobari debeat. D.*Th.* 2.2.*q.* 96. *art.* 4. *D.Ant.* 2.*p.tit.* 12.*c.*1.§ 3.*Turrecr.in c.quia ſine.* 26.*q.* 2. *Graff. in d c.* 5.*n* 7.*Sayr.n.* 6 *Bria.p.*1,*reſp.caſ.* 24. Delr.*lib.* 4.*p.* 2. *q.* 4. *ſect.* 8. *Sanch.d c.* 40. *num.* 22.

An vero, & quomodo eas ad collum geſtare liceat, vide in citatis Auctoribus.

An etiam reliquias ſancti antiqui, ſed nondum in SS. numerum relati publice colere poſſimus, &c, vide Decretum Vrbani VIII. Incip. *Sanctiſſimus.*

De quo *in* 2.*p.de Exam.tr.* 12.*c.* 3.*q.* 15.*reſol.* 2.*& p.* 3.*tr.* 15.*c.* 2. *q.* 3.*ſupp.* 5.*& c.*8.*q.* 29.*reſol.* 1.

Prædictis quatuor ſpeciebus magia, & maleficium adiunguntur,

Magia quod ſit.

MAgia nihil aliud eſt, quàm inordinata poteſtas, quædam arte Dęmonis faciendi, quæ ſupra nãm videntur. Quæ quidem cum incantationibus atque carminibus nefariæ curioſitatis arte cõpoſitis, immundorumq. ſpirituum commerciis delectatur, immũda & infamis eſt, omnium bonorum calculis exploſa. *c. Epiſcopi. c. nec mirum. 26. q. 5. Pegna p. 2. comment. 26. Leſſius lib. 2. c. 44. dub. 1. & ſeq. Graff. lib. 2. dec. aur. c. 6. Suarez. de virtute relig. lib. 2. c. 14. Frãc. Vict. in relect. de* Magia *num.* 18. *Delrius lib. 2. diſq. mag. q. 7.* Vbi etiã fatentur, naturalem magiam dari, qua quis commixtis multarum rerum naturalium uiribus, & occultis facultatibus, quædam mirabiliter efficit. Qui ſane effectus licet hoĩb. ſupra naturam eſſe uideantur, reuera tamen naturæ uires non excedunt, cum nec Dęmon miracula efficere queat. *Sot. lib. 8. de iuſt. & iur. q. 3. art. 2. Percrius in Exodo. c. 7. Thom. Garzonius in Platea vniuerſali. diſcurſu* 41. *Barb. de* Epi*ſcopo p. 3. Alleg. 98. Suarez tract. de Angelis. l. 4. c. 39 Bozius de ſignis Eccleſiæ tom. 2. l. 15. c. 1. Maſcardus. de probat. vol. 2. concl. 1060. & nos in 3. p. de Exam. &* Morali *Theolog. tr. 15. c. 2. q. 3. ſupp. 5.*

Huiuſcemodi mathematicæ ſcientię, & naturalium cauſarum pręſidiis quoſdam legimus, æneos boues mugientes confeciſſe, angues ſibilantes, paſſares cantitantes, ſtatuam lapideam in menſa ſaltitantem. Vt Tybure ſuperioribus annis in ædibus Illuſtriſs. Hippoliti Cardinalis Eſtenſis cum magna intuentium admiratione uiſa eſt. *Pegna p. 3. comment. 26. Maret. in poem.*

Maleficium quid.

MAleficium diffinitur, ut ſit ſuperſtitionis actus, per quem maleficus pacto quodam cum Dęmone inito, actiones ſuas ex eius pręſcripto dirigit, modos, & rationem ab illo petens, quibus alium in anima, corpore, ſama, honore, reb. fortunę, & aliis quibuſcunque lędere poſſit. *Petrus Binsfeldius in tract. de confeſſ. malef. & ſag. in princip. Valẽt. diſp. 9. q. 13. par. 4. Sayrus libro 4. cap. 6. num. 23.*

In

Ex quibus uerbis patet, magum & maleficum proprie penes ſi- nem differre. Magus enim hoc ſolo ſine Diaboli opera mirabiles ef- fectus, & ſupra naturalem poteſtatem operatur, quò potens, & ma- gna, & mirabilia faciens uideatur. Maleficus uerò eius opem adhi- bet, ut propria praua deſideria expleat; & damnum aliis inferat *Tolet. l. 4. c. 14. & c. 16.* & alij. Sed quomodo maleficus quis cognoſca- tur, & deprehendatur, tradit: *Val. tom. 3. d. 6. q. 13. p. 4.* §. 2. & *Sayr. lib. 4. clau. reg. c. 6. num. 24.*

Maleficium amatorium & veneficum.

MAleficium in duas potiſſimum partes diuiditur, prout quod- dam amatorium dicitur, & aliud veneficum. Amatorium illud cenſetur, quo ipſi malefici vtuntur ad flectendos hominum a- nimos ad impurum, & inconceſſum amorem inducendum: proin- dè rixas, & odia inter coniugatos gignere ſolent, & vtriuſque ani- mos ad alios homines diuertere. *Paulus Grilandus de ſortilegijs. q. 3. Leonard. Vayrus de faſcino lib. 3. c. 9. Codronchius de morb. venef. c. 6.* Delrius *l. 3. p. 1. q. 3. Rginal p. 2. lib. 17. c. 17. ſect. 1. Graff. conſ. 7. de pœnis. & remiſſ.* vbi tradit hęc ſortilegia, manifeſtam hæreſim ſa- pere cum iis ſacramenta, vel ſacramentalia admiſcentur. &c.

Philtris voluntas ad amandum cogi nequit.

VBi tamen eſt illud primum obſeruandum, nullam in his ama- torijs ſortilegijs reperiri virtutem ad compellendam libe- ram hominis voluntatem ad amandum; apta enim ſunt potius ad inducendum furorem, quàm amorem, vel Ouidio ſic in amatoriis atteſtante,

Nec data profuerint pallentia philtra puellis,
Philtra nocent animis, vimque furoris habent.

Et ex eo cōprobatur, quod ſcribit Euſebius Cæſar. Lucretium poe tam amatorio poculo in tantum furorem verſum, ut ſe tandem pro pria manu interemerit; *Marſ. in l. eiuſdem.* § *adiectio ff. de Sicar.* & *ſeq. l. in connubium. 9.*

Perſuadet tantum, hominum ſpecies, & ſimulachra in mentes im

pri-

primit Dæmon, quò voluntas in turpes amores accendatur, à quo il-
lud poſtea euenit, quod vulgo dici ſolet,

Quiſquis amat ranam ranam putat eſſe Dianam.

D. Auguſtini monitum.

QVo pertinet illa admonitio D. *Aug. de ſingul. cler.* Non de-
ſpecta, non vetula, abſque affinitate peculiariter ſuſcipienda
eſt ad domeſticum obſequium; quia magis citò delinquitur, vbi ſi-
ne ſuſpicione ſecurum poteſt eſſe delictum: maximè quia libidinum
nulla deformitas, nulla deſpectio obſiſtit, cui Diabolus pingens ſpe-
cioſum facit, quod fœdum, vel horridũ fuerit. *Bermond. de cōcub.
in v. tenent. Bonacoſſa in tr. de famulis. q.* 259.

Rurſus id quoq. animaduertendum, an in his poculis amatoriis
ſacramenta miſceantur, vt hoſtia conſecrata, uel ſanguis Chriſti, aut
res ſacramentales, vel aliter ſacræ, vt reliquiæ Sanctorum, Agnus
Dei, candelæ benedictæ, aqua luſtralis, oleum baptiſmatis, extremæ
vnctionis, & ſimilia.

Nàm ſi hæc interueniant, operantem reddent de hæreſi ſuſpectũ
& à Confeſſario interrogandus eſt, quid de his ſentiat; ſi enim hæc
crediderit liberum arbitrium cogere poſſe, non modo vehementer
de hæreſi ſuſpectus eſt, ſed uerè hæreticus putandus, niſi per ignorã-
tiam, uel aliter ab hæreſis crimine excuſetur, *Pegna p. 2. comment. 68.
Azor. p. 1. lib. 9. c. 26. Tholoſ. in arte mirab. comment. tom. 4. c.* 16.

Maleficium veneficum quid ſit.

MAleficium ueneficum uel hoſtile, eſt illud, per quód in bonis
animi, corporis, famæ, & fortunæ, damnum per maleficos
infertur.

Hi enim permiſſu Dei elementa concutiunt, turbant mentes ho-
minum minus confidentium in Deo, ac ſine vllo ueneni hauſtu uio-
lentia tantum carminis interimunt, teſte Lucano.

Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni.

Incantata perit. ut habetur *in c. Epiſcopi 26. q.* 5.

Vnde hæc maleficia ac ſortilegia cõficiẽtes, ac tantum ſcelus per-

pe-

Thyræus de Dæmon. p, 3. c. 48. Hier. Menghus in Compend. artis exorciſt. lib. 3. c. 7.

Verum quia rarò medici coniicere poſſunt, quibus naturalibus rebus Dæmon ad nocendum ſit uſus, & quęnam antidota vi naturali prædita ſint adhibenda, atque ita fit ut rarò admodum maleficia naturalibus uiribus tollantur, præterquam quod multa traduntur quæ metu ſuperſtitionis omnino non carent, idcirco ad ſpiritualia auxilia confugiendum eſt, illiſque ut præſentaneis, ac tutis medicamentis utendum eſt.

Supernaturale remedium.

QVorum primum eſt uſus Sacramentorum à Deo inſtitutorũ, præſertim ſacræ confeſſionis, & ſanctiſſimæ communionis, & etiam altaris ſacrificii oblatio. *c. ſi per ſortiarias. 33. q. 1. Thom. Bozius de ſignis Eccleſiæ tom. 2. lib. 15. c. 1. & 2. Vayr. lib. 3. de faſcino. c.* 10. *Leſſius c. 44. dub. 5. Mald. tr.* 10. *c.* 8. *dub.* 14.

2 *Remedium.*

SEcundum, rerum ſacramentalium pariter uſus, ut aqua ſacri fõtis, uel olei chriſmatis, uel extremæ unctionis, aſperſio aquæ luſtralis, geſtatio reliquiarum, & ut uocant Agnus Dei, ſignum S. Crucis, Inuocatio nominis Ieſu, & B. M. V. pia ſcripta, uel ſacra amuleta ad collum appenſa, ut Symb. Apoſt. Initium Euang. D. Io. Euangelia, uel alia uerba Pſalmorum. *Buſæus in arca med. v. ſuperſtitio, & v. veneficium.*

3 *Remedium.*

TErtium remedium erunt exorciſmi ad hanc rem ab Eccleſia inſtituti, & ab his adhibiti, qui recta in Deum fide, & Chriſtiana pietate præmuniuntur, M*olfe ſ. tr.* 11. *c.* 7. *num.* 20. *Angleſ. p.* 1. *de imped. matrim. dub* 9. *ar.* 2. Vt tradidi *in Comment. de Stat. p.* 1. *c.* 21. *& de Exam. Eccl. p.* 1. *tr.* 7. *c.* 4. *q.* 20. *Mart.* Delrius *lib.* 6. *c.* 2.

Magica remedium.

MAgica, veel Dæmoniaca remedia ſunt illa, in quibus media ſuperſtitioſa, incantationes, & Dæmonum opera deliteſcũt. *Godronc. de morb veneſ. lib. 4. c. 2.*

Proinde Doctores illud axioma inferunt, nullo modo licere maleficium maleficio ſoluere, cum hoc ſit intrinſece malũ, nec vlla circunſtantia cohoneſtari valeat, & omni Iure tàm naturali, quàm diuino, & humano prohibeatur.

Quamuis per ablationem ſignorum, quæ quandoque à maleficis alicubi reponuntur, integrum ſit, ipſum maleficium diſſoluere, vt ex communi, & omnium ſententia tradit, *Sanchez. lib. 2. de præcept. c. 41. & lib. 7. de matrim diſput. 95. & ſeq. Barb. in c. 4. de vſuris. Delrius l. 6. c. 2. ſect. 1. q. 3. Leſſius c. 44. dub. 6. Man. Paſt. c. 86.* & alii cõmuniter.

Quinam in caſum reſeruatum non incurrant.

EX hactenus dictis circa præſens caput facile deduci poteſt, quinam in caſum reſeruatum non incidant, & quinam incidãt

1 *Exceptio.*

PRimo enim non incidit, qui vi præciſa idolatriam perpetrat, vt ſi v g. manibus, & pedibus quis pertractus. Maumethum extrinſecus adoret, propria omninò renitente voluntate, cum explorati iuris ſit, metum & vim inter ſe maximè differre: violẽtum namque dicitur illud, quod ſit ab extrinſeco nullam conferente vim paſſo, neque etiam eo cooperante. D. *Thom. 1. 2. q. 6. art. 5. vbi* Meſina. *c. maiores. vbi Abbas. ext. de baptiſmo.*

2 *Exceptio.*

SEcundo, qui ex ſubito mentis impetu, & iræ furore concitati, ob impatientiam Dæmonem inuocant; execrare enim vel maledicere potius, quàm inuocare cenſentur. *Arragon. & Salon. 22. q. 76.*

art.

ar. 2. concl. vlt. Quo loci ſingulare huius rei exemplum affert de quadam muliere Panormitana, quæ cum filium moleſtè lachrymãtem maledixiſſet, Diabolo inuocato illum tradens, ſtatim ille ſub ſpecie deformis Aethiopis apparens arreptum puerum deferebat, &c.

Ex quo animaduertere debent parentes ne offenſi mala filiis imprecentur, a Deo enim exaudiri ſolent. teſte etiam *Platone in 4. de legibus, & Lemnio de ſecr. nat. l. 2. c.* 28.

3 *Exceptio.*

TErtio, nec illi incidunt qui ex corporis inſpectione phyſionomiam faciũt, & animi affectus, eiuſdemque corporis temperiem, & diſpoſitionem coniectant.

Imo ſi certò hæc prædicant, & ſi mortaliter peccare eos contingat, non tamen in caſum incurrunt.

Coniectatio ex phyſionomia an licita.

HAec philoſophiæ naturalis pars, quæ affectus animi, ingeniũ, corporis temperiem, bonam vel malam valetudinem, ex ipſius corporis diſpoſitione rimatur, ab omnibus vt licita, & aliquid probabilitatis habens comprobatur.

Sic enim, & ratiocinabatur *Salomon Prouer. c. 6.* Homo apoſtata vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, &c. *& Eccleſ. 19.* Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enuntiant de eo. Et incompoſitio corporis inæqualitatem indicat mentis. Et ex ſententia illius poetæ,

Deprehendas animi tormenta latentis in ægro.

vel teſtimonio. *D. Auguſt. vt habetur in c. vlt. diſt.* 41.

Abbas ẽt *in c. quia diuerſitatem ext. de conceſſ. preb. & Bal. in l. obſeruare C. de appell.* ſcribunt, turpem corporis habitudinem declarare procliuem eſſe hominem ad ſcelera, pulchram vero ad virtutem. *Alexander. l. 6 conſ. 209. Tuſchus v. pulchritudo concl. 974. Borell. de Edict. Magiſt. l. 1. c. 3.*

Exteriora indicant interiora.

ET qualis eſt forma talis anima præſumit, ut eſt apud *Planudē in vita Aeſopi.* Quin & *Martialis lib. 12. Epig.* Zoilum quendā ex oris deformitate malum eſſe ſuſpicatur.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus;
Rem magnam præſtas Zoile ſi bonus es.

Lopez. in comment. ad Diaz. c. 17. Bell. in diſq. cler. p. 1. §. 7. *Menoch. de arbit. Iud. l. 2. caſu 226. Vecchius de* Nouitijs. *diſp. 5. dub. 6.*

Et communiori Iuriſtarum calculo receptum eſt, quando plures de aliquo crimine ſunt accuſati, & capti, primo quæſtioni illum ſubiici debere, qui facie deformior; quoniā credēdus ſit, animo quoq; prauior. *Delrius li. 4. diſq. mag. c. 3 q. 4. Franciſcus* Arias *de perfect. Chriſt. tom. 2. tr. 2. c. 1.*

Hinc teſte Ænea Syl. *de rebus geſtis Alphonſi*. Bartholomæus Capranus inſignis Mediolanenſis Eccleſię Antiſtes, idcircò ſe Eccleſiæ miniſtros forma prę̄ſtantes quærere dicebat, quoniam corporis deformitas animi deformitatem indicaret. Certè & *Greg. Nazianz.* ex vultu, & habitu ait, ſe deprehendiſſe latentem in Iuliano apoſtata improbitatem, ita vt eum ante opera cognouerit, qualem poſtea in operibus vidit. *Maſcard. de Probat. concl* 831.

Non tamen iſtæ regulæ ſic certæ ſunt, vt contrario euentu ſubuerti nequeant, nam pluribus exemplis oſtendi poſſet, naturam plerūque bonis internis ea ſupplere, quæ, vt ita dicam, nouercali quadam manu, exterius negauit. Vnde ille poeta de ſe ipſo cecinit,

Si mihi difficilis formam natura negauit,
Ingenio formæ damna rependo mea.

Ioannes Choc. *in* Polit. *theſ. aphor. l. 3. c. 4. & Ioannes à* S. Gemin. *l. 5. de rerum ſimilit. c. 74.*

Vbi probans, hominem ex externa forma nōn eſſe iudicandum. Sic ait: Hædus quò ad tactum pilum habet, agno aſperiorem, & tamen carnem habet meliorem, & præcipuè maſculus, cuius carnes, ſunt optimæ, & ſuauiſſimæ, propter ſuam temperiem.

Sic in hominibus aliquando ille qui exterius hiſpidus, & deſpectus videtur, interius eſt optimus. Vnde D. *Io. 2. c. 7.* Nolite iudicare

ſe-

ſecundum faciem hæc ille. Sutor vſque ad crepidam, ait *Laur. Sylua mor. v. Iudicium temerarium.* ſi quidem de calceo vel crepida poteſt homo iudicare de his nempe, quę infima ſunt, qualia ſæpe ſunt quæ apparent; at quia homo maiora etiam pertingere audet, & quæ eius artem excedunt, videlicet ad animi interna, audiat ſibi dictum, ſutor vſque ad crepidam; nam vt habetur *Reg. c. 16.* Homo videt ea quæ patent, Dominus autem intuetur cor, hoc enim eſt de caſibus Deo reſeruatis. At q alterius in re graui iuriſdictionẽ vſurpat, graui culpa ſe obſtringit ex *D. Th. 12. q. 60 ar. 6 Nau. conſ. 3. de crim. falſi.*

Quod de obſeruantibus ſomnia.

IDem dicendum de obſeruantibus ſomnia, & iudiciariam aſtrologiam exercentib. nam & ſi grauem culpam admittant, nec ſacramentali abſolutione, ſi illam dimittere nolint digni ſint, imò cẽſorum catholicę fidei iudicio ſubiiciantur, ex vi tamen verborum à caſu hoc reſeruato immunes ſunt. *Sanch. lib. 2. c. 38. num. 92. Farinacius in tract. de hereſi. q.* 181. §. 1.

Diuinatio per ſomnium an reijcienda.

VBi tamen aduertendum eſt, quod licet aſtrologia iudiciaria ſicut alia ſortilegii, & augurii ſpecies tãquam Diabolica abſolute explodi, & exterminari debeat; diuinatio tñ p ſomniũ ẽt quæ contingentium eſt, & quæ ex humani arbitrii libertate pẽdent, pari ſeueritate reiicienda non eſt. quoniam ex D. *Thoma 22. q. 95. art. 6.*

Quadruplex ſomniorum cauſa.

QVadruplex eſt ſomniorum cauſa, ex quibus futura prædici poſſunt.

1 *Somniorum cauſa.*

PRima eſt naturalis, eaq. vel exterior, vt aer ambiens, aut aliqua Cœleſtis impreſſio, vel interior, quæ eſt corporis affectio ex aliquo humore in ipſo prædominante; nã ex interioris corporis habitu in nocte formatur motus tali corporis diſpoſitioni conueniens. Sicut homo in quo frigidi humores abundant, aliquando ſomniare

ſo-

ſolet ſe in aqua, vel glacie iacere; vbi flaua bilis viget, tunc in quiete, & ſomnis pugnæ, iurgia, & armorum ſtrepitus ei occurrunt, &c.

Et ita medici ægrorum ſomnia percunctari ſolent. Et has ſomniorum diuinationes à iure non improbari apud omnes exploratum eſt.

Sicut etiam ex aſtrorum obſeruatione non prohibetur naturales effectus prædicere, eos præſertim, qui ad medicinam, agriculturam, aut ad artem nauigandi iuuant, vt patet ex regula 9. Indicis librorum, & ex Conſtitutione Sixti V. Incip. *Cæli, & terræ*. Et ex auium motu colligere licet, quæ ad futuras tempeſtates, & ad aeris ſerenitatem ſpectant, iuxta illud poetæ,

Et cornix rauca pluuiam vocat improba voce.

Vayr. de faſcinol. 2. c. 4. Nau. c. 11. c 33. Azor. p. 1. lib. 9. c. 17. Suar. tom. 1. de relig. l. 2. de ſuperſtit. c. 13. n. 6. Leſſ. l. 2. c. 43 dub 8. Maldenus. tract. 10. c. 7 dub. 7. Perer. in Danielem. lib. 1. q. 6. Holchot. ſuper ſap. lect. 103. Bonac. tom. 2. d. 3. q. 5. pun 3. Molſ. tr. 11. c. 7. num. 79.

2 *Somnium cauſa.*

SEcunda cauſa eſt animalis, vel vt alii volunt, moralis, nempe cogitationes præcedentes, animi concitati, & vehementes perturbationes, amor inquam, vel ſpes, vel metus, vel odium. Huc enim ſpectat, illud Claudiani.

Omnia quę ſenſu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies,
Venator defeſſa thoro dum membra reponit,
Mens tamen ad ſyluas, & ſua luſtra redit, &c.

Et hæc ſomnia etiam prauam aliquam animi affectionem indicantia obſeruare licet. *Sanch. l. 2. c. 38. nu. 50. Pined in Iob. c. 7. verſ. 14. Ioannes Vitalis in ſpeculo mor. in v. ſenſus Alex. ab Alex. lib 1. dier. gen. c. 11.*

3 *Somniorum cauſa.*

TErtia ſomniorum cauſa eſt Diabolica, ſolet namque Diabolus ad deceptionem, & alicuius erroris, & ſuperſtitionis cōfirmationem, vel alicuius vitii, vt ſuperbiæ, uel luxurię impulſionem

ſom-

ſomnia aliqua mentibus noſtris immittere. Vnde ſæpe numero legimus, uarios religioſos uiros minus cautos, & nimis ſibi fidentes ob diabolica uiſa fuiſſe deceptos, ut patet in 2. *collat. Abbatis Moyſis* apud *Caſſ.* præſertim. *c.* 5. Narrat etiam *D. Greg. lib.* 4. *dialog c.* 49. de quodam cui ſomnium immiſerat Diabolus, quod diù uiueret; quo ille confiſus pecuniã colligere cæpit, at ſubito extinctus eſt, ut dicam infra.

Et de his illa teſtimonia intelliguntur, ut in *Eccleſiaſte. c.* 5. Vbi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt uanitates, & ſermones innumeri, tu uero Deum time, & *Eccleſ. c.* 34. Qua ſi qui apprehendit umbrã, & perſequitur uentum, & qui attendit ad uiſa mendacia.

Vnde cum quidam tentandi gratia, per ſomnium ſe uidiſſe diceret Alphonſum Aragoniæ Regem ſacculũ auro refertum ſibi donaſſe, ille reſpondit, an ignoras, nullam apud Chriſtianos fidẽ dari ſomniis? ſi quidem ut eſt apud Tibullum:

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pallidas mentes falſa timere iubent. & apud Catonem,
Somnia ne cures, nam mens humana quod optat,
Dum vigilat, ſperat per ſomnum cernit idipſum.

4 *Somniorum cauſa.*

QVarta, & ultima ſomniorum cauſa eſt diuina: ſolere enim Deum ſomnia immittere, per quæ homines de occultis, & futuris contingentibus doceat; & per ſe, uel per Angelos, ea in ſomnis admoneat, quæ ad bonum ipſorum dormientium, uel ad aliorum utilitatem ſpectant, ex illo potiſſimum *Numer.* loco *c.* 12. manifeſtũ eſt. Si quis fuerit Propheta domini, in uiſione apparebo ei, uel per ſomnium loquar ad illum.

Et tale fuit ſomnium Ioſephi ſponſi B.M.V. *Morales in Matthæũ l.* 4. *tr.* 8. *num.* 32. *Vict. in notis ad Nau. c.* 12. *num.* 33.

Aliorum etiam quorundam ſomniorum Deum authorem fuiſſe ſacræ litteræ teſtantur, ut tradit. D. *Thomas.* 22 *q.* 95. *art.* 6.

Sic quandoque à mentibus ſeparatis in Purgatorio exiſtentibus Dei nutu opis petendæ cauſa ſomnia obiiciuntur, ut patet ex *D. Greg. in* 4. *dialog.* & Gregorio *Tholoſano. de. immort. anima. lib.* 1. *c.* 16.

&

& 17.& Pet. And. Canon. in 1. Hipp. aphor.

Sic etiam Galeno immiſſum fuit ſomnium de curatione cuiuſdã infirmi, qui aliàs ſanari minime poterat, ut refert. *Barthol. Sybilla in ſpec. pereg. qq. 1. decade. c. 3.*

Et meritò Angeli Reges, & Principes, ad eorũ ſalutem, quorum curam gerunt, diuinitus per ſomnia dirigunt; propterea namq; quidam philoſophus Regio ſomnio credendum dixit, probe ſciens populorum ſalutem in eorum capitibus, id eſt in his qui præſunt, maxime conſiſtere. *Perer. in Dan. c. 2.*

Diſcernere uero diuina à Dæmoniacis ſomniis ad Confeſſarios eruditos, & probos pertinet, & ad eos, qui animarum medicinam exercẽt, ſi diſcretionis ſpirituum dono præditi ſint; quod quidem iudicium à cauſis, & circunſtantiis dependet, ad eum modum, quo uiſiones, & reuelationes expendendas eſſe Doctores tradunt. D. *Vincentius Ferr. in tract. de vita ſpirituali. c. 11. & c. 12. Delrius l. 4. diſq. mag. c. 1. q. 3. & c. 3. concl. 5. Suarez. l. 2. de relig. tit. de ſuperſtit. c. 13. num. 6. Perer. l. c. q. 3. Val. 22. diſp. 6. q. 12. p. 3. & Sanch. l. c. num. 32.*

Vbi duo præcipua ſigna tradunt, ex quibus id coniectari poſſit.

Signa, quibus diuina ſomnia à Dæmoniacis dignoſcantur.

PRimum eſt conſiderare, ad quid ſomnium impellat, ſi enim ad aliquid malum, & indiſcretum, eſt à Dæmone; ſi autem ad bonum, poſſet aliquis non temere ſuſpicari, à Deo proficiſci, præſertim quod ſolet ſimul hominem de hoc certum reddere, &c.

2 Signum.

SEcundum eſt, ſi p̃ ſomniũ animus confuſus maneat, & ad bona opera tardior, & mens elata, & horrida redditur, indicium eſt eſſe à Diabolo; at ſi promptior, alacrior, & iucundior maneat, argumentum eſt eſſe à Deo immiſſum. De qua re etiam *Sayr l. 4 clauis reg. c. 5. num. 8. & Leſſius. de Iuſt. & Iu. c. 4 4. dub. 3. Delrius diſquiſ. mag. p. 1. l. 3 q. 3.*

Vbi ait diuina ſomnia à Dæmoniacis ſecernere Confeſſariorum munus eſſe qui animarum medici ſunt, ut ſupra innui. Quod etiam

no.

notat. *Victorel. in notis ad Nau. c. 12. num. 33.*

Maneat ergo hæc aſſertio: ſomnia obſeruare, vt plurimum ſuperſtitioſum eſſe, ad Diaboli ſuperſtitioſam artem pertinere, & lethalē culpam ſecum afferre (licet à caſu reſeruato immunem) quando ad ea ſe extendunt, quæ per ipſa cognoſci nequeunt, vt ſunt velle per ea futura contingentia inquirere, vel quæ ex arbitrii libertate depē dent. *Sanchez. l. c. n. 53. Reginal. p. 2. lib. 17. c. 16. num. 173. idem Leſſius l. 2. c. 43. num. 53. Molfeſ. tr. 11. c. 7. num. 94.*

Quare *Caiet. 22. q. 95. a. 6* teſtatur, ſe nunq̄ ſomniis variis ſibi cō tingentibus fidem aliquam habere auſum, quamuis interdum eorū veritas re ipſa ſit comprobata; quod vel caſu res poſtea ſic accidat, vel id procurante Dæmone, vt facilius ad fidem ſomnijs habendā homines pertrahat, &c D. *Greg. l. 4. Dial. c. 49.* cuiuſdam ſomniantis errorē his verbis ſuggillat. Cū quidā ſomnia uehementer attenderet, ei per ſomnium lōga uitæ ſpatia promiſſa ſunt, cumque multas pecunias pro longioris vitæ ſtipendiis collegiſſet, ita repente defunctus eſt, vt intactas omnes relinqueret, & ipſe ſecum nihil ex bono opere portaret.

An autem quis in ſomnis vel dormiendo delinquere poſſit, & ſi forte deliquerit ſit puniendus, videndus eſt. *Tiraq. in tract. de temp. pænis cauſa 5. & Farinac. eodem tr. q 98.*

Sortes ſuperſtitioſæ.

EAdem ratione dicendum eſt in caſum hunc non incidere, licet graui ſuperſtitionis culpa ſe inficiat, qui diuinatoriis ſortibus ad occulta cognoſcenda vtitur, vt ſi ſic, vel aliter taxilli, chartæ, &c. decidant, proſper, vel aduerſus caſus coniiciatur. Vel cum diuerſa nomina in vrna collocantur, ut furtum eſſe apud eum cuius nomen educitur, coniectura ſumatur. Item ſi librum aperiēti ſcriptum lęta, vel triſtia cōtinens occurrat, inde proſper, vel aduerſus ſucceſſus arguatur. Quia cum rei cognoſcēdę deſeruire non poſſint, ſed medium improportionatum, & vanum exiſtant, tacita Dęmonis inuocatiō in eis admiſcetur. Quare Ius quoq. Canonicum eas interdicit, & in Cō ſtitutione Sixti V. contra Aſtrologos damnantur. Atque etiam ita docet. D. *Thomas, quem omnes ſequuntur. 22. q. 95. art. 8. Caiet. &*

alij ſummularij inv. ſors. Sanchez. l. 2. de præcept. c. 38. Suar. de relig. tom. 1. l. 2. de ſuperſtit. c. 12. Mart. Delr. in Diſq. mag. l. 4. c. 4. q. 1. Barb. in Collect. Iur. Can. c. 3. tit. de ſortileg.

4 *Exceptio.*

QVarto, non incidunt qui aliquam materialem ſuperſtitioſam actionem conficiunt, vt ſunt illę mulierculæ, quæ bona fide ad aliquem morbum depellendum aliqua herba tali obſeruato die collecta, & cum aqua admixta aliquem lauant, & ſi nonnullas orationes, vel preces intermiſceant.

Tùm quia hic antequam ſint admonitæ, mortalis culpa non adeſt, tùm quia nec ſacramenta, nec ſacramentalia propriè adhibentur. *Marc. Ant. Genuen. in praxi c. 23.*

Sicut etiam immunis eſſet à caſu, qñ adeſſet tm̃ animus vanus, nec verè ſuperſtitioſus: ut ſi quis inquiſitioni occultorum ex aliquib. uanis ſignis operam daret non quidem ſeriò, ſed iocoſe tantum, ut accidere poteſt ei, qui quæreret ſmaragdum in celebro gallinæ, probè ſciens, ſe non inuenturum: tunc enim uidetur eſſe tantũ uenialis culpa, imò nulla eſſet, ſi talis iocus ita opportunè, & decẽter inſtitueretur, ut ad eutrapelię uirtutem pertineat. *Regin. l. 17. c. 17. n. 170. &* alij.

5 *Exceptio.*

QVinto, nec qui ad deſtruendum maleficium, & ſanitatem obtinendam, ſignum confectum aliqua ſuperſtitione deſtruit, nam etſi hoc nullo modo liceat; maleficium tamen hoc dici non poteſt, quod ſub caſum reſeruatũ cadat; modo tamen ex alia parte expreſſa Dæmonum abſit inuocatio, &c. per ea quę ſuperius dicta sũt.

6 *Exceptio.*

SExto, non incidunt, qui mandant, uel conſulunt, ut hæ iniquę, & peccaminoſæ ſuperſtitiones fiant. Cum enim facere, conſulere, & mandare, inter ſe differant, quando pœna aliquid facienti imponitur, mandans, uel conſulens, non comprehenditur, niſi à lege, uel

uel ſtatuente id exprimatur. *Feli. c. 1. ext. de offic. deleg. Dec. & Cagn. in l. conſilij ff. de reg. Iu. Sayr. de cenſ. l. 3. c. 11. num. 25. Duard l. 2. can. 6. q. 3. Caietan ſumma in v. excom. c. 47. Nauar. c. 27. num. 51.*

Quinam in caſum incurrant.

EContra hoc caſu reſeruato ligantur, & Pœnitentiariorum iudicio ſubduntur.

1 *Comprehenſio.*

PRimo, qui idolatriam committunt, & Dæmoni cultum exhibent, etiam ſi metu mortis hoc faciant, non tamen excommunicatione innodantur, ut ſupra dixi.

2 *Comprehenſio.*

SEcũdo, qui Dęmones expreſsè inuocant, & de futuris euẽtib. aut de rebus occultis interrogant, uel notoriam artem exercent.

3 *Comprehenſio.*

TErtio, qui maleficio aliquem afficit, in anima, in corpore, fama, aut externis rebus aliquod damnum inferens.

4 *Comprehenſio.*

QVarto, qui in aliquo ſortilegio ſacramentis, uel rebus ſacramentalibus abutitur, ut qui v. g. (horrendum dictu facinus) poculum amatorium, ſacratiſſima hoſtia, uel oleo ſacro, ſeu aqua luſtrali admixtum præbet. Vel qui ad ſciendum furta, uel aliqua occulta aquam, uel candelam benedictam, uerba ſacræ Scripturæ, uel alias ſanctas, & pias orationes adhibet; prout in explicatione caſus ſupra animaduerti. *Camillus Gallinius de ver. ſignif. l. 1. c. 15. & 16. Barb. de* Epiſcopo *par. 3. Alleg. 51. num. 135. Riccius in* Praxi *fori eccleſ. Deciſ. 671.*

5 *Comprehenſio.*

QVinto, qui miniſterio Dæmonum expreſſa illorum inuocatione maleficium tollunt. *Mald.* 22.*tract.* 10.*c.*8.*dub.*13.

6 *Comprehenſio.*

SExto, qui ob prauam aliquam cupiditatem animam Dæmonibus deuouent, & eorum propterea iuſſu à Ieſu Chriſto deficiunt, &c.

☞ Cuius rei mirandum affertur exemplum ab *Hor. Turſellino. lib.* 4.*Lauret.hiſt.c.*33.*& à Mart.*Delrio *l.*6.*diſq.mag.c.*2.*ſect.*3.*q.*3.

7 *Comprehenſio.*

SEptimo qui pacto cum Dæmone inito paruulos faſcinant. *cap.*1.5.*& 6.ext.de frigdis,& malef.* Et qui Dæmonum ope carnalem copulam inter coniugales impediunt. *Sanchz.lib.* 8.*d.*16 *& lib* 7.*d.*94.*ſi per ſortiarius* 33.*quaſt.*1.ubi etiam traduntur remedia hæc maleficia diſſoluendi.

Praxis obſeruanda circa confeſſionem, & abſolutionem ſortilegi, magi, malefici ſuperſtitioſi, &c.

QVò ad praxim adminiſtrandi ſacramentum Pœnitentiæ obſeruandum eſt, ſummopere laborandum, ut confeſſio ſit integra, ſiquidem inter cætera ſortilegi (ſub nomine enim ſortilegii omnem damnatam ſuperſtitionem intelligimus) hoc Dæmoni polliceri ſolent, nunquam ſe integram confeſſionem facturos.

Proinde Pœnitentiarius debebit beneuole pænitentem excipere, eius ſpem erigere, onus portare, pietatem in eius diſcrimine habere, & diſcretionem in uarietate *c.*1.§.*quib.de pæn.diſt.*6.*vbi* Nauar. ex D.*Thoma* illa carmina refert:

Confeſſor dulcis, affabilis, atque ſuauis:
Prudens, diſcretus, mitis, pius, atque benignus.

Eſto

Eſtote prudentes diligenterque cauete, ait D. *Baſil. orat.* 17. *de humilit.* nè dum alios reprehenditis, cæco affectu, ac præcipiti paſſione tra ſuetſum extra rationis limites abripiamini; prudentis ſiquidem medici eſt, molliter, ac benignè ægrum tractare, durius verò cum illo agere, barbariem ſapit, atque immitem operatorem arguit. *Dionyſius Areop. ep.* 8. *ad Demophilum de manſuetud. & benignitate. Roder. infra citan. c.* 13. Meminerit eius qđ. D. *Io. Bap.* de Chriſto Saluatore noſtro dixit. *Io c.* 1. Ecce Agnus Dei, &c. nã qui aliorum peccata vult tollere mitis vt agnus eſſe debet vt lupos patientia ſua vincat. *Lud. de Pont.* 4. *tr.* 5. *c.* 3. §. 2.

In ſuo verò munere obeundo pannoſos, & tenuioris ſortis homines æquè ac diuites, & nobiles amplectatur. D. *Bernard. de ord. vitæ mor. inſtit. Roderiq. in exerc. ſpir. par.* 3. *tr.* 1. *c.* 14. *Beſſens dom.* 2. *Aduent.* Barboſa. *in c. humilis de maior. & obed.*

Quod cum ſit Chriſtianę iuſtitiæ opus, quantum Deo placeat, oſtendit. *Ant. Daur. in flor. exemp. tom.* 3. *c.* 5. *tit.* 44. *ex.* 7.

Et quia duo ſunt, quæ ipſius ſortilegi conuerſionem difficilem reddere poſſunt.

Quænam ſortilegi conuerſionem impediant, & quomodo adiuuandis.

PRimo, error in intellectu propter quem ob abnegatam fidem, & pactum cum communi hoſte initum illi perſuadet, fieri non poſſe, vt poſtea ad Deum conuertatur.

Secundo metus incuſſus, quia mortem, & duriſſima quæque his minatur, qui à data ſibi fide recedere volunt. Propterea partes Cõfeſſarij erunt, pœnitentem adiuuare, ipſumque admonere, vt ſpem totam in Deum ponat, qui ad ſe vocat dicens, Nolo mortem peccatoris, ſed ut magis conuertatur, & viuat. *Ezech. c.* 18. *& Iſa. c.* 55. *Barboſ. in c.* 9. *de hæret. Rupertus Holchot ſuper ſapientia. c* 9. *lect.* 118. *Cõbrec. de ſtudio perfect. l.* 1. *c.* 16. *Daurutius in catechiſ. hiſt. p.* 1. *c.* 2. *tit. de deſperat. Nau. in c.* 1. *de pænit. diſt.* 7. *Roderiq de perfect. c.* 2. *tr.* 3. *c.* 8. *Marc. Ant. Natta in Dial. de orat. ad Deum* Bart. *l.* 1. *conſ.* 167. *Tuſch. in v. eccleſia concl.* 14.

Nam quemadmodum Deus nulli claudit viſcera miſericordiæ, ſed omnibus aperit: Ita Eccleſia ſponſa Chriſti ei ſe cõformans nulli

ſi peccatori ne quidem hæretico, quò ad animæ ſalutem gremium præcludit, ſed obuijs ipſum vlnis recipit. *cap. ſuper eo. de hæret. in 6. Regin. lib 17. cap. 4. q. 7.*

Quinimo hæretico reuertenti omnia bona ſua condonari, & illa etiam à fiſco recuperare, ex communi opinione tradit *Burſatus. l. 1. conſ. 14.*

Et vt dicunt *DD. in c. ſuam ext. de pænit.* Eccleſia non eſt prona ad pœnas, ſed cultrix iuſtitiæ ac mater æquitatis. *Lud. Peruſ. Deciſ. 90. num. 36. Scaccia de Appellat. q. 7 num. 49.*

Vnde inducendus erit, vt Chriſtianæ fidei ſcutum arripiens nullis Dæmonum territamẽtis frangatur, cum debilis ſit hoſtis, nec vincat niſi volentem. D. *Aug ſerm. 197. de tempore.* vbi et ait, eũ eſſe velut canem catenis vinctum, qui ad ſe propinquantes ſolum mordet. Et quod nemo Deum amittit, niſi qui ſe ipſum dimittit. Idem D. *Aug. lib. 4. confeſſ. c. 9.*

In promptu Sacerdos habeat ſacræ Scripturę teſtimonia, Patrum ſententias, & aliqua exempla, quibus clarè demonſtret, ſeriò conuerſos nunquã à Deo eijci, nec illos ad pęnitentiam accipere dedignari qui etiam pactis conuentis, & data ſyngrapha ſe Dæmoni mancipa runt; præſertim ſi ad B. M. V. opem confugiant; per illam namque quaſi per eſcam Deus peccatores ad ſe trahit, vt ſe à Domino Deo accepiſſe. D. Catharina Senenſis *tr. 4. dialog. c. 139.* claris verbis teſtatur. *& Morales in Matth. l. 1 tr. 2. num. 4.*

Vnde, & Innoc. III *ſerm. 2. de aſſump.* ſic ait: Luna lucet in nocte; qui ergo iacet in nocte culpæ, reſpiciat Lunam, deprecetur Mariã, vt ipſa per filiũ cor eius ad compunctionem illuſtret. Quis enim de nocte inuocauit eam, & non eſt auditus ab ipſa? &c. Vt de hoc memorabile extat exemplum apud *Turſellinum l. c.* Nam ut ait *Ludulphus lib. de vita Chriſt.* & dixi *p. 3. caſu 6.*

Ille non timet æternum vęh, pro quo ſemel orauerit Maria, & D. *Anſel. lib. de excell. B. V. M.* Ad Mariam conuerſus, & ab ea conſpectus impoſſibile eſt, vt pereat. *Fornar. in Inſtit Confeſſ. lib. 2 tr. 1. c. 7*

Propterea admonet. D. *Bernard. hom. 2. ſuper miſſus eſt*, vt ſi quis criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate confuſus, iudicij horrore perterritus, baratro incipiat abſorberi triſtitiæ, & deſperationis abyſſo, in periculis, & anguſtijs cogitet Chriſtum, reſpiciat

ciat ſtellam, inuocet *Mariam*: cum eius auxilium in primis mortalibus dimicantibus, nauigantibus, & ægrotantibus in hac vita neceſſarium ſit. *Ropert. Holchot. ſuper ſap. lect.* 36 *D. Thom. opuſc.* 8. *Nau. de orat. c.* 19. ubi aiunt, ei iure nomen Mariæ conuenire, Stellã enim maris DD. interpretantur, quia homines per eam ad ſalutis portum diriguntur.

Quomodo ad contritionem inducendus.

SI verò iſte ſortilegus non ſatis pœnitere videatur, ad contritionem eum diſponere ſtudeat,

Primo ex criminis grauitate, & pœnis, quibus omni iure affici debet, cum de iure diuino, & ciuili vltimo ſupplicio plectendum ſit. *Leuit. c.* 20. *& l.* 1. *C. de malef. & mathemat.*

De iure canonico infamiam ſubeat, & excommunicationis gladio feriendum ſit. *cap. infamis.* 6. *q.* 1. *cap. Epiſcopi.* 26. *q.* 1. *Azor. libro* 9. *c.* 26. *q.* 3.

Secundo ex Dei offenſi Maeſtate, qui Creator, Pater, & Redemptor noſter eſt, finis, & perfecta beatitudo.

Tertio ex hominis dignitate, quam à Deo conſecutus eſt, & tamẽ ſe in rem viliſſimam abiecit.

Quarto ex ingratitudine, nam in eum peccauit, qui innumera, & maxima beneficia ei contulit, &c.

Quid in Confeſſione obſeruandum.

QVò etiam ad confeſſionem exprimenda eſt ſpecies ſuperſtitionis, vel ſacrilegij, tùm vt ſciatur an ſit caſus reſeruatus, tùm quia in confeſſione longe diuerſum iudicium de pacto expreſſo, quã de tacito faciendum eſt. *Suar. lib.* 2. *de relig. c.* 10. *nu.* 1. *Regin. lib.* 17. *c.* 16. *nu.* 170 *Molf. tr.* 11. *c.* 7. *nu.* 14.

Interrogandus eſt confitens de tempore, quo in huiuſmodi ſceleribus inſorduit, quoties illa perpetrauit, & an complices, vel ſocios habuerit. &c.

Et vt ſuperius dixi, vrgẽdum erit vt voluntarie, nũde, & pure confiteatur, iuxta illud *Ioſ. c.* 7. Fili da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, atque indica mihi, quid feceris ne abſcondas.

Quænam circa abſolutionem obſeruanda.

QVò ad abſolutionem ſortilegi hæc obſeruanda erunt.

1 *Obſeruatio.*

PRimo inquiret ipſum ſortilegi pactum, quod ferè ſemper cum Dæmone intercedit, dato etiam chirographo ſuo interdum ſanguine conſignato; proinde vrgendum erit, vt illud reſcindat, & Dæmoni abrenuntiet, & quantum in ſe eſt omnia ſigna prærumpat, & à prioribus ſortilegijs, magijs, vel maleficijs in poſterum abſtineat. *Suar. lib. 2. c. 17. num. 4 & Sanch. lib. 2. de precept. cap 40. num.* 53.

Sic apud Surium legimus in uita S. Theodori in *Menſe Aprilis*, ipſum D. Theodorum Archimandritam cuidam Mago ad pęnitentiam adducto iuſſiſſe,

Primo omnia peccata ſua confiteri. Secundo ſi quos haberet libros maleficos, in medium proferre. Tertio quoſcunque homines, aut domos, aut iumēta, & animalia maleficijs, ſuis obſtrinxerat, diſſoluere. Quarto nō amplius ea in quemquam exercere, ſed pœnitentiam agere. *Mart. Delrius lib. 6. c. 2. ſect. 1. q. 2. fol.* 145.

2 *Obſeruatio.*

SEcundo, Pęnitentiarius, uel Confeſſarius perſcrutari debebit, an ſortilegus aliqua hęreſis labe in intellectu fœdetur, puta interius etiam credendo Chriſtianam fidem ueram non eſſe, uel Eccleſiæ ſacramenta nullius effectus eſſe, uel Euchariſtiam, & alias res ſacras uim aliquā ad maleficia conficienda continere, & Dæmonem diuinitatem habere, futura, & contingentia noſſe, &c.

Quod facere debet in alijs quoque caſibus, qui reſeruari ſolent, in quibus error in intellectu concurreret, *Lazar. de blaſph. q.* 11. *num.* 9.

Quia ſi circa iſta, vel aliquod iſtorum male ſenſit, abſque dubio hæreticus fuit, & excommunicatione in Bulla Cœnæ Domini contenta innodatus: proinde ad Inquiſitorem remittendus eſt, uel ſup-

preſ-

preſſo nomine ab eo abſoluendi facultas petenda, prout ſupra dixi de blaſphemia.

Nam ſimplices Confeſſarij nec etiam tempore Iubilei vel occultos hæreticos abſoluere poſſunt. *Vaſquez. de excom. Dub.* 19. *num.* 5. *& ſeq. Farinac. de hæreſi q.* 192. *num.* 63. *Sanchez. l.* 2. Decal. *c.* 12. *n.* 10. *Durd. in Bulla Cœnæ. l.* 3. §. 2. *q.* 8. *num.* 7. contra *Molfeſ. tract.* 7. *cap.* 21. *num.* 62. & alios.

Sacramentalis hæretici confeſſio non prodenda.

VBi etiam aduertendum eſt, tàm arctam eſſe ſigillum confeſſionis tegendi obligationem, vt nec etiam hæretici contagioſi confeſſionem ſacramentalem detegere nulla prorſus de cauſa liceat. Falſus enim, & exploſus eſt omnino verſiculus ille:

Hæreſis eſt crimen, quod nec confeſſio celat.

Quò tamen in caſu fas erit in genere citra omnem perſonæ ſuſpicionem, Epiſcopum, vel Inquiſitorem admonere, vt ſuper gregem ſuum inuigilet, eo quod lupi graſſentur, &c. *Sot. in relect. de teg. vel deteg. Secreto membro* 3. *q.* 4. *concl.* 5. *Lazar. de monit. ſect.* 2. *q.* 17. *n.* 14. *Mart.* Delr. *lib.* 6 *c.* 1. *ſect.* 2. Campan. *Rub.* 12. *c.* 13. *n.* 147. *Onuph. in tr. de ſacroſigillo. ſect.* 2. *q.* 2. *dub.* 4.

Si tamen pœnitens in probabili mortis articulo vel periculo verſaretur, ſimplici Confeſſario, & alii ſacerdoti illum abſoluere liceret. *ex Conc. Trid. de ſac. pœnit. ſeſſ.* 14. *c.* 7. *Sanchez. de precept. l.* 2. *c.* 13. D*uard. in Bulla Cœnæ* Domini *l.* 3. §. 2. *q.* 2. *&* 3. vbi *num.* 18. reſoluit eum qui dubitat ſe ante mortem Confeſſarij copiam non habiturum ab hac excõmunicatione ſine alia facultate abſolui poſſe, &c. *Coriol. p.* 1. *ſect.* 3. *art.* 21. *concl.* 5.

Si verò ſortilegus errorem in intellectu non habuit, nec in hæreſim, neque in excommunicationem incidit, niſi in caſu Conſtitutionis Ioannis XXII. in qua ipſo iure excommunicationis pęnæ his omnibus irrogatur, qui ſacramentis, aut rębus ſacris in diuinationibus abutuntur, aut nefarijs precibus Dæmones inuocant, & impia pacta ineunt. *Direct. Inquiſit. p.* 2. *q.* 43. *Azor. lib.* 9. *c.* 26. *q.* 3.

A qua tamen excommunicatione cum nemini ſit reſeruata, cuilibet Confeſſario approbatǫ abſoluere integrum erit; per ea quæ tra-

dunt. DD. *in c. nuper de ſent. excommunicationis*, præter quam quod multi aſſerunt, illam excommunicationem non eſſe ipſo Iure latam ſed ferendam. *Sanch. l. 2. c. 38. n. 91. Bonac. tom. 1. d. 3. q. 5. pun. 3. n. 22.*

3 *Obſeruatio.*

TErtio conſiderandum, an ſortilegus per diuinationem, vel per maleficia aliquod damnum in anima, in corpore, fama, vel ſubſtantijs alicui intulerit, quia illud omne reſarcire tenetur.

Et quia Dęmō datutus veras Magis, vel Maleficis pecunias, alijs ſurripere ſolet, ſi id conſtet. in foro conſcientiæ veris Dominis reſtituere tenentur. *Suarez. l. 2. c. 17. num. 3. & Sanchez. c. 41. num. 2. idem Bonacin pun. 5. num. 11.*

Cauere tamen debent qui huiuſmodi pecunias habent, ne eas expendant, antequam pecuniam ueram, & non adulterinam eſſe conſtet, Dæmon enim deludere ſolet, & apparentes ac fictos nummos tradere, qui poſt euaneſcunt, ac in carbones conuertuntur.

Sicut etiam quò ad veritatem auri, vel argenti alchimiſticam artem exercentes fallere conſueuit. *Direct. Inquiſit. & ibi Pegna. 3. p. tit. de ſignis quibus. Negrom. &c. Delrius. l. 1. Diſq. mag. c. 5. q. 4. Valentia. 22. d. 6. q. 13. pun. 2. Comit. l. 3. q. 33.*

4 *Obſeruatio.*

QVarto an habeant aliqua maleficia alicubi collocata, quę nec dum damnum intulerint, & res adhuc integra ſit; nam non ſunt abſoluendi, donec quocunque licito modo futuris malis obſiſtere conentur.

5 *Obſeruatio.*

QVinto nū iſti ſortilegi aliquos occiderint, & quos? quia in primis irregularitatis labe ſunt affecti, & ſi clericos occciderunt, in excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam inciderunt. *ob c. ſi quis ſuadente. Diabolo 17. quaſt. 4.*

Rei ad mortem condemnati, an à quibuſlibet criminibus abſolui poſſint, &c. Et quomodo cum morientibus agendum.

SI autem iſti rei ſint ad mortem condemnati, cum in mortis articulo, vel periculo ſint conſtituti, quicunque Confeſſarius eos à quibuſcunque caſibus, & cenſuris, ſi ad Superiorem non ſit facilis aditus, abſoluere poterit. Videatur inter alios *Zambranus in dec. caſ. conſcientiæ pro artic. mortis c. 4. dub.* 5. Et tempore interdicti S. Euchariſtiam pro uiatico eis dandam eſſe receptiſſima eſt omnium Scribentium traditio, *Barboſa in c. quod in te. ext. de pæn. & rem.*

Vbi illud incidenter ſacerdotem abſoluentem admonitum velim, ſi vmquam aliàs, debere beneparatum, & inſtructum ad iuuandum reum moribundum accedere, quem mortis, timor, uel alius affectus diſtrahit à conſideratione eorũ, quæ ad animam ſpectant, & ad curandum negotium ſuæ ſalutis minus aptum reddunt, cum tamen illum interea uehementius infeſtet Diabolus, qui ſciens quod modicum tempus habet, & quod ubi ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit, uires omnes ad miſerum reum perdendum exerit. Vt de hoc egi *in 5. p. Artis iuuandi infirmos præſertim. c. 1. & 2. & de ſtatibus p. 2. & c. vlt.*

6 Obſeruatio.

SExto uidendum, ut relabendi occaſiones euitentur, & amputentur, v.g. ſi cum alijs ſortilegis uerſantur, ſeparatio iniungenda eſt. Et ſi quos noxios complices non emendatos norint, ſtatim ad Iudices deferãt. *Greg. 15. in Bulla Cœnæ Incip. Omnipotentis.* ut apud *Nald. v. maleficium. num.* 8.

Quandonam ſortilegæ mulieres ſint denuntiandæ.

ANte tamen monitionem non ſunt denuntiandæ mulieres, vel perſonæ illæ, quæ ex ſimplicitate quadam ſortilegia, uel maleficia conficiunt, quæ hæreſim, uel apoſtaſiam ſapiant, cum iuris prohibitionem ignorent. *Marc. Anton. Genuen. in praxi Neap. c. 23. num. 4. arg. Nau conſil. 3. tit. de hæret. Pet.* Nau. *lib. 2. de reſtit. rerum ablat. c. 3. num.* 209. Et ſuperius innui.

Poſt monitionem uerò à quolibet perſona denuntiandæ ſunt etiam ſi quę denuntiare deberet eſſet monialis. Quod officium chirographo ad Inquiſitorem ſcripto, uel per certum nuntium præſtabit. *Lazar. de blaſph. q. 12. num. 65. Belloch. p. 2. q. 9. num. 209.*

7 *Obſeruatio.*

SEptimo utrum ſortilegus pęnitens alios artem magicam, uel maleficam docuerit, aut ſeduxerit; nam non abſoluendus erit, niſi quò id poterit, illos conuertere conetur, & ſi pertinaces erunt, eos ſuperioribus Magiſtratibus denuntiet. *Delrius lib. 6. ſect. 3. Pegna. p. 2. Direct. Inq. Comment. 31.*

Vbi refert Berengarii moribundi uerba: Hodie apparebit mihi Dominus Ieſus Chriſtus uel ad gloriam ſicut ſpero, propter pęnitẽtiam meam, uel ad damnationem, ſicut formido, propter aliorũ corruptionem, quos ad uiam ueritatis reducere non potui.

8 *Obſeruatio.*

OCtauo tandem inſpiciendum erit, an adhuc libros, uel alia magica inſtrumenta retineat, illis enim detentis abſolui nequiret. Hi autem libri non propria auctoritate comburendi ſunt, ſed potius ad Inquiſitores deferendi. ex Cõſtitutione. *Iulij 3. Incip. cum meditatio. Azor. p. 1. lib. 8. c. 16. q. 12. & ſeq. Sanch. d. c. 38. nu. 93. Suar. lib. 2. c. 19. num. 16. Mart. Delrius lib. 5. ſect. 16. fol. 96.*

Quæ pœnitentia iniungenda.

AD ſummum Pœnitentiæ ſortilegi, ſiue uiris ſiue mulieribus pænitentibus iniungendæ erunt arbitrariæ.

Cæterum cum fœminis vtpote debilioris iudicii mitius agendũ ſiquidem cæteris per omnia paribus, leuius quàm viri peccant. vt docet. *D. Thom. 22. q. 163. art. vlt. & in 4. ſent. d. 35. q. 4. & ibi D. Bonau. & Tira. q. de temp. pęnis cauſa 20. & l. 1. connub. num. 69. Sanct. de hæreſi c. 46. num. 3. Simancas in Cathol. Inſtit. tit. 37. num. 3.*

Nihilominus orationes, & preces tàm mentales, quam vocales, nec non frequentia ſacramentorum, pœnitentiæ, & Euchariſtię vtriſque imponi poterunt, quò paulatim ad Deum trahantur, & in

Chri-

Chriſtianis virtutibus proficiant. *Verid. Chriſt. c. 36.* Graffius. *l. 1. arb. Conſeſſ. c. 26.* vbi ait leuiorem pœnitentiam ei iniũgendam, qui debilis eſt in fide, & leuiter ſenſim ad Deum ducendum. Etſi pænitens conſentiat, pro remedio iniungi poteſt frequens confeſſio, & piarum meditationum uſus, lectio ſacrorum librorum, & diuini verbi auditio *Vitt. ad Tol. l. 3. c. 1.*

Et vt ſapienter ait *D. Ant. 3. p. tit. 17. c. 20. ſub initium.* Sacerdos ſi non poteſt gaudere de omnimoda purgatione pęnitentis, ſaltem gaudeat, quod liberatum à gehenna tranſmittit ad Purgatorium.

Pænitentię ingenere quomodo iniungendæ.

Confeſſarius ad inſtar medici corporalis pro pænitentis ſalutẽ cõparanda.

Primo perpendere debet ſpiritualis infirmitatis genus, accidentia, & neceſſarias circũſtantias, vt de opportuno remedio eicõſulat. *Pet. Ant. Canonherius in 1. Hipp. aphor.*

Secundo quandiu in peccato, & huiuſmodi animi morbo perſtiterit, an in eo callum, vel conſuetudinẽ obduxerit. Vulnera .n. obdurata non leuiore, ſed violenta manu, igne, & ferro ſunt ſananda, &c.

Tertio infirmitatis cauſam, quænam ſcilicet ſit eius origo, an propter malam ſocietatem, prauam lectionem, &c. proceſſerit, & ipſam cauſam confitenti interdicere.

Quarto ipſius peccati magnitudinem, vel quantitatẽ, vt iniquiori, & attrociori culpæ acrior etiam pęna infligatur. Inſuper pęnitentis qualitatem, & vires, vtrum ſcilicet iniũctam pęnitentiam vereſimiliter adimplere queat, &c. Cũ, vt dixi, præſtet mitiori decrete pęnæ illis aliquid in Purgatorio expiandum relinqui, quã pęnitentiæ acerbitate atteritũ, atq. alienatũ, ad æterna Inferni ſupplicia præcipitari, vt etiam colligitur ex *c. conſideret de pęnit diſt. 5. c. omnis vtriuſque ſexus. ext. de pænit. & remiſſ. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 8 Alphonſo Torres de Inſtit. Sacerd. c. 5. num. 25. & ſeq. Bernard. Buſto p. 1. Roſarij. ſerm. 34. §. & pro concluſione. Synodo Amer. tit. de pænit. c. 145.*

Et vt admonẽt DD. & vt ſup. innui, ſalubre conſiliũ eſt, vt ſi pęnitẽs magnus peccator eſt, vt hic ſupponitur, frequentiã cõfeſſionis pro pnía iniungat, eſt enim efficaciſſima medicina valde ad remedium

per-

perditiſſimarum animarum conducens. *Coriol. p. 1. ſect. 3. art. 21. concl. 5. Sot. in 4. ſent. d. 18. q. 1. ar. 1. Mercatus. de ſtat. Merc. c. 6. Io. Mes. in ſumma l. 1. c. 14. §. 41. Lopez p. 1. c. 18. Cathol. Neap. c. 25. Tolet. l. 6. c. 11.*

Monitum.

EſT autem hic annotãdum, quod licet hæreticus ab excõmunicatione ob hæreſim contracta ſit abſolutus, adhuc tamen aliis Eccleſiaſticis pœnis ſubiectus manet, nẽpè irregularitati, & inhabilitati ad officia, & beneficia Eccleſiaſtica. Vnde ſi vult ab his liberari, debet à Summo Pontifice diſpenſationem petere, vel ab alio, cui ille diſpenſandi poteſtatem commiſerit. *Reginal. in foro Pœnitentiali l. 17. c. 4. q. 7. Bonac. de irregul. d. 7. q. 3. pun. 7. num.* 12. vbi tamen cum *Sanchez l. 2. Decal. c. 25. num.* 16. credit iu irregularitate ex hæreſi occulta proueniẽti Epiſcopum ui Conc. Trid. deſpenſãre poſſe.

De tertio caſu reſeruato, qui eſt homicidium voluntarium, non ſolum quò ad committentes, ſed etiam quò ad conſulentes, mandantes, vel auxilium, ſeu fauorem præſtantes, effectu ſecuto. Cap. III.

Homicidij grauitas.

INter vniuerſa peccata, quæ mortales aduerſus ſe inuicem committunt, homicidium grauiſſimum reputatur. (Excepta enim hic habemus peccata, quæ Deum habent pro obiecto, cuiuſmodi ſunt infidelitas, blaſphemia, & ſuperſtitio; de quibus ſupra) ſi quidẽ uita diuinitus conceſſa, qua nihil maius, humano furore præripitur; ex quo non ſolum corporis, ſed etiam aliquando ipſius animę mors cõſequitur, cum ſcilicet homo lethali culpa fędatus interimitur. *Sot. lib. x. de iuſt. & iur. q. 10. art. 3. Abb. in c. cum contingat. de foro cõpet. Carbo. de reſti. q. 15.*

Vbi ait, grauiſſimam iniuriam primo Deo irrogari, cuius imago læditur.

Secundo toti reipubl. cuius erat membrum.

Tertio priuatis hominibus, quibus charus erat, & vtilis eſſe poterat;

rat;& ſpeciatim toti familiæ. Cui et grauis iniuria illata cenſetur.

Quarto ei quem uita priuauit, quem necando, quendam paruum mundum deſtruxit. & ſi fortè mortiferi peccati labe inquinatus erat, ad æternas inferni pænas detruſit.

Cuius etiam delicti grauitatem pænę, quæ ab omni iure ei infliguntur, ſatis declarant.

Homicidarum pęna.

NAm primo de iure diuino, homicida pęna mortis feritur, *Exod. c. 21. & 22.*

Et gladio ferientem, gladio etiam feriendum ſtatuitur. *Matth. c. 26. & Geneſ. c. 9.*

Quæ loca tàm ad æternam mortem, quàm ad temporalem referri poſſunt. Imò inter illa peccata numeratur, quæ in Cælo clamare dicuntur. *Geneſ. c. 4. Arrag: 22. q. 64. art. 2. Barb p. 3. Alleg. 51. nu. 16.* De qua re videat̃ notabile exemplũ apud *Dauı tom. 3. ti. 40. exẽp. 2.*

Secundo Iuri naturali omninò repugnat, quod vult vt nullus alteri faciat, quod ſibi fieri nollet. *c ius naturale. diſt. 1.*

Et eodem iure nefas eſt, hominem homini inſidiari. *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.*

Qua etiam ratione DD. fieri aſſerunt, ut occiſi hominis vulnera coram occiſore cruorem emittant. *Leſſius lib. 2. de iuſt. & iur. c. 29. dub. 17. num. 167. Menoch. lib. 2. de arbit. Iud. caſ 270. num. 16. Ant. Theſ. in decıſ. Pedemon. deciſ. 173. Mart. Delrius lib. 1. diſq. Mag. c. 3. q. 4. Corn. à lapide in cõ. in Deut. c. 21. verſ. 3. & 4.* Quo in loco uariis exemplis probat, quàm miris indiciiis homicidas detegat, ac puniat Deus.

Et poteſt eſſe hæc pręſumptio uehemens, quod illum occiderit, ſi alia adſint indicia: *boer. deciſ. 166. Farinac. in Praxi crim. l. 1. tit. 5. q. 52. num. 154. Maſcard. de Probat. concl. 867. num. 24. Barb. de Epiſcop. p. 2. Alleg. 28. num. 22.*

Tertio lege ciuili eadem mortis pęna homicida punitur. *l. 3. C. de epali audientia*, ubi habetur, Homicida quod fecit expectet.

De iure canonico labe irregularitatis afficitur, & qui laicus eſt, excommunicari debet, clericus uerò deponi, & beneficijs priuari.

Gut.

xit. *c. ſicut litterarum. ext. de homic. Farinac. de homicid. q. 122. par. 6*

2 *Diuiſio.*

SEcundo quando quis alterum in mortali peccato exiſtentem vita exuit, vel cum ſibi mortem conſciſcit; quandoquidem vterque & in anima, & in corpore mortem patitur. *c. ſi non licet. 23. q. 5.*

In quo etiam caſu Eccleſiaſtica priuatur ſepultura, & eius bona fiſco addicuntur. *Mar. Anton. Gen. in praxi cur. Neapolit. c. 76. & Cam Borell. de* Magiſt. *l. 3. c. 6. nu. 18.*

3 *Diuiſio.*

RVrſus homicidium tribus modis committitur. Primo faciendo, vt qui ipſum actum occiſionis exercet; aut id applicat, quod mortem aptum eſt afferre, vt qui venenum miniſtrat. *l. 1. C. de malef. Dec. in l nō vult ff. de reg. iur. Roder. tom. 2. qq regul. q. 34. ar. 4*

Secundo, admittitur loquendo, & hoc etiam tribus modis. Primo præcipiendo, per regulam: Qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur. *c. qui facit. de reg. iur. in 6.* Secundo ratificando, nam ratihabitio mandato comparatur. *c. ratihabitionem. de reg. iur. in 6.* Tertio conſulendo. *c. 1. vbi* DD *de off. deleg.*

4 *Diuiſio.*

TErtio verò loco homicidium omittēdo perpetratur; idq. duobus potiſſimum modis.

Primo non obſtando, vt ſi cum poſſit, & debeat, alterius occiſionē non impedit. *c. ſicut dignum, et l. 1. §. illi etiam. ext. de homic. c. quante vbi ſcribentes. ext. de ſent. excomm.*

Secundo pauperibus eleemoſyna non ſubueniendo, iuxta illud Paſce fame morientem, ſi non pauiſti, occidiſti. *c. paſce. diſtinct. 86. Et Lact. lib. 6. de vero cultu. c. 11.* Qui ſuccurrere perituro poteſt, inquit, ſi non ſuccurrerit occidit. *Tiraq. de temp. pæn. cauſa. 44. num. 7.*

Licet reſtitutioni obnoxius non ſit ſi ad id ex officii, & iuſtitiæ legibus non teneatur. Sicque intelligitur quod effertur, Princeps alimenta ſuis ſubditis eripiens illos necare dicitur. *l. necare ff. de cibar. & alim. neg. Borell. l. 3. de Edict. Magiſt. c. 14. num. 19.*

5 *Diuiſio.*

RVrſus homicidium diuiditur in voluntarium, & caſuale.

Homicidium voluntarium quid.

VOluntarium dicitur illud, quod dolo, vel malo animo, ſeu intentione occidendi committitur; & hoc dupliciter, primo p ſe, & directè, vt cum quis occidere intendit, & re ipſa occidit; vel in ſua proxima cauſa, vt qui venenum præbet, ex quo mors ſequitur, uel prægnantem mulierem percutit, ex qua percuſſione abortum patitur. Vel ēt ſi graue vulnus in capite inſligit, nam licet occidere non intendat, ſi tamen mors contingat, in ſua cauſa voluntarium eſſe dicitur, cum percutiens hunc caſum præcogitare potuerit. *Barboſa de Epiſcopo p. 2. Alleg. 39. Ricc. in praxi pot. Epiſc. reſol. 266.*

Caſuale homicidium quid.

CAſuale eſt, quod caſu, & præter intentionem accidit, ita vt occiſio nec in ſe, nec in ſua cauſa voluntaria fuerit: ut quando quis dans operam rei licitę, & omni adhibita diligentia alterum occidit; vt ſi v.g. reparans tectum poſitis ſignis in via, & ſubmittens tegulas ſtultè incedentem interfeciſſet. vt per D. *Thom. 2 2. q. 64. art. 8. vbi Bannes. Salon. Arrag. & Valent. Sayr. lib. 7. clauis regiæ. c. 14. num. 1. ex c. lator. & c. dilectus. ext. de homic. Suar. tom. 5. d. 45. ſect. 6. Molina tom. 4 tr. 3. d. 71. & 77. Filliuc. tr. 20. c. 3. Bonac. de cenſ. & Irreg. d. 7. q. 4. p. 7.* Vbi etiam tractant quandonam ex eo irregularitas contrahatur. De qua rè nos *2. p. de Exam. tr. 10. de reſtitut. & 11. de irregularit.*

Idem ſtatuendum de nutrice uel parentibus dormiendo infantem ſuffocantibus. &c. *Farinac. de temp. panis. quaſt. 88 caſu 12. & ſi fin. de his qui filios occid.*

Huc etiam ſpectat homicidium factum in torneamentis, uel haſtiludijs. De quibus *Nau. c. 15. nu. 18. Quar. in v. torneamenta & Barboſa in cap. 1. de torneam. Salon. 2 2. q. 5. de dominio art. 6. concluſ. 2.*

Mixtum homicidium.

ADdi poteſt tertij generis homicidium, videlicet mixtum, ex voluntario, & caſuali conſtans, cuiuſmodi facile ab imperitis & minus diligentibus medicis nimis culpabiliter committi ſolet. De qua re conquerebatur Philemō dicens: Eſt hoc malum in republica, vt medicis occidendi data impunitas videatur.

Hinc illa infelicis monumenti inſcriptio: Turba medicorum me interemit. Propterea Nicocles felices medicos dicebat, quod proſperos ipſorum ſucceſſus ſol intueretur, errores autem tellus operiret. *DD. in c. tua nos. ext. de homicid.* Et nos *de ſtat. p. 2. c.* 8.

Ideo non oportet ſanationis ſpem in medicis præcipue collocare, ſed potius in vero medico noſtro Ieſu Chriſto. *Diadochus l. de perfect. ſpir. c.* 53

Narrat. *Petr. Damian. epiſt.* 107, ſe ægrotante fratri cuidam nomine Leoni ſplendidum virum in ſomnis apparuiſſe, & inter alia iubentem hæc ægro referri, Non in medicis ſpem ponat, centum tātum pauperes paſcat, & protinus ſe conualeſcere de languore quē patitur non diffidat, quo facto eſt ſanitas conſecuta.

Et cum cæca mulier *B.* Ilarioni, teſte D. Hieronymo in eius vita, expoſuiſſet ſe omnem ſubſtantiā in medicis abſumpliſſe, ei reſpōdit, Si pauperib. dediſſes, curaſſet te verus medicus Chriſtus. *Actius de Infir. p.* 1. *c.* 44.

Se ipſum occidere non licet.

CVm autem, vt ſuperius inſinuauimus, homicidium iure naturali, diuino, & humano prohibeatur, ſequitur vt ſi non licet alterum occidere, multo minus liceat ſibi ipſi mortem inferre. *c. ſi non licet.* 23. *q.* 4. Cuius rei potiſſimas rationes affert. *D. Thom.* 22. *q.* 64. *art.* 5. *vbi Salon. & Arrag. & Menoch. lib.* 3. *de arbit. iud. lib.* 2. *c.* 284. *& Lopez in ſcholijs ad Diaz c.* 17. *& Pet. Nauar. l.* 2. *de reſtit. c.* 3. *dub.* 2. *num.* 13. *Sayr. lib.* 7. *cl. reg. c.* 9. *Rolandus à Valle lib.* 3. *conſ.* 20. *Tiraq. de nobilit. c.* 31. *num.* 475 *& num.* 560. Hinc *Cornelius Gallus*:

O quàm dura premit miſeros conditio vitæ,
Nec mors humano ſubiacet imperio.

Et Martialis lib. 10.*epigr.*47.

Summum nec metuas diem, nec optes.

Finis enim vitæ à Deo expectandus, & æquo animo ferendus *Aug. à Vino de vera ſap. l.* 3.*c.*7.

Vnde etiam nonnulli tradunt, illum crimen læſæ diuinæ Maieſtatis admittere, qui ſibi ipſi vitam abrumpit.

Et vt teſtatur Cicero in *Catone Maiore* vetat Pythagoras iniuſſu Imperatoris, ideſt Dei, de præſidio, & ſtatione decedere.

Vnde ſi quis amoris æſtu uel vitæ tędio, vel alia de cauſa ſe ipſũ occiderit eccleſiaſtica, vt dixi, ſepultura, & communibus, ac publicis ſuffragijs priuatur. *c placui* 23.*q.*5.*Menoch.de Arbit. Iud.l.*2.*caſu.* 284.*Cou.l.*2.*var.reſol c.*1.*Nauar conſ.*7.*de ſepul.Graff.conſ.*1.*eodem tit.*Marc.*Ant Genuenſis in praxi Neap.c.*76.

Quam aſſertionem ſupra firmatam adeò extendunt DD. vt nec pro tuenda pudicitia liceat ſibi manus inferre.*c.non eſt noſtrum.* 23.*q.*5. Nec enim peccati labes mulieri per vim corruptæ inuritur, ſi mens non conſentiat.*c.* 1.*& ſeq.*32.*q* 5.*Sotus lib.* 5. *de iuſt.& iur.q.* 1. *artic.* 5.

Notat autem *D.Anton.*2.*p.tit.*5. *c.*6. *ſub finem,* quod etiam ſi virgo eo caſu ſignaculum virginitatis amitteret; non tamen ipſam uirginitatem perderet, deberetùrque ei, inquit ille, uirginitatis aureola. Quod etiam docet idem *Sotus in* 4.*d.*49.*q.*5.*ar.*2.*concl.*2.*& Regin.lib.* 21.*c.*4.*n.*39.& alij communiter.

Vitam abbreuiare non licet.

SEcũdo, vt nec fas ſit immoderatis ieiunijs, vigilijs, crudis herbis cibis inſalubribus, & alijs corporis afflictationib. carnem ita domare, vt uita breuius, & citius abſumatur, & ſenſim mors inducatur. *DD.in d art.*5.*Ioannes* Medina.*C.de ieiunio.q.*13.*Vict.in relect.de temperantia.num* 9.*&* 10.*Pet.Nauar.lib.*2.*c.*3.*num.*83. *Sayrus lib.*7.*cl.reg c.*9.*num.*32.R*egin.*21.*num.*48.*& ſeq.*Molſ.*tr.*11.*c.* 19.*nu.* 161.*Facius de mortificat.c.*19. Vt ſcripſimus *in* 1.*p de Exam. Eccleſ.tr.*7.*c.* 19.*q.*90.

Facit illa ratio, quod ſi charitatis legi repugnat, alterius uitam aduertenter imminuere, multo magis vitam propriam breuiorem facere, cum nemo dominus ſit membrorum ſuorum. *arg. cap. non mediocriter.de conſec.diſtinct.*5.D.*Thom.*22.*q.*147.*art.*1. *ad* 2.

Quo-

Quomodo in mortificationibus ſuſcipiendis quis ſe gerere debeat.

PRoinde quia ſæpè Satanas ſe in Angelum lucis transfigurat, ne quis etiam in mortificationibus pietatis cauſa ſuſceptis erret, vitæ ſuæ rationem Superioribus ſuis aperire debet; ſic enim fiet vt nunquam à virtutis rectitudine deflectat, & plurimum mercedis, & meriti apud Deum conſequatur. D. *Bened. in reg. c. 49.. Sayr. l. c. nu. 33 & Roſignolius de diſciplina chriſtianę perfectionis. lib. 2. c. 12.* Deus enim vult ſapienter amari. *D. Bernard. ſerm 19. & 23. in Cãt.*

Quare expertorum, & ſeniorum conſilium adhibere par eſt, nè fortè Deo non placeat, quaſi ſacrificiũ ſine ſale offerens, iuxta illud;

Diſplicet imprudens, vnde placere putat.

Cornel. à Lapide in Com. in Gen. c. 17. verſ. 2. Vbi inter nouem media ad chriſtianam perfectionem comparandam neceſſaria hoc enumerat, vt ex pænitentiis, & mortificationibus tantum aſſumatur, quantum ad finem hunc aſſequendum conducit.

Remedia etiam contra indiſcretionem, & imprudentiã ob quam delinquitur quoties exceſſus, vel defectus in boni operis exercitio cõmittitur, vide apud *Buſæum in arte medica in v. Indiſcretio.*

Caſus in quibus licet alterum occidere.

QVatuor etiã præcipui caſus excipiuntur, in quib. alterum abſque culpa licet occidere.

1 Caſus.

QVorum primus eſt, cum ob publicã vtilitatem aliquis malefactor morti traditur. Experientia namq. teſte, & recta rõne dictante, reſpublica aliàs non poſſet in pace, & quiete manere, idq; etiã ex ſacris litteris cõſtat, cum Dominus *Exod. c.* 20. dixit, Maleficos non patieris viuere.

Hinc *Paulus de Caſtro in l. 3. de C. de epiſcopali audientia*, ex Senecæ ſententia ait, non poſſe pinguiorem victimam Deo mactari, quã hominẽ ſceleratum. A qua ſententia non diſcrepat. *Aulus Gellius l. 6. noct. Att. c.* 14. dũ puniendis peccatis tres eſſe rationes à Philoſophis

ph s excogitatas, & attributas aſſerit. Arg eorũ quæ dixi *in* 1.*p.c.*1.

Q ıe DD. aſſertio adeò vera eſt, vt etiam ſi Iudicibus conſtaret, vltimum ſupplicium reo æternæ damnationis cauſam fore, adhuc tamen illi indulgendum non ſit, cum charitatis ordine publicum bonum particulari præſtet. *Salon.* & *Arrag.*22.*q.*64.*art.*2. Ex qua etiã concluſione duo corollaria inferunt.

1 *Corollarium.*

PRimo nulli priuatę perſonę licere tyrannum occidere, niſi per arrogatam ſibi poteſtatem dominium obtineat, vt ex communi opinione ait *Sayrus lib.*7. *cl. reg. cap.*10. *num.*2. & *Leſſius lib.* 2. *c.*9. *dub.*4.

2 *Corollarium.*

SEcundo nefas eſſe exules morte afficere, niſi publicè ſint à Magiſtratib. ad necem condemnati, *Borellus de Mag l.*3.*c.*6. Quo etiam in caſu cum in mortis articulo conſtituri cenſeantur; à quocunque caſu reſeruato eos quiuis Sacerdos abſoluere poterit. *Ugol. de off.* Epiſc. p.1 c.15. §.8. *num.*9. *Nald. v. abſolutioni cenſuris. num.*4. *Floron. p.*1. *c.*4. § 8. *num.*9.

Atque idem DD. dicunt de viro erga uxorem in adulterio deprehenſam, ſcilicet eam occidere non liceat, niſi maritus iuſtitiæ miniſter à publica poteſtate conſtituatur. &c. *Sayr. l.c. c.*10. *num.*6. *Leſſius dub.*5. Molina *de iuſt. & iur. tom.*3. *tr.*3. *d.*7. *Reginal.*21. *c.*2. *num.*17.

2 *Caſus liciti humicidij.*

SEcundus caſus eſt, cum quis alterum ob proprię uitæ defenſionem interficit, cum omni iure uim ui repellere liceat *l. vt vim, vbi Iaſ.* & Dec. *de iuſt. & iur. c. ſi vero. de ſenten. excommun.* D. *Th.* 22.*q.*64. *art.*7. *Tuſchus in v. homicidium concl.*143. *Viuius l.*2. *cõm. opin. opin.*85 *Barboſa in Collect. Iur. Canon. in c. ſignificaſti. cl.*2. *ext. de homicid.*

Quam ſententiam eleganter explicat *Cicero. lib.*1. *de off. c.*1. & *in oratione pro Milone.* & *Plato. in* 9. *lib. de legibus.*

Qua-

Quare etiam clericis, & monachis ſicut laicis cum moderamine inculpatæ tutelæ hoc conceſſum eſt, nec per hoc irregularitatis labe occidens afficitur.

Et ſi pro ſui tutela occidiſſe probari non poſſit, in iudicio fateri id non tenetur: cum enim ratione mali operis perpetrati præſumptio contra ipſum militet, in foro externo ei fides aſſerenti non habebetur. *Io. Bap. Corrad. in reſp. caſuum cõſcientiæ q. 171. Doct. in clem. 1. tit. de homicid. Leſſius lib. 2. c. 31. dub. 3 num. 13. Maſcard. vol. 2. cõcl. 1367. num 9.*

At medicis creditur ad iudicandum, an vulnus ſit lethale, & an ſauciatus ex eo deceſſerit modo ſint duo, & periti in arte habeantur, & cum iuramento deponant *Barb. l. c. num. 3.*

An uero cum quis u. g. uitæ tuæ inſidiatur, poſſis priuata auctoritate, antequam te inuadat, præuenire, & occidere, non conuenit inter Doctores, tutior uidetur ſententia, id nõ licere, perrarum enim eſt ut non ſuppetat alia ratio mortis euadendæ. *Pet. Nauar. l. 2. c. 3. num. 330. Sayr. lib. 7 c. 10. num. 18. Leſſius c. 9. dub. 8. nu. 44. & ſeq.*

3 *Caſus licitæ occiſionis.*

PRædicta aſſertio ampliatur, ut pro rerum, honoris, caſtitatis, aut alterius uirtutis defenſione, interficere liceat, ſi alia ratione hæc defendi nequeant.

Niſi tamen res exigui momenti, uel põderis forent. *ug. l. ſciendũ ff. in integ. reſtit. c. ex parte ext. de de fide inſtrum.* ub minima, & modica non ſunt conſideranda. *Nau. conſ. 1. de feudis. Tuſch. in v. minima concl. 238.*

Vel ſi magni, & p uiã iuris recuperari poſſẽt, hoc. n. fas nõ eſſet. *arg. l. Thomas. 22. q. 66. art. 5. vbi Bannes Salon. & Arrag.* Vbi furtũ non committit qui rem ſuam, uel æquiualentem ſurripit, quam uia iuris recuperare non poteſt, ut etiam per *Couar. l. 1 var. reſ. c. 2. & Graſſium l. 2. Deciſ. aur. c. 93. num 12.*

Et ex communi ſententia (quidquid ſit de irregularitate) qui pro honore rebuſque tutandis, inculpate necat, nil reſtituere tenetur; *Pet. Nauar. l. 2. c. 3. num. 419. Salon. Arrag. Bannes, & alij in d. art. 7. Iaſ. & alij Iur. in d. l. vt vim ff. de iuſt. & iur. Carbo. de pacif. c. 23.* Cõcors eſt ratio, quod honor, & uita æquiparãtur, *l. iuſta, ff. de ma-*

numiſſ. vind. *Sayr. l. 7. cl. reg. c. 10. num. 27. & l. 6. de cenſ. c. 17. nu. 22.*

Ergo ſicut vitam illum in ipſo congreſſu tutari licebit. Et quò ad res, ſicuti pro vitæ defenſione à iure occidere permittitur, ita etiam pro ſubſtantiis, vel facultatibus, quæ ad vitam non ſolum propriam, ſed etiam cuiuſcunque innocentis extranei conſeruandam neceſſariæ ſunt, eodem iure cum alterius morte tueri conceditur, cum res ſecundus ſanguis dicantur, iuxta illud:

Viſcera noſtra tua dilacerantur opes.

Gloſſ. & Bartol. in l. aduocati. C. de aduocauit diuerſ. Iud. Ceneduſ in c. ſicut. ij diſt. 47. Et vt ille ſcitè cecinit:

Exhaurit venas, & Lesbia Varre crumenam,

Demens, cui gemino ſanguine conſtat amor.

Simancas in Cathol. Inſtit. tit. 45. num. 28. Tiraquel. de nobilit. cap. 31. num. 364. Caſtelianus Cotta in memoriali in v. pecunia.

Et nobilitas ſine rebus, & ſubſtantijs mortua dicitur; cum ſine his ſtatus ac dignitas conſeruari nequeat *Angelus Aret. in* §. *hac quoq. Inſti. per quas perſonas nob. acq.* Barb *l. 1 conſ.* 43. *Et* Platina *de falſo, & vero bono lib.* 2. *&* 3. ait, pecuniam honorem conſeruare, ruſticitatem, & alios defectus cooperire, cum ſint ſecundus ſanguis, & hominis viſcera.

4 *Caſus.*

AB illo etiam præcepto Non occides, iuſtum bellum excipi ſolet. Iuſtæ verò cauſę belli ſunt hoſtium chriſtianæ fidei punitio, innocentium defenſio, magnę iniuriæ uindicatio, & rerum iniuſte ablatarũ repetitio. *c militare. c. quid culpatur.* 24. *q.* 1. D. *Thom.* 22. *q.* 40. *art.* 1. *vbi* V*al. diſp.* 3. *q.* 16. *p.* 2. D*uard. l.* 2. *can.* 7. *q.* 36. ubi reſoluit ſecluſo ſcandalo, & damno chriſtianæ religioni obueniente licere Principi in bello iuſto infideliũ ope uti; & aliis multis id probat.

Duellorum vſus damnatus.

NVnquam tamen licebit in ſingulari certamine, monomachia uel duello aliquem occidere; ſi quidem hoc iure naturali, diuino, & humano eſt interdictum, ut inter alios, probat *Fabius Albergatus in tract. de modo pacificandi. lib. 4. c. 15. & 16. Salon.* 22. *q.* 64.

84 *art. 3. cont. 3. Lucas Floronus in tr. de prohibitione duelli. c.* 1. & *Alex. Pereg. in tr. de duello. q. 2. Bonac. tom. 1. d. 2. q. 7. pun. 2.*

Super qua re extant multæ Pontificum Conſtitutiones, & inter cæteras illa ſanctio Clementis VIII. Incip. *Rectè quidem.* Quam etiam vide apud *Regin. lib. 22. c. 7. Molf. l. 7. c. 18.*

In qua Bulla acrem excommunicationem etiam ſi effectus non ſequatur, imponit, à qua nemo niſi in articulo mortis abſoluere poteſt. Si tamen caſus eſſet occultus, vel pœnitens iuſto laboraret impedimento quo minus Romam petere poſſet, ab Epiſcopo abſolui licebit. *Pereg l. c q. 33. Duard. in Bulla Cœnę* Domini. *l. 2. §. 2. q. 8.*

Imo ratione obliuionis, vel inconſiderationis ab eius incurſu, quis excuſari valet. *Caiet. 1. 2. q. 6 art. 8. Idem Peleg. q. 8. num. 33. Duar. l. 1. c. 29. nu. 25 Riccius in praxi Bulla contra Duell. reſol. 55. Suarez de cenſ. d. 4. ſect. 8. num. 2.*

Et ex his dignoſci poteſt, quinam ligentur, vel non ligentur hoc caſu homicidij.

1 *Comprehenſio.*

PRimo enim ille incidit, qui dolo, malo, vel animo occidendi iniuſtè aliquem ſiue fidelem ſiue infidelem vita priuat. talis enim dicitur propriè voluntarium homicidium committere. *Nauar. conſ. 27. & ſeq. tit. de homicid. & in* Man *c. 17. num. 240. Tolet. lib. 1. c. 72. Val. tom. 3. diſp 5. q. 8. p. 5. Graff. lib. 2. deciſ. aur. c. 62 num. 1. Sà in v. homicidium num. 4. Sayr. l. 7. de cenſ. c. 7. num.* 8. *Henriq. lib. 14. c. 19. ſ. 3. In annot. Borell de Magiſt. l. 1. cap.* 10.

2 *Comprehenſio.*

SEcundo qui fœtum animatum necat, etiam ſi cauſa euitandi ſcandali, vel declinandæ infamiæ hoc fiat. *Azor. p. 3. lib. 2. c. 4. q.* 2.

Quinimo effectu ſubſecuto ob Cõſtitutionem à Gregorio XIV. latam, Incip. *Cum Sedes Apoſtolica.* in excommunicationem Epiſcopo reſeruatam incidit. S*ayr. lib. 3. de cenſ. c. 35. num.* 24. De qua re *in 3. p.* in explicatione texti caſus regularibus reſeruati dicemus. Et ſcripſimus *in 1. p. de Exam. tr. 7. c. 16. q. 88. & par. 3. tr. 13. c. 11. q. 30. reſol. 4.*

3 *Comprehenſio.*

TErtio, qui ira commotus, vel paupertate preſſus, vel alia iniuſta cauſa impulſus, prolem iam natam uoluntariè interimit. *c. veniens, & ſeq. tit. de ijs qui filios occid.*

4 *Comprehenſio.*

QVarto, qui uenenum præbet, quod poſt aliquot menſes mortẽ affert *l. 3. §. alio Senatuſconſulto ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Et plus eſt hominem ueneno interficere, quam gladio. *l. 2. C. de maleſic. Borel. de Magiſt. l. 3. Bald. l. 4 conſ. 211. Alb. Mand. conſ. 72. Menoch conſ. 480. Tuſchus in v. veneficus concl. 69.*

Adde qđ qui non per uim, ſed per dolum occultũ, ueneno ad tps mortẽ allaturo clericum occidiſſet, nõ ſolum in irregularitatem, ſed etiam in excommunicationem incidiſſet. *Chap. de caſ. reſer. c. 6. q. 3. Beia in reſp. caſ. conſc. c. 1. caſu 46. Bonac. de cenſ. d. 2. q. 4. pun. 1. n. 13.* contra aliquos præſertim *Roderiq. p. 1. c. 80. & Auilam 2. p. c. 5. diſt. 3. Dub. 12.*

Vnde proditorium homicidium dici commiſſum ab eo qui aliquem ueneno necat, ac proinde Eccleſię immunitate non gaudere tradit ex communi. *Barb. in c. inter. de Immunit. Eccleſ.*

5 *Comprehenſio*

QVinto, qui in duello aliquem interemit; in quo caſu etiam excommunicatione Summo Pontifici reſeruata innodatus erit, niſi ex actus indeliberatione, uel ignorantia huiuſmodi pœnæ appoſitę excuſetur. *Graff. conſ. 6. de homic.* ut ſupra annotaui.

6 *Comprehenſio.*

SExto, qui præcepit, uel cõſuluit, homicidium perpetrari, uel ad id opem præſtitit. *c. pernicioſe. de pen. diſt. 1. c. ſicut. dignum extr. de homicidio.*

Sic enim etiam exprimitur in caſu, modo ſit ſecutus effectus *Leſſius l. 2. c. 13. dub. 5. num. 42. Bonac. de cont. d. 1. q. 8. num. 6. Menoch. de arbit. Iud. caſu 353. Farinac. de homicid. tit. 15. q. 129.*

7 Comprehenſio.

ITem qui ſecundum aliquos ratum habuit homicidium ſuo nomine factum. *c. ratihabitionem de reg. iur. in 6.* Quod tamen non facilè recipiendum eſt, cum ratihabitio quò ad peccatum tantum, nō quò ad alias pęnas mandato æquiparetur. *arg. Sayr. lib. 7. de cenſ. c. 4 num. 14. Bonac. de centr. diſp. 1. q. 2. pun. 10. num. 9.*

Septimo, qui vxorem in adulterio deprehenſam interimit, licet enim lex ciuilis ob doloris grauitatem talem impunitum relinquat *l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adul.* in foro tamen conſcientiæ Canonicas pænas contrahit. Atque hæc communis eſt tā Theologorum quā Iuriſtarum ſententia, vt tradit *Sot. l. 5. de Iuſt. q. 1. ar. 3. Sanch. l. 2. d 16. Salon. & Arrag. 22. q. 64. art. 3. Leſſius l. 2. c. 9. Dub 5. Molſ. tr. 11. c. 9. nu 64.*

Imo ſi ſubſit timor ne eam poſt adulterium perpetratum ſit occiſurus, ipſe maritus tenetur ſecundum Canones cauere de non offendendo. vt per *Baldum l. 1. conſ. 176. & Tuſcham in v. maritus concl. 402.*

Qui non incidunt in caſum.

E Contra palam eſt non incidere, & à caſu reſeruato excipi.

1 Exceptio.

PRimo, qui animo occidēdi vulnerauit tm̄, vel mutilauit, uel alterius membrum debilitauit: tùm quia delictum non eſt conſummatū, tum etiam quia licet aliquem interficere, & mutilare, uel etiam, ut aliqui ſentiūnt, debilitare, quò ad irregularitatē incurrendam paria ſint; non tamen ſub reſeruatione homicidii comprehenduntur. idem *Sayr. l. 6 de cenſ. c. 15. num. 5.*

Quò fit, ut etſi Epi in homicidij uolūtarij irregularitate diſpenſare ne queat, in mutilatione tamen etiam ex induſtria facta ei diſpenſare integrum erit. ut Sacra Congregatio ſuper *Conc. Trid. c. 6. ſeſſ. 24.* ſapienter cenſuit.

Nec incidit, &c. qui cauſa defenſionis propriæ occidit. *Clem. 1. de homic. Roland. conſ. 12.*

2 Exceptio.

SEcundo qui non animo occidendi aliquem vulnerauit, ex quo vulnere, præter intentionem mortem obiit, nec enim iſte proprè homicida voluntarius cenſetur. *Tolet. lib. 1. c. 71. Farin. conſ. 72.* Multò minus furioſus, infans, vel dormiens hominem occidens, &c. *clem. 1. tit. de homicid.*

3 Exceptio.

TErtio ſicut nec illi incidere cenſentur, qui infantes pijs locis ex poſuerunt, etiam ſi ob hoc parentes partum decure ciuili occidere dicantur. *l. necare ff. de lib. agnoſcen. Graff. de caſ. reſ. l. 2. c. 22. Barb. p. 3. Alleg. 51. num. 143.*

In aliquibus tamen diæceſibus hic caſus reſeruatur.

Nec medicus incidere cenſendus eſt, ob cuius etiam craſſam culpam æger perijt; nam

Non eſt in Medico ſemper releuetur vt æger.

Quamuis à lethali culpa, irregularitatis labe, & reſtituendi obligatione immunis non ſit. DD. *in cap. tua nos. ext. de homicid.*

4 Exceptio.

QVarto, qui alterum ad committendum peccatum mortale induxit, & vita animæ, quæ eſt diuina gratia, ſcandalum præbendo priuauit; cum talis impropriè homicida dicatur. *c. noli putare de pæn. d. 1.* licet grauiter deliquerit, vt per D. *Thom. 22. q. 43. art. 1. & ſeq.* Ob hoc enim ait *Apoſt. Roman. c. 14.*

Noli propter eſcam deſtruere opus Dei. Vbi prout. DD. exponſit opus Dei charitatem maximum hominis bonum vocat: opus Dei ipſum hominem appellat, eo qđ ſit micocrocoſmos, ideſt minor mũdus, omniũ operum Dei finis, epilogus, & epitome. Ac ſi diceret, vide quid agas cum hominem ad peccandum inducis, vel ei ſcandalũ præbes, & damnationis eius cauſa exiſtis, nam opus Dei maximum, & maximo ab eo, pretio habitũ perdis, & *Franc. Labata in Append. ad conc. in v. Scandalum.*

Ex-

Exceptionis autem ratio eſt, quod homo non dicitur homo ſecundum animam tantum, nec ſolummodo ſecundum corpus, ſed ratione vtriuſque & animæ, & corporis ſimul. *c. cum Chriſtus. c. in quadam. de celebr. Miſſ. Gomeſ. tom. 3. var. reſol. c. 3. num. 3.*

Vnde etiam inferunt Theologi: Redemptorem noſtrum in illo triduo, quo in ſepulchro iacuit, æquiuocè tantum hominem fuiſſe: cum eius anima à corpore ſciuncta fuerit, ac proinde qui tunc rem ſacram feciſſet, cadauer conſecraſſet. D. *Tho. 3 p. q. 50. art. 4. Tabiena in v. homo. §. 1. Iauellus in phil. chriſt. de ſacr. Euchar. c. 1. Tolet. l. 2. Inſtruct. confeſ. c. 27. Valent. tom. 4. d. 6 q. 9 pun. 3.*

5 *Exceptio.*

ITidem non incidunt qui alterius famæ detrahunt, & ſi detractores homicidæ dicantur. *c. homicidiorum de pænit. d. 1.*

Quos vt amicos conciliemus beneficientia ſunt afficiendi. Sic enim vt loquitur. *Apoſt. ad Rom. 12 & D. Bernard. in cant. ſerm. 63.* congerentur carbones ſuper caput eius. Cum & vetus ſit adagium, cani latranti offa obijcienda. *Laured. in Syl. mor. v. detractio.*

6 *Exceptio.*

NEc etiam uſurarii quamuis homicidis in iure comparentur. *cap. ab illo 14. quæſt. 4. & Tullio d. 2. offic.* Et ſi tanquam grauiſſimum crimen admittentes reſeruationi ab ab aliquibus Epiſcopis ſubiiciantur. *Graff. l. 2. capit. 44. Bellech. par. 2 quæſt. 16.*

Idem dicendum de ſuſurronibus vt ſcilicet non incidant in caſum licet graui ſcelere ſe obſtringant: & propterea pluſquam homicidæ nuncupentur à *D. Bernardo in ſerm. de triplici cuſtodia.* ſuſurro enim communem pacem perturbat, diſcordi aſſerit, & iurgia, & charitatē, amicitiāq. tolit, *Prou. c. 6.* ut proinde ex ſuſurratione reſtituendi obligatio oriatur: *Salon. & Arrag. 22. q. 74. ar. 1. Molina. tr. 4. d. 25.*

D. *Auguſt. l. 19 Confeſſ. cap. 9.* vehementer matrem ſuam collaudat, quod nunquam alteri de altera proderet niſi quod ad eas recōciliandas ualeret, aitque ſe experientia edoctum turbationes, & miſerias, quas lingua excitat, non paruum hoc bonum æſtimari, & ſubdit, animo humano parum eſſe debere hominū inimicitias nec exci-

tare, nec augere male loquendo, niſi etiam eas extinguere bene loquendo ſtuduerit.

Quid igitur religioſis faciendum? *Roderiq. de perfect. p. 1. tr. 4 c. 8*

7 Exceptio.

QVarto, qui mortuis ſuffragia quæ ex iuſtitiæ legib. debentur ſubtrahit, nam & ſi ex Decreto *in c. qui oblationes. 13 q. 2.* egentium necator nuncupetur, impropriè tamen & iſte homicida dicitur. Porro in hoc negotio negligentiam graué eſſe culpã cõſtat.

Ex huiuſmodi enim retardatione defunctus magnũ detrimentũ patitur, cum expiationis ſuffragium non adhibetur. D. *Thom. quod Lib. 6. art. 13. &* D. *Anton. p. 3. tit. 10. c. 3. §. 12. Corrad. p. 2. q. 277. Bell. p. 2. q. 1. num. 395.*

Vnde merito etiam in aliquibus diœceſibus caſus non ſatisfacientium pijs legatis reſeruari ſolet. Quo afficiuntur etiã regulares electi executores. *Graſſius l. 2. c. 26. num. 1. Barb. de Epiſcop. p. 3. Alleg. 82. nu. 34.*

Defunctis cur ſuffragandum.

HInc potiſſimum hæ ſunt rationes, quæ ad eis ſuffragandum impellere poſſunt.

Primo grauitas pœnę, qua cruciantur, quæ omnem pœnam huius uitæ longe excedit, & eorum extrema neceſſitas, qua opprimuntur. *c. qui in aliud d. 25. Benzonius de Iubil lib. 5 c. 16.*

Secundo eorum amicitia, & naturalis coniunctio, cum fratres noſtri ſint, eodem communi parente progeniti; item beneuolentia, qua digni ſunt, cum à Deo diligantur.

Tertio ipſorum gratitudo, & recompenſatio, quam nobis exhibent. Feſtinate inquit D. *Aug: ſerm. 4. ad fratres de eremo.* orare pro defunctis Eccleſiæ, ut & illi feſtinent procurare, ut ipſis in gloria cõiungamur. Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſoluantur. *Machab. c. 12. Ropertus Holchot. in com. ſuper ſap. lect. 43.*

Huius pij, & iuſti officij omiſſione peccare ſolent hæredes filij, qui & ſi parentibus tria munia præſtare teneantur, honorem, obedien-

dientiam, & ſubſidium, tàm uiuis, quàm de functis, de his tamen ne re illud dici poteſt:

Filius ante diem patrios inquirit in annos,
Victa iacet pietas. Sayr. lib. 7. cl. reg c. 7. num. 17. vt dixi *in comment. de ſtat. p.* 2. *c.* 21. *& eorum oblig p.* 2. *c.* 21.

Contra malos Notarios.

HInc etiam colligitur, quàm graui ſcelere ſe obſtringant ipſi Notarij, qui ultimarum uoluntatum executionem impediũt, & pia legata locorum Ordinariis denuntiare conſultò, uel craſſa negligentia omittunt, ita ut uere Iuriſtæ aliqui dixerint, Tabellionum dolum, imperitiam & incuriam plurima damna, & lites importare, & multorum conſcientias in magno diſcrimine conſtituere. *Conc. Trid. ſeſſ.* 21. *c.* 10. *Iaſon in l. ſi filius à patre. ff. de liberis, & poſt hum. Ignatus* Lopez *in ſcholys ad Diaz. c.* 2. *Coſta de facti ſcien. D. xi. Cẽt.* 2. *& Borellus de edict. Magiſt. l.* 2. *c.* 15. *num* 6.

Quod & Tridentini Patres claris uerbis expreſſerunt *in ſeſſ.* 22. *de ref. c.* 10. & tradidi *in comment. de hum vitę ſtat. p.* 2. *c.* 6.

Vt non ſine cauſa Nicolaus Papa eius nominis 3. omnes Procuratores, & Notarios ueluti peſtiferos, & pauperum ſanguine uiuentes ab urbe expulerit, ut refert. Platina *in eius vita.*

Quò fit, ut in multis diæceſib. Tabelliones oẽs qui teſtamẽta, codicillos, aliaſque tabulas de legatis ad pias cauſas rogati iam conſcripſerunt, uel ab aliis conſcripta penes ſe habent, ea aliquo temporis ſpatio præſcripto, ſub pęna excommunicationis ipſo iure Epiſcopali curiæ ſignificare compellantur. *arg. Bart. in l.* 1. *C. de colleg & chart. lib.* 11.

Cum enim defunctorum animæ quatuor modis ſoluantur, ſacerdotum oblationibus, precibus ſanctorum, charorum eleemoſynis, & ieiunio cognatorum, ut ait *D. Greg relatus in c. anima.* 13. *q.* 1.

Et Purgatorius ignis, licet æternus nõ ſit miro tñ modo, ut dixi, animas excruciet. *c. qui in aliud. d.* 25. *c. nullas de pœnit. d.* 7.

Epiſcopi curare debent vt pia diſpoſitiones impleantur.

PRoinde ſummopere ab Epiſcopis, & eorum Vicariis curandũ eſt, ut piæ teſtatorum decreta, & placita executioni mandentur

tur. *Conc. Trid. ſeſſ.* 22. *c.* 8. *Couarr. in c.* Ioannes. *ext. de teſtam.* *Mar. Ant.* Gennen. *in Man.* Pralat. *c.* 72. *& ſeq.*

Imo Epiſcopi tanquam ſedis Apoſtolicæ Delegati cogere poſſunt, & exequendas pias diſpoſitiones etiam executores à ſua iuriſdictione ſint exempti, & eos punire ſi male ſe geſſerint etiam ſi ſint religioſi *Clem.* 1. *de teſtam.* *Barboſa de Epiſcopo p.* 3. *Alleg.* 82. *nu.* 14. *Franc. Leo in Thes. For. eccl. p.* 2 *c. vlt.* contra *Molf. tr.* 13 *c.* 11 *n.* 29.

Item dum teſtamenti executores coram Epiſcopo rationem reddunt, legatarii pro eorum, ut dicunt, intereſſe præſentes eſſe debent *Natta cons.* 259 *num.* 3. *Borellus de edict.* Magiſt. *l.* 4 *c.* 14.

Idem dicendum de tabellionibus qui intra debitum tempus pia legata non denunciant *D. Anton.* 3. *p. tit.* 6. *c.* 3. §. 5 *Tol. l.* 5. *c* 61. *Sayrus in claui reg. l.* 12. *c.* 25. *nu.* 15. *Reginal.* l. 25. *nu.* 688. *Bonac. tom.* 2. *d.* 10. *punc. vlt. nu.* 13

Porro optimum cõſilium pro animis in Purgatorio Carcere exiſtentibus, ut cito eruantur, unde apud *Corrad. in respon. q.* 189. & nos alibi:

8 *Exceptio.*

OCtauo, non incidit, qui in iuſto bello etiam odio, uel praua intentione occidit. Nec etiam Iudex, qui innocentem, quem talem nouit, ſecundum tamen allegata, & probata nocentem, morti adiudicat. *D. Thom.* 22. *q.* 67. *art.* 2. *vbi* Bannes. *Salon. &* Arrag.

9 *Exceptio.*

NOno nec, qui ob propriæ uitæ, rerum, uel honoris, uel pudicitiæ tutamen, uel etiam alterius innocentis defenſionem, aliquem interimit, ut ſupra ab homicidii culpa uindicari aſſeruimus. De qua re uide etiam *Vgol. in explicat.* Bullæ *in Cœna Domini. p.* 2. *c.* 11. §. 2. B*arboſa de Epiſcop. p.* 3. Alleg. 51. *num.* 4. *Bonac. de contr. d.* 2. *p.* 1. M*ald. tr.* 4. *c* 1. *dub.* 7.

10 *Exceptio.*

DEcimo non incidit medicus, ob cuius etiam craſſam culpam æger interiit, cum huiuſmodi homicidium non uoluntarium, ſed caſuale, uel ad ſummum mixtum dicatur, quamuis à lethali cul-

pa,

pa, irregularitatis macula, & damna reſtituendi onere immunis non ſit, vt per *DD. in c. tua nos. extra de homicid.*

11 *Exceptio.*

NOn etiam incidere dicendum eſt qui animo occidendi mortiſere percuſſit, & ſtatim confitetur, & poſtea peracta confeſſione homicidium ſequitur. Siue poſt menſem vel etiam poſt vnum aut alterum diem ſequatur, quia hic ſane per pœnitentiam deleuit quod ante effectum ſubſecutum reſeruatum non erat, vt ex ulteriori, & probabiliori ſententia reſoluit. *Fagundez de pracept. Eccleſię. l. 8. c. 7. num.* 18.

12 *Exceptio.*

IMmunis eſt à caſu ſacerdos qui per confeſſionem noſcens aliquẽ occidendum illum non admonet, vt ex ſaniori, & tutiori placito tradit *Suar. tom. 4. d. 33. ſect. 1. num. 2. Mart. Delrius in Diſq. Mag. l. 6. c. 1. Lazar. de Monit q. 2. q. 17. num. 22. Graff. tom. 2. conſ. 4. de homicidio.*

Etiamſi aliqui falſo, & perperam ſenſerint quod ſi quis in ſacramentali confeſſione dixerit ſacerdoti ſe velle in perſonam talis homicidium committere, nec poſſe huic tentationi reſiſtere, Cõfeſſario ne delictum ſequatur licere, perſonam non pandendo generalib. verbis illum monere cui malum paratum eſt, ut tali loco, & tempore caueat. Hoc enim in Confeſſario procedere non poteſt, cum in illo caſu, etiam pro tuenda republ. ab ingenti malo ſigillum violare fas nõ ſit. Quidquid ſit de priuata perſona, quæ aliquẽ occidendum nouit, integrum ſcilicet eſſe illi in genere eis indicare, qui prodeſſe poſſunt. v. g. alicui ſacerdoti graui viro, &c. *Graſſ. l. c. Sayr. in claui reg. l. 11. c. 4. num.* 5.

Parentes paruulos ſuffocantes an in caſum incidant.

13 *Exceptio.*

NEc vltimo incidunt parentes, qui caſu infantes in lecto ſuffocant. Si enim ſufficiens eſt adhibita diligentia, ne hæc ſequeretur, ſuffocatio culpa caret; cum neque in ſe, neque in cauſa uolun-

luntarium exiſtat, proinde à præſenti caſu eximuntur. & *c. conſuluiſti 2. q. 5. cap. de infantibus ext. de ÿs, qui filios occid. Nau. c. 15. nu. 13. Tol. l. 5. c. 7. Caiet. Salon. & Arrag. in 22. q. 64. art. 8. Henriq. de irreg. c. 15. num. 7. Viual. in tract. de irreg. num. 243.* Sayrus *l. 7. de irreg. c. 6. num. 20. Reginal. l. 30. c. 12. num. 157. Vgol. de irreg. c. 18. §. 2. Suar. tom. 5. diſp. 45. ſect. 6. num. 15.* Bonac. *de cenſ. diſp. 7. q. 4. pun. 7. nu. 18. Farin. de homic. q. 98. cauſa 12. & de temp. pœnis. q. 98. n. 7.*

Addunt etiam ij DD. quod etiam ſi debitam cautionem adhibuerint, ob occiſionem, reos eſſe homicidij, & ſi non uoluntarii, ob probabile talis euẽtus periculum, niſi forte ex alijs honeſtis circunſtantiis excuſentur, puta quia lectus extenſus eſt, & infans ſatis à parẽte, vel nutrice diſtat, & nutrix ſemper in eodẽ ſitu ſe inuenire cõſueuit, in quo ſomnum inchoando ſe poſuit; aut infantis vociferatio, & implacabilitas hoc exigat, vel ſi parentes adeò paupertate premantur, vt ob commodum infantis ita reponant, ne frigus patiatur, his enim concurrentibus, cum à lethali culpa excuſentur, pœnæ excommunicationis etiam immunes erunt, quam nonnulli locorum Ordinarii in illas mulieres, vel nutrices infligere ſolent, quæ infantem anno ætatis non expleto, ſecum in lecto iacentem tenere auſæ fuerint. *Graff. l. 2. Deciſ. aur. c. 66. num. 22. & de caſ. reſer. l. 2. c. 38. Lazar. de blaſphemia in Præfat. nu. 42. Gambarup. de caſ. reſer. caſu. 23. Comit. in reſp. mor. l. 4. q. 12.*

Propter q; *in d. c. conſuluiſti 2. q. 5.* non omnino parentib. præcipitur, ne pueros in cubili teneant, ſed tãtum ibi dr̃, quod admoneantur, & proteſtentur, ne proueniente negligentia, mors ſubſequatur.

Bononiæ olim in antiquis Synodalibus Cõſtitutionibus ſub pœna comminantis anathematis hoc cauebatur; quæ tamen ne animis laqueus inijceretur, prudenti conſilio ſublata eſt.

Excommunicatio caute, & ſobrie ferenda.

CVm enim excommunicationis cẽſura pęnarum ſit grauiſſima; merito ſine magna cauſa ferre eam Pręlati non debent, cum experientia doceat ſi temere, aut leuibus ex cauſis incutiatur magis contemni, quàm formidari, & perniciem potius quàm ſalutem parere. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de ref. Genuenſ. in Man. Paſt. c. 64. & ſeq.*

ſeq. Azor. p. 1. l. 12. c. 18. q. 60. Riccius in Praxi For. Eccleſ. Deciſ. 964. Barboſa p. 3. Alleg. 96.

Arg. c. non debet. de conſang. & affin. vbi habetur non debere reprehenſibile iudicari ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quandoque varientur humana pręſertim cum vrgens neceſſitas, vel euidẽs vtilitas id expoſcit. Et vt ait *Pet. And. Canon. in qq. ad Tacitũ.*

Negotiorum varietas nõ patitur vllam perpetuam legem ferri, quæ apud oẽs homines idem valeat. *Tuſch. in v. mutare concl. 435.*

Praxis obſeruanda circa confeſſionem, & abſolutionem homicidæ pœnitentis. &c.

Quanam à Confeſſario circa homicidam obſeruanda ſunt.

OBſeruandum primo, in confeſſione homicidij multas circumſtantias aperiendas eſſe.

1 Circunſtantia.

QVarum prima eſt circa ipſum occiſum; cum exprimere oporteat, an cum occidente ſit ſanguine iunctus, vt ſi occiſus ſit *v. g.* pater, mater, filius, vxor, frater, &c. Nam hoc peccatum præter cõmunem malitiam, quam inuoluit cum iniuria alterius cuiuſcumq; perſonę, ſecum etiam affert ſpecialem quandam deformitatem neceſſario confitendam, contra quartum præceptum decalogi, & virtutem pietatis, parentibus, & ſanguine coniunctis debitam. *ex D. Thom. 22. q. 101. art. 1. Sayr. lib. 7. cl. reg. c. 5. num. 7. vbi Caiet.*

Hinc qui conſanguineos præſertim parentes in primo cõſanguinitatis gradu connexos occidit, vel percutit, naturalia, diuina, atq; humana iura violare dicitur. *l. 1. vbi Bald. &* DD. *C. de his, qui parem. occid.* Vt latè proſequitur Cicero *in oratione pro Roſcio Amerino.* vbi etiam ſcribit Solonem, qui leges Athenienſibus dedit, cũ interrogaretur, cur nullum ſupplicium in eum conſtituiſset, qui parentes necaſset, reſpondiſse, ſe neminem id facturum putaſse, reclamitat enim huiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura, &c. *Anton. Gomezius tom. 3. de delictis. de homicid. c. 3. Morales in Matth. l. 3. tr. 12. num 8. & 9.*

Vnde olim etiam eius manus præcidebantur, qui impie parentem

tem uerberare aut tangere auſus eſset, teſte *Cuiac. l. 7. obſeru. c. 16.* De Iure ciuili percutiens parentes hæreditate priuari poteſt. §. *cauſa. in Auth. vt cum de appellat. cognoſ.* Mol. de *Iuſtitia tr. 2. d. 176. Merlin. de legitima l. 4. tit. 1. q. 8. Barboſa de Epiſcopo p. 3. Alleg. 51. numero* 170.

Item in cõfeſſione aperiendum eſt, ſi perſona extranea; ut ſi v. g. mulier occiſa ſit, interrogandum an eſset prægnans fœtu animato, quia duplex culpa eſset admiſsa, &c.

Si eſset vir, quo fine homicidium perpetrauit, quia ſi illum pactione inita occidit, quò eius poſtea vxorem in matrimonio ſibi copularet, huiuſmodi crimen ipſum coniugium impedit, & dirimit. *c. ſuper eo ext. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult.* vt fuſè per *Sanch. lib. 7. de matr. d. 78.*

Inſuper inquirendum quo fine occidat, ſi enim Titium v. g. interimat, quò eius bona vſurpet, & furet, duas diſtinctas prauitates admittit, nempe homicidii, & furti. *Azor. p. 1. lib. 4. c. 4. q. 6.*

An vindictæ cauſa amicum vel conſanguineũ inimici ſui occiderit, vel ipſorum bona deripuerit, aut etiam hęc perpetrari mandauerit, opem tulerit, &c. nam in excommunicationem S. Pont. reſeruatam incidit, ut patet ex Bulla *Clem. 7. Incip. In ſancta B. Petri Sede. Nau. in v. offendere. n.* 10.

Si de medio ſublatus reus eſt clericus, vel regularis, non ſolũ in caſum reſeruatum homicidii reus incidit, ſed etiam excommunicationis gladio Apoſtolicæ ſedi reſeruatæ ſeipſum iugulauit. *c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*

Imo presbyterum occidens in pęnam prohibetur matrimonium contrahere. *c. 2. de pænit. & remiſſ. vbi Barb.*

Item an plures uno ictu occiderit; quia tot peccata cõmiſit, &c. ut per *Fagund. p. 2. l. 3. c. 5. nu. 9.* ubi ſecus reſoluit in eo Sacerdote, qui ſimul multis in peccato mortali conſtitutus. S. Euchariſtiam adminiſtrat. contra *Bonac. & alios ab eo relatos. tom. 1. d. 1. quæſt. 3. pun. 2. §. 1. num.* 15.

Si Cardinalis, Epiſcopus, Archiepiſcopus, Patriarcha, uel alius Prælatus fuerit, ſcelus hoc excommunicatione in Bulla Cœnæ Domini contenta affectum eſt. *Sayr. lib. 3. cap. 15. Suar. tom. 5. d. 21. ſect. 2. num. 68. Ugol. in explicat. bullæ p. 2. c. 11.*

Etſi occidens eſſet clericus beneficio donatus, ipſo iure, vel ſaltē poſt ſententiā eo priuaretur. *c. felicis de pœnis in 6. Garz. de benef. p. 11. c. 10. nu. 55. Regin. l. 30. tr. 3. num. 320. Molf. tr. 6. c. 12. num 23.*

Si qui Romam pro eorum cauſis, & negotijs, vel deuotionis, ſeu peregrinationis cauſa petunt, interimantur, interimentes, pariter eiuſdem excommunicationis iaculo ſe ipſos conficiunt. vt habetur *in c. 9. & 10. eiuſdem Bullæ. vbi Vgol. Suar. & Duard.*

Propterea omnes hæ circunſtantiæ in confeſſione explicandæ ſunt. Nam Pœnitentiarius, & quilibet Confeſſarius vbi aliquod delictū animaduerterit, hæc ſex diligenter mente percurrere debēt.

Sex à Confeſſario in pœnitentiali foro animaduertenda.

PRimo quæ ſit illius criminis ſpecies, & quæ grauitas.

Secundo an ſit illi annexa cenſura, quæ, & cui reſeruata.

Tertio an aliqua reſtitutionis obligatio ſine qua ſi fieri pōt peccatum non dimittitur, ſed hęc ut experiendo docet quotidie differtur uoce coruina debitore dicente, cras cras, & nunquam dies illa uenit.

Quarto an aliqua alia obligatio ex illo flagitio orta ſit.

Quinto an ea de re adſint aliqua Pontificia Decreta, ſeu Epiſcopales ſanctiones, & quid iubeant, quid vetent.

Sexto remedia, quæ pro perſonarum, loci, temporis, & facultatū qualitate opportuna videbuntur, ea ſpiritu Dei adhibenda erunt. *And. Vict. in annot. ad ſummam Tol. l. 1. c. 2. Buſtus. par. 1. ſerm. 34. fol. 588.*

Secunda.

SEcunda circunſtantia in confeſſione animaduertenda eſt circa conſortes in delicto. Vnde pænitens interrogandus erit, an ad homicidium perpetrandum ſocios induxerit, nam ex comuni DD. ſnīs toties mortaliter peccauit. *per c. noli putare.* vbi *Nauar. de pœn. d. 1. Sayr. in cl. reg lib. 9. c. 1. num. 9.*

Tertia.

TErtia circa locum verſatur, puta an fuerit ſacer, tunc enim homicidii ſpecies in ſacrilegium mutatur, & Dei domus pollutus, & violatur. *c. propoſuiſti. tit. de conſ. eccleſiæ, vel alt. De qua re late. Idem Sayr. lib. 5 de cenſ. c. 16. Suar. tom. 3. d. 81. ſect. 4. Azor. p. 2. lib.*

lib.6.c.5.& lib.10.c.26.Vgol.de off. Epiſc.p.2.c.29.Henriq.in Theol. mor.lib.9.de ſacrificio miſſa.c.27.

Sicut etiam quò ad furtum loci ſacri habenda eſt ratio, vt ſi inde res auferatur, vt dixi *p.3.de Exam.tr.15.c.8.q.28.*

Cui impiæ actioni excommunicatio etiam Pontificia eſt annexa vt ſi cum furto effractio interuenerit, & ſacrilegus ab Epiſcopo denuntiatus fuerit *c.conqueſtus ext.de ſent.excō.* Idem *Sayrus. l. c. l.3.c.29.num.14.*

At eccleſia non niſi per ſanguinis, & ſeminis effuſionem polluta dicitur. *Sanchez.l.9.de matr.d.15.Bonac.d.4.pun.vlt.* Et nos alibi.

Obſeruanda eſt etiam circumſtantia ſacri loci Eccleſiaſtici, vt ſi homicida non proditorius ex eo extractus eſt.. Qui caſus olim ab Epiſcopis reſeruabatur, Hodie verò cum iuxta *Decr.* S. Congregat. Papa Eccleſ. immunitatis uiolationem ſibi reſeruet, non eſt neceſſe ut huiuſcaſus reſeruatio fiat. *Barb p.2.Alleg.51.num.72.* De qua re *p.2.de exam.tr.11.c.12 q 26.*

An autem in foro externo credendum ſit ſatellitibus dicentibus cæpiſſe reum in loco non ſacro. Vide *Decian.c.29.lib.9.rerum crim.* vbi reſoluit non eſſe eis præſtandam fidem. Quæ ſentētia tanquam eccleſiæ fauens in dubio tenenda eſt. *Arg. Azor.p.1.lib.2.c.15.*

Quarta.

QVarta circa tempus, ſi enim diù in mala occidendi voluntate perſtitit, grauius etiam deliquit, & vix à multis lethiferis culpis excuſatur, quæ in multiplicatis occidendi voluntatibus cō-mitti ſolent; quod maximè verum eſt, cum illæ voluntates per actū contrarium interrumpuntur. vt explicat *Melchior Canus in relect. de ſacramento pænitentia, & Lopez. in inſtruc.conſc.p.1.c.31.& Azor p.1.l.4 c.4 q.4.Graf.l.1.dec.aur.c.20.nu.11. Armilla in v.peccatum.num.*4.& alij.

Reſtituendi obligatio.

QVò ad abſolutionem obſeruandum eſt, Pœnitentiarium homicidæ iniungere debere, vt pro ablata vita, & omni damno, quod ex huiuſmodi iniuſto actu ſecutum, & illatum fuit, boni viri arbitrio, variis circunſtantiis conſideratis, ſatisfaciat; quod ſi

actu præſtare non poteſt, debet ſaltem ſecum hoc proponere, cum per facultates licebit *Clarus in § homicidium. verſ. tenetur. Roland. à Valle vol. 2. conſ.* 30.

Duplex autem damnum ab homicida illatum cenſeri poteſt, naturale ſcilicet, & temporale, naturale ſemper infertur, cum quis alteri vitam, quę eſt maximum bonum vi adimit; quæ iniuria, & iniuſtitia cum pretio ſit æſtimabilis, ad æqualitatem, vel pecunia, vel ſaltē ſignis doloris, & veniæ petitione redigenda eſt.

Temporale verò ſunt impenſæ, quę cum chirurgis, & medicis inſumptæ ſunt; illis tamen detractis, quas occiſus in ordinario ſuo victu facturus erat. Deinde operæ, quas boni viri arbitrio toto uitę ſuæ tempore exercere potuiſſet.

Quæ quidem damnorum temporalium compēſatio fieri debet, etiam ſi homicida ex legum præſcripto, talionis pœnam ſuſtinuiſſet. *Salon. Arrag & aly in* 22. *q.* 62. *art.* 2. *Sayrus in cl. reg. lib.* 11. *c.* 2. *num.* 16. *Leſſius lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 22. *& ſeq. Graff. de arbit. Confeſſ. l.* 2. *c.* 46. vbi totum hoc negotium arbitrio uariis perpenſis circunſtantiis boni uiri commitendum cenſet.

Ex communiori etiam ſententia dicendum uidetur, hanc ſatisfactionem tantum parentibus, filiis, & uxori occiſi deberi, cum una, & eadem perſona cum defuncto cenſeantur *Arragon. & Salon. l. c. Leſſius l. c. dub.* 26. *num.* 155. Quia obligatio ad reſtitutionem ex iniuſtitia tantum, non ex liberalitatis defectu naſcitur; illud autē quod per homicidium hæredibus non neceſſarijs aufertur, ut alimenta quæ ab occiſo accipiebant, non ex lege iuſtitię, & ſed ex liberalitate debebantur, cum non cenſerentur una perſona cum occiſo, ſicut cenſetur filius cum patre, ne pos ex filio cum auo, uxor cum marito.

Nec ſufficit ut inſumat in alia opera pia pro defuncti animæ redemptione. Et ſi *Molina. tom.* 3. *d,* 742. *& Bonac. de contract. d.* 1. *q,* 4. *punct.* 1. *num.* 7. ſentiant ad nouam reſtitutionem non teneri ſi bona fide hoc fecerint, &c.

Quò etiam fit, ut creditoribus interfecti reſtituendi obligatio nō maneat, niſi ea intentione occidiſſet, ut debiti reſtitutionem impediret. *Sayr. l. c.* Molin. *tr.* 3. *de iuſt. & iur. d.* 3. & alij. Quidquid dicat *Pereg. de duello q.* 40.

Si autē homicida in uita non ſatisfecerit, eius hæredes ad hęc reſarcienda iure aſtringentur.

In

In hærêdes enim omnes defuncti actiones actiuę, & paſſiuę trã-ſeunt *l.* 1. & 2. *C. de hær. act.* *Burſ. tom.* 1. *conſ.* 123. *n.* 14. *Rolan. à Valle tom.* 2. *conſ.* 50. *num.* 14 *Borgnin. vol.* 1. *deciſ.* 8. *num.* 9

Imò, & ipſe Principis fiſcus ad hæc tenebitur, ſi forte eius bona per illud homicidium adiudicata fuerint. nam res tranſit cum ſuo onere *c.* 9 *de vſur.* *Menoch. conſ.* 2. *num.* 31. & *conſ.* 63. *num.* 11.

Et quando caſus eſt occultus qui nõ poteſt per ſe cõmode reſti-tutionem exequi, niſi ſe prodat, per alium fidelem hominem id prę-ſtari curet, ita tamen ut certior fiat an ſit facta necne; ſi uero pecu-nia pro reſtitutione facienda Cõfeſſario, uel Parocho fideli habito detur, & hic pro ſe retineat, debitor iterũ reſtituere tenetur. D. *Ant.* 2. *p. tit.* 2. *c.* 4. § 1. *Nauar. c.* 17. *nu.* 67. *Roderiq. p.* 2 *c.* 47. *nu.* 15. *Lazar. de monit. ſect.* 4. *q.* 5. Et eſt communis licet etiam contraria opinio probabilitate non careat teſte *Leſſio l.* 2. *c.* 16. *Dub.* 6. & *Filliuc. tom.* 2. *tr.* 32. *c.* 5. *num.* 153. *Bonac. de cont. d.* 1. *q.* 3. *pun.* 9. *num.* 8.

In tribus tamen, uel quatuor caſibus homicida, uel eius hære-des ab huiuſmodi reſtitutionis onere immunes erunt.

Caſus in quibus homicida reſtituere non tenetur.

1 *Caſus.*

PRimus eſt, quando homicidium ad tutamen ſui, vel ſuorum, vel etiam extraneorum, honoris, & rerum, cum moderanime inculpatæ tutelæ admiſſum eſt,

Quinimo illum qui ab altero fuit ad pugnam prouocatus, etiã ſi forte modum iuſtæ defenſionis exceſſit, multi recentiores ad re-ſtitutionẽ non teneri ſentiunt. *Salon.* 2. 2. *q.* 62 *art.* 2. *de cõt.* 11. *Bonac. cont. d.* 2. *q. vlt. ſect.* 2. *p.* 1. *Leſſius dub.* 21. *Carb. de reſt. q.* 15. *Reg. l.* 10. *c.* 22. *ſect.* 3. *nu.* 322. Et ratio eſt quia licet talis occiſio quò ad Deum qui eſt Dominus uitę, & etiam quò ad rempublicam, cui ciuis, uel membrum adimitur, iniuſta ſit: habita tamen ratione occiſi, iuſti-tiæ non repugnat, nam cum uoluntarie talis damni periculo ſe ex-poſuerit, iuri petendi illius reſtitutionem renuntiaſſe cenſetur.

Non eſt tamen improbabile in foro conſcientiæ ad reſtitutio-nem teneri, qui ad ſingulare certamẽ deſcendẽdo alterum in ipſo duello occidit. Idẽ *Pereg. q.* 39. *contra Bonac. de cõt. d.* 2. *q. vlt. ſect.* 2.

2. Ca-

2 *Caſus.*

SEcundus eſt, quando occiſus ante obitum, vel poſt eius mortem hęredes omnem compenſationem libere condonarũt. *Carb. l. c.*

Addo immunem eſſe homicidam ad reſtituendum quod poſt factum pro petrato delicto accepit. *Bonac. l. c. d.* 1. *q.* 3. *p.* 3.

3 *Caſus.*

TErtius, cum quis ſubita ira correptus aliquem interemit, ita vt non deliberatio, vel conſenſus, ſed tantummodo motus ſecundo primus adfuerit. *Pet. Nau. lib.* 2. *de reſtit. c.* 1. *num.* 48. *Leſſ. l.* 2. *c.* 7. *dub.* 6. *num.* 28.

Et ratio eſt, quòd regulariter iracundiæ calor qui furori, dementiæ, & ebrietati æquiparãtur excuſare ſolet. *Tiraq. de temp. panis cauſa.* 1. *&* 2. *Menoch. conſ.* 107. *num.* 96. Quod tamen dictum cautè, & raró admodum ad praxim reducendum eſt.

Rariſſime enim à lethali culpa excuſandus eſt q ex iracundia aliquem occideret, cum minus ſæpe homo ita ira perturbetur, vt rationis vſu priuetur.

Et quamuis quę ex paſſione fiũt, inconſiderata, & inepte facta cẽſeantur, ut aſſerit *Menoch. de præſumpt. l.* 1. *q.* 13. *num.* 1. non tamen ex tali inconſideratione, & indeliberatione facta eſſe prçſumuntur, quæ ad mortale peccatum nõ ſufficiat. *Sanctarel. de hæreſi c.* 44. *dub.* 1. *num.* 18.

Vbi per hoc reſoluit Confeſſarium ſi in actu confeſſionis, vel in loco deſtinato, eius occaſione ſolicitet fœminã, vel puerum, vel turpes ſermones admiſceat, in Pontificias Bullas incurrere, licet ſtatim pœniteat, etiam ſi ex vehementi paſſione ad huiuſmodi ſcelus ſit motus. &c.

4 *Caſus.*

QVartus eſt inter nobiles, apud quos huiuſmodi damnorum ſatisfactio locum non habet. *Sayr l.* 11. *c.* 11. *nu.* 16. *Carbo. d. q.* 15. vbi admonet Confeſſarios debere hortari vulnere læſum, & occiſi hæredes, præſertim ſi pauperes nõ ſint, ad oẽm reſtitutionem cõ-

donandam, ſalua ſemper æquitate; idque ea de cauſa, quod ſit valde difficile hoc reſtitutionis genus, nec in his certa regula conſtitui poſſit, quæ lege iuſtitiæ debeatur.

5 *Caſus.*

ADde quinto quando quis eum interficit, qui paulo poſt naturali vel iuſta morte occidendus erat; ſi quidem homicida vllum pecuniarium damnum intuliſſe non cenſetur, &c.

Secus dicẽdum eſt de eo, qui alium de medio ſuſtulit, qui paulo poſt cõtra ius à latrone, vel ab alio occidendus erat; hic enim ad reſtitutionem tenetur, quia iniuſte intéremit, & detrimentum dedit.

Et ſicut alter qui interfeciſſet, reſtitutioni obnoxius eſſet, ita etiã qui occidendo præuenit, vt ex cõi ait *Bon. de cont. d. 2. q. vlt. p. 1. n. 13.*

Quæ pœnitentiæ homicidæ in foro pænitentiali imponendæ ſint.

POenitentiæ in foro pænitentiali à Confeſſario iniungẽdæ (poſtquam oſtenſa criminis grauitate eum ad veram animi pænitudinem induxerit) hæ poterunt eſſe.

Primo, ut piis operibus animam occiſi apud Deum adiuuet: Et ſi enim de hac ſpirituali reſtitutione iuſtitiæ obligatio non adſit, naturalis tamen æquitas hoc poſtulare videtur. Vnde merito pro ſacramentali ſatisfactione ipſi à ſacerdote imponi poterit, ut tã pro delicti ſui expiatione, quàm ꝓ ſuffragiis defuncti, ſi poterit, ſingula hebdomada ſemel ieiunet, ſeptem Pſalmos pœnitentiales recitet, ſingulis menſibus in vita confiteatur, ſacram Euchariſtiam ſumat, & rem ſacram celebrari faciat, & alia huiuſmodi, prout propria prudentia dictauerit.

Illud tamen aduertendum, homicidam ſi per homicidium cauſa fuerit, ut pro occiſo non fiant tot ſacra, & opera pia, quot fieri præcepiſſet, niſi ea ratione mortem obijſſet, ex iuſtitię legibus cogendũ eſſe à Confeſſario, vt propriis orationibus, miſſę ſacrificiis, aut eleemoſynis talia compenſare procuret; quia cum in eo damnum animæ occiſi intulerit, iure illud reſarciendum eſt. *Reginal. ſect. 2. num. 317.* & alij.

106

1 *Obſeruatio.*

OBſeruet autem Pœnitentiarius,an pænitens ob homicidium in aliquam inciderit excommunicationem, a qua abſolue-re nequeat;nam vt notum eſt, prius hoc inculum tollendum eſt ab eo qui poteſt,antequam peccatorum abſolutio impendatur.

Vt ſi quis abortum procuraſſet;nam excommunicatione Epiſco po reſeruata innecteretur.&c.

Ea autem irretitus præmiſſa contritione comunicare poteſt, ſicut & Sacerdos celebrare,ne alioqui infametur,ſi qui abſoluere queat deſit.

Et ſi etiam probabilis ſit ſententia ſimplici Confeſſario in eo caſu indirecte abſoluere integrum eſſe *Suar.tom.4.d.31.ſect.3.* quem Iuniores ſequuntur.

Super irregularitate verò quę ob voluntarium homicidium incurritur,nullo modo diſpenſare poterit,cum hoc ad ſummum Pō-tificem ſpectet,nec etiam in generalibus Iubileis,uel priuilegijs hu iuſmodi facultas concedi cenſeatur. *Viual.de irregul.num* 332.*Roderiq.tom.* 2.*qq.regul.q.* 105.*art.* 1.

In quibus irregularitatibus Epiſcopus,*& Pęnitentiarius diſpenſare valeant.*

QVi uero ſe defendendo moderamen inculpatę tutelæ exceſſit etiam ſi irregularis fiat,poterit tamen ſuper eum Eps̄ diſpen-ſare,ut per *Barb.cum communi in c.ſignificaſti.el.2.ext.de homicidio. Bonac.de cenſ q.4 pun.vlt.num.9.*

Si aūt Pęnitentiarius Ep̄ali authoritate fungatur(ut ſupponitur) exceptis his ,quæ ex eodem homicidio uoluntario deſcendunt,illi integrum erit diſpenſare in foro conſcientię in omnibus irregula-ritatibus ex delicto occulto prouenientibus. *ex Concil.Trid. ſeſſ.* 24 *cap.6.*

Imo etiam in illis, quę ex manifeſta aliqua culpa proficiſcun-tur,modo homicidium uoluntarium non ſit,ſed caſuale, *Nau.cap.* 27.*num.*240.*Sayrus lib.7.de cenſ.c.7.num.*8.*Auila.de cenſ.p.7.d.*

 6.ſect.

6.*ſect*.5.*dub*.3.& colligitur *ex Concil.Trid ſeſſ*.14.*c*. 7. De qua re etiam non dubitat. *Henriq.l*.14.*c*. 19 *num*.3.*in annot.cum Vgol. de off.& poteſtate Epiſcopi.p*.2.*c*.37.§.2. *& Reginal. libr*. 30. *tract*. 2. *cap*. 3.*num*. 28.*Barb.de Epiſcopo par*.2.*Alleg*.39.*num*. 54.

Prælatos etiam religionum priuilegiorum ui cum ſuis ſubditis religioſis in caſuali homicidio diſpenſare poſſe exiſtimant multi a- lij ſubdubitant. *Vict.in notis ad Tol.l*.1.*c*.88.

2 *Obſeruatio.*

QVia uerò Pœnitentiarius, & Confeſsarius in ferendo iudicio non pręceps, ſed maturus eſſe debet (quãdo quidem uelox conſilium pęnitentia ſequitur. *Decius in c.cum venerabilis.nu*.45. *ext.de except. Ariſt.in* 7. *Ethic c*.9. *Plato in Prothagora*.

Et ſicut in ſtomacho dimiſsus cibus, ſic tempore ipſo coquetur conſilium: & feſtinatio, & ira optimo conſilio inimica ſunt. Vnde illa paręmia: In nocte conſilium ſapientibus fit, & Romanus ſedendo, id eſt conſulendo uincit: qua etiam ratione Iudices ſedendo ſententias ferre ſolent) propterea eius prudentiæ actus erit, reſolutionem, eorum de quibus dubitat differre, donec rem melius expẽderit Eos tamen qui quod debent facere parati ſunt, abſoluere ei licebit. *Caiet.in v.confeſſor. Pet.Sot.de confeſſ.lect* 10. *Henriq. de ſacramento pænitentia lib*.3.*c*.26.*& c*.28.

Siquidem iuxta etiam D.*Antonini* monitum.3.*p*.1.*tit*. 17.*c*.11. Vbicunque graue aliquod, & enorme delictum ad Confeſsorem delatum fuerit, Superioris iudicium requirendum eſt.

Et quia poſt perpetrata homicidia, inimicitiæ, ſimultates, & odia inter conſanguineos occiſi, occiſorem, & eius ſanguine coniunctos oriri ſolent, quomodo Confeſsarius in his ſe gerere debeat, conſulata nobis tradita *in* 1.*p.de Exam.tr*.6.*c*.25.*q*.113.*& ſeq*.

3 *Obſeruatio.*

TAndem obſeruet Confeſsarius homicidæ poſt perpetratum delictum confiſcationis metu bona mobilia abſcondere non licere, eſt enim receptiſſima Theologorum ſententia; ſecuta Iudicis

con-

condemnatione, huiuſmodi bonæ in pœnã admiſſi criminis Fiſco deberi, nec poſſe tuta conſcientia retineri. *D. Thom. vbi Caiet. Salon. Val. & Arragon. 22. q. 62. art. 3. & 16. Ala de aduoc. Chriſt. p. 1. q. 58. Santarell. de hereſi c. 21. dub. 1.*

Porro Fiſcum habere omnia delinquentis bona obligata ſaltem poſt ſententiam tradit. *Alexand. vol. 1. conſ. 75. Clarus §. fin. q. 78. Tuſch. v. Fiſcus. concl. 385. & ſeq.*

4 Caſus explicatio.

De quarto caſu reſeruato, qui plures ſub ſe ſpecies luxurię continet & eſt, inceſtus in primo, vel ſecundo gradu conſanguinitatis, & in primo affinitatis, copula carnalis cum cognata ſpirituali: Quęcunque copula carnalis, etiam tantum attentata cum filia ſpirituali, vel cum parochiana: ſtuprum virginum etiam cum promiſſione matrimonij: Sodomia etiam cum fœminis, ac beſtialitas. Et hæc omnia quæ hoc quarto numero continentur, quò ad maſculos tantũ poſt pubertatem. Cap. IV. & Sect. I.

Præmonitio.

CVm in hoc capite de lubricis rebus agendum ſit, præmonendum eſt, ex his caſtas aures non dẽre pollui; nam omnia mũda mundis, & ſol latrinas, & immunda loca lucis ſuæ radiis penetrat, nec tñ ipſe fædatur. *arg c. ſi. 15. q. 8. Ant. Prat. de preſtan. cler. c. 11*

Et vt dixi *in 1. par. de Exam. Eccleſ. tract. 7. c. 27. q. 113.* Confeſſarii conſcientia viſcoſis anſerum pennis ſimilis eſſe debet, quæ & ſi in aqua immergantur, humorem non admittunt, ſed puræ ac ſiccę vt prius emergunt. Verum vt admonet D. *Bonauen. de vſu clauium c. 1.* Solicitus ſit ſacerdos ne dum confitentem foris à ſordibus purgat; ipſe ex iis quæ audit, peruoluntariam delectationem interius ſordidetur, debet enim eſſe vt nobilis manus, quæ alium lauans lauatur, mundans mundatur, non vt vile lixiuium quod alios mundificans inquinatur.

Proinde nobis liceat pro animarũ ſalute, quod medicis pro corporum ſalute licet, res ſuis verbis vt facilè percipiantur exprimere

Obſeruandum eſt ergo, hæc peccatorum genera ſub luxuriæ vitio contineri,& ad 6 decalogi præceptum referri, quo primò & primaria Dei legiſlatoris intentione,adulterium prohibetur, quod eſt cum alterius vxore illicita commixtio.Secundo verò & per quãdam ſequelam,omnis concubitus matrimoniali fœdere excepto interdicitur.*cap.meretrices.32 quęſt.4.*

Luxuriæ ſpecies.

LVxurię porrò,ut aliàs dixi,*in p.1.cap.9.* ſeptem ſunt ſpecies quarum aliæ aliis grauiores exiſtunt.

Et ſunt,fornicatio,adulterium,inceſtus,ſtuprum,raptus,ſacrilegium,& vitium contra naturam;quod diuiditur in mollitiem,ſodomiam,& beſtialitatem.*D.Thom.22.q.154.ar.*1.& habetur in Decreto.*c.lex illa.36.q.1.*

Ordo grauitatis eſt is,beſtialitas,ſodomia,pollutio voluntaria, quę tria contra naturam dicuntur.

Inter naturalia,ſacrilegiũ, raptus,inceſtus.adulterium,ſtuprũ, ſimplex fornicatio.*Tolet l.5.c.*10.*Valen.tom.* 3.*d.* 9.*q.* 3.*p.* 3. *Leſſius lib.4.de iuſt.& iur.c.3.dub.5. Corradus in reſponſ caſ.conſcientiæ quęſt.29.*

Et licet ex his peccatis,quò ad obiectum,vnum alio grauius ſit, quia tamen vnum magis quàm aliud in vno, quàm in alio loco graſſari ſolet,ideò quæ etiam leuiora videntur, quia tamen in illa diœceſi frequentia ſunt,qua præſentaneum remedium adhibeatur, à locorum Ordinaris pro animarum ſalute reſeruari conſpicimus..

Hinc interrogatus Thomas Morus q̃nã expeditũ magis ad Inferos iter redderẽt,dicebat,luxus,& libido,&hoc diſticho indicabat.

Si quis ad Infernos properat deſcendere manes.
*Hoc iter accelerant,*Balnea,*vina,venus.*

D.I*ſid.de ſummo bono.l.2.c* 39.Vnde pręcipua induſtria in eo collocanda eſt,vt hoc vitium proſternatur.L*eſſius.l.4.c.3.Dub.7.*

P*rimus Caſus inceſtus,& eiuſdem peccati grauitas.*

INceſtus ergo qui eſt primus caſus,prout eſt conſanguineorum, vel affinium abuſus,hic in primis ab Illuſtriſſimo Archiepiſco-

po

pa noſtro reſeruatur, eo quod grauem, & enormem culpam, multā-que deformitatem ſecum trahat; ſi quidem. vt probat *D. Thom. 22. q. 154. ar. 9.* in commixtione conſanguineorum, vel affinium, plures turpitudines, ac fœditates, quàm in alijs luxuriæ ſpeciebus inuo- luuntur.

Nam primo cum in conſanguineis, & affinibus vſque ad quartū gradum ortus noſtri principium intueamur, naturaliter quò ad ea, quæ ad actum gignendi pertinent, certa quędā reuerentia debetur.

Hinc olim apud Romanos nefas erat filium cum patre balneū ingredi, ne ſe inuicem nudos conſpicerent, vt refert. *Valer. Max. lib. 2. cap. 9.*

Ideo exſperiētia docet, inceſtuoſos raro bonum exitum habere, vt patet *in Ruben. Gen. c. 49. in Amon. 2. Reg. c. 33.* & alijs quam plurimis, qui peſſima morte conſumpti ſunt.

Et vt dicebat quidam vir pius ac ſapiens. Si tu incipis tuam domum turpitudinis labe conſpurcare, quid facient alii? Et quis audeat de tua familia uxorem aſſumere quę talia perpetrare ſolet? Et qui ſuis eſt infidelis cui erat fidelis? *Lucas de Penna in l. i. C. de cond. in publ. horr. lib. 10. Neuiz. in Syl. nupt. l. 2. num. 117.*

Imò etiam quibuſdam animantibus ſimilis quidam reuerentiæ inſtinctus erga parentes eſt ingenitus. ut docet. *Ariſt. l. 9. hiſt. animalium cap. 47.*

Vbi refert camelos nec ui adigi poſſe, ut cum matribus congrediantur: cumque camelarii fraude pullus quidam contectam matrem, ne agnoſci poſſet, inſcendiſſet, & poſtea detracto tegumento eam agnouiſſet, morſu authorem interfeciſſe, natura ipſa docente, bruta quoque animalia nefandos iſtos concubitus deteſtari: & quā ſit graue piaculum, ſimul teſtante: ut per alia exempla recenſet. *Tiraq. l. 7. connub. c 47.*

Quod etiam Virgilius ſenſit, cum *lib. 6. Aeneid.* de Inferno loquens ait:

Hic thalamum inuaſit nata, vetitoſque hymeneos.
Auſi omnes immane nefas, auſoque potiti.

Menoch. etiā *l. 5. de præſumpt. præſump. 6. n.* 38. aſſerit hoc ſcelus admittentes de hæreſi ſuſpectos redddi.

Per-

Pœna inceſtus.

CVius etiam delicti iniquitas ex pœna, quę tùm diuina, tùm humana lege infligitur, ſatis apparet. Nā lege diuina (pręter æternam, quæ tali flagitio debetur) igne cremari iubebantur. *Leuit. c.* 20. Vnde inceſtum ab incendendo aliqui dictum putant, eo quod inceſtuoſi incendii ideſt ignis animaduerſione digni ſunt.

Ex iuris ciuilis diſpoſitione interdū pęna mortis plecti ſolēt. *Clar. in* §. *inceſt. verſ. ſed quæro. Menech. lib.* 2. *de arb. iud cent.* 6. *caſ.* 286. *Tuſch. tom.* 4. *concl.* 69.

Imo ex noua lege Pontificia inceſtuoſus vltimi ſupplicij pęna afficitur ut per Bullam Sixti V 54. Incip. *Volentes.*

Ideo hoc ſcelus Confeſſarius pænitentibus exaggerare debet: ut ait, *Molf. tr.* 8. *c.* 8. *num.* 197

De iure etiam Canonico clericus pro perpetrato inceſtu deponendus eſt, & carceri mancipandus. *Diax. in praxi can c.* 86. *Far. de delictis carnis. q.* 148. *num* 35. Vbi *ex Bermon. de publ. concub. in rub. de inceſtu.* ampliat etiam ſi tale delictum non conſummauerit, ſed tantum attentauerit, & propterea arguit eos Epiſcopos, & eorum Vicarios, qui clericos pro inceſtu pecunia tantum puniunt.

Pœnæ pecuniariæ non facile imponendæ, & cum imponuntur, piis locis regulariter applicandæ ſunt.

SIquidem Ordinarij ſubditos delinquentes ex canonicarum legum pręſcripto plectere debent, nec eas ad pecuniæ quæſtum conuertere, uel in aliud grauamen commutare; non enim res ſunt, quę delinquunt, ſed ipſę perſonę, quę res poſſident, ut ait *Hoſtienſis in ſumma de off. ord num.* 4. *& Genuenſ. in Man. Paſt. c.* 16.

Ac ut ait *Tacitus l.* 1. *hiſt.* Peſſimum ueri affectus, & iudicij ueneuenum eſt ſua cuique utilitas. Et ut dicit *Corac. de com. opin l.* 1. *tit.* 5 *Inſpect.* 8.

Malefaciunt illi qui non curant de his quę crumenam hydropicam non reddunt.

Et quamuis de iure Epiſcopis, & eorum Vicariis integrum ſit pecuniarias pęnas clericis infligere, præſertim ubi eæ magis timentur,

tur, Doctoribus tamen vti honeſtius viſum eſt, & magis in Domino expedire, vt illam pœnam Epiſcopus, & eius Vicarius ad effugiendam auaritiæ ſuſpicionem non retineant, ſed in pios vſus erogens, idque expreſſo decreto. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 3.* prudenter cautum eſt *D. Ant. 2. p. tit 1. c. 4. §. 2. Vgol. de ſimon. c. 9. §. 9.*

Cum à clericis non ſolum auaritiæ crimen, ſed eius ſuſpicio abeſſe debeat. *c. cum ab omni ext. de vita, & honeſt. cler. c. Diaconi diſt. 93. Belleti. in Diſq. cler. de Diſcipl cler. p. 1. §. 15. Sayr. in clauis reg. l. 12. c. 12. num. 7. Steph. Quar. in ſumma Bullarii in v. pęna pecuniaria. Vgol p. 2. de off Epiſcopi c. 56. n. 5. Barb. in collect in c. licet. ext. de pœnis & de Epo. p. 3. Alleg. 107. num. 19.* ubi refert ex *Molf. & Riccio S. Card. Congr.* declaraſſe, ſi Epiſcopus admodum pauper eſſet, eas ſibi aſſumere poſſe.

Alia inceſtus pœna.

LAicus vero ſcienter inceſtas nuptias contrahens excommunicationis gladio feritur. *Clem. 1. de conſang.*

Quod ſi coniugatus ſit, & cum conſanguineis vxoris hoc piaculũ admittat, iure petendi debitum ab vxore priuatur, & ipſa defuncta ei interdicitur ne cum alia (niſi ab Epiſcopo, vbi vſu ſit receptum, diſpenſetur) matrimonium contrahere valeat. *c. 1 & 2. ex. de eo qui cognouit conſang. vxoris ſuæ. Nauar c. 22. num. 75. Graff l. 2. deciſ. aur. cap* 80. *num.* 11.

Non dicitur tamen quò ad hoc inceſtum commiſiſſe, & cum propria vxore affinitatem contraxiſſe, niſi actus ſit conſummatus, & ex parte viri in vaſe ſit facta ſeminatio. *c. extraordinaria 35. q. 5 Graf. conſ. 3. de conſang. & affinit. Sanchez. lib. 10. de matr. diſp. 4. Regin. l. 22. num. 16. Sayr. in claui reg. l. 8. c. 4. Bonac. de matr. q. 4. pun. 16.*

Cum ergò tàm graue crimen ſit inceſtus, meritò ad huiuſmodi vitium compeſcendum caſus hic primò ſubiectus eſt.

Quid ſit inceſtus.

DIffinitur aũt propriè inceſtus, vt ſit congreſſus cum conſanguinea, vel affine intra vetitos gradus; vel conſanguineorum, ſeu affinium abuſus. *cap. lex illa. §. cum ergo. 36. q. 1. Farinac. de delictis carnis. q. 149 p. 1. num. 4. Sayr. l. 8. cl reg. c. 4. Regin l. 22. num. 26.*

Et ut nonnulli ſentiunt, dr̃ inceſtus quaſi non caſtus, ob illicitam ſcilicet coniunctionem; vel vt alij volunt à ceſto Veneris cingulo, quo

maritalis amor in legitimis nuptijs conciliari putabatur, vt inceſtus dicatur concubitus, cui cingulum illud iuſtarum nuptiarum inſigne non adhibetur. *Con. c. 6. §. 8. in Epit. de ſpon.*

Conſanguinitas quid ſit.

COnſanguinitas, ſeu carnalis, vel naturalis cognatio eſt vinculũ perſonarum ab eodem propinquo ſtipite deſcendentium, vel quarum vna ab alia deſcendit, carnali propagatione contractum. *D. Thom communiter receptus in 4. ſent. d. 40. q. 1. art. 1.*

Et dicuntur conſanguinei quaſi ex eodem ſanguine geniti, vt sũt fratres, conſobrini, & huiuſmodi. *Con l. c. Vinal de mat. num.* 182. *Sanch. l. 7. d.* 50. *Barb. de Epiſc p* 3. *Alleg.* 51. *caſu.* 11.

Porro computatio in materia matrimoniali tam in foro Eccleſiaſtico, quàm ſeculari, ſecundum Ius Canonicum eſt facienda; quo vero ad temporalia ex Iuris ciuilis præſcripto fieri debet. *DD. in c. vir. de conſang & affin.* Et per teſtes de auditu probari poteſt. *Barb. in c.* 33. *ext. de teſtib. Surd. deciſ.* 145. *Maſcard. concl.* 109.

Affinitas quid.

AFfinitas eſt propinquitas duarum perſonarum, quarum vna cum conſanguinea alterius copulam ſiue licitam, ſiue illicitã habuit. Et dicitur affinitas, quaſi finium propinquitas, quia finis vnius alterius finem attingit. Vnde cum per carnalẽ copulam vir, & mulier vna caro efficiatur, vnius ſanguis alterius ſanguinem pertingit, & uice uerſa conſanguinei vnius alterius affines fiunt.

Quò fit vt qui perpetua impotentia ad copulam laborantes matrimonium contraxerunt, affines quò ad conſanguineos vtriuſque coniugis facti non ſint, & matrimonium inualidum ſit, vt patet in ſenibus decrepitis, qui omnino ſunt ad copulam impotentes. *Sanch. de mat. l. 7. d.* 91. *Gutierez. c.* 112. *Bonac. q.* 3. *punct.* 13. *Barb. c.* 20. *de frig. & maleſ.* contra alios præſertim *Molſ. tr. 4. c.* 10. *num.* 83. *Coninch. d.* 31. *num.* 86. *Regin. l.* 31. *num.* 103.

Conſanguinitas, & affinitas vſque ad quem gradum impediunt.

COnſanguinitas, & affinitas ex licita copula conſurgens vſque ad quartum gradum matrimonium contrahendum impediunt,

diunt, & contractum dirimunt. *c. non debet. ext. de conſang. & affinit.*

Sed affinitas quæ ex inconceſsa coniunctione prouenit, in primo, & ſecundo tantum gradu dirimit. *Concil. Trid. de reform. matr. ſeſſ. 24. c. 4. Barb. in c. non debet.*

Gradus cognationis legalis, quę ex adoptione naſcitur, & cognationis ſpiritualis, quę ex baptiſmo, & confirmatione proficiſcitur, propriè ad hoc inceſtus vitium non pertinent, quia ſunt vincula magis ſpiritualia, nec ſicut cōſanguinitas, & affinitas carnis, & ſanguinis coniunctionem efficiunt; negari tamen non poteſt quin talis cognationis violatio per actum luxuriæ ſpecialem deformitatem ſecum accerſat, cum illa cognatio impedimentum dirimens conſtituat, &c. *Leſſius l. 4. cap. 3. dub. 11* & alij communiter.

Inceſtus ſpecies in Confeſſione exprimenda.

POrrò ut probabiliter notat *Nauar. cap. 16. num. 4.* & multi alij diuerſæ ſunt ſpecies inceſtus, prout inceſtuoſę perſonę diuerſo gradu propinquæ ſunt, proinde determinata ſpecies inceſtus declaranda eſt in confeſſione, expreſso propinquitatis gradu.

Imò etiam explicanda eſt propinquitatis ratio, an uidelicet ſit per conſanguinitatem, uel affinitatem, nam quod attinet ad turpitudinem actus, & ad caſus reſeruationem, multum inter has coniunctiones intereſt, & ſpecie differre communis eſt DD. aſſertio, ut etiā obſeruat *Val. tom. 3. d. 9. q. 3. p. 3. Leſſius l. c. num. 80. & Corrad. in add. ad q. 49. Azor. p. 3. l. 3. c. 9. q. 1.*

Qui nam in caſum inceſtus incidant.

ET ex facile colligi poterit, quinam in caſu reſeruatum incidant, & qui non.

I *Comprehenſio.*

PRimo enim incidit, qui aliquam perſonam conſanguineam turpiter cognoſcit, quæ in primo, & ſecundo gradu lineæ Aſcendentium, uel Deſcendentiū, uel Collateralium conſtituta ſit, cuiuſmodi eſt mater, filia, ſoror, auia, neptis, conſobrina, &c. Cum enim

in his gradibus maxima reuerentia debeatur, ingẽs etiam inuoluatur turpitudo neceſſe eſt, ſi cum his turpis coniunctio habeatur.

2 *Comprehenſio.*

SEcundo ſecundum aliquos qui nefandum vitium cum mare cõſanguineo infra ſecundum gradum, vel cum duobus eodem ſibi gradu coniunctis perpetrauit; nam licet eo caſu affinitas non cõtrahatur, quę matrimonium reſpicit, attamen negari non poteſt, quin hoc crimen ad inceſtum pertineat, cum vt dixi, inceſtus ſit abuſus conſanguineorũ, uel affinium. *Graff. de arb.* *Confeſſ. lib. 2. c. 134. num. 3. Azor. p. 3 lib. 3. c. 18. q. 5.* Hæc tamen ſententia in praxi non recipitur.

3 *Comprehenſio.*

TErtio ex capite affinitatis hoc caſu afficiuntur, qui cum matre aliena, & poſtea cum eius filia, aut cum duabus ſororib: rem habet. *Farinac. de delict. carnis p. 148. num.* 108. vbi refert Bullam Sixti V. infligentem ſic delinquenti pœnam mortis in ſtatu Eccleſiaſtico.

4 *Comprehenſio.*

QVarto, qui cum eo concubuit, cum qua pater ſuus, aut frater ante fornicarie ſe polluit.

Qui non incidant.

1 *Exceptio.*

NOn incidit, Primo qui delictum non perfecit, ideſt, qui in uaſe ſemen non emiſit. *Barb. in c. 7. de eo qui cogn. &c.*

2 *Exceptio.*

SEcundo qui conſanguineam perſonam poſt primum, & ſecundum gradum, uel affinem poſt primum cognouit.

3 *Exceptio.*

TErtio, fœminę & mares ante pubertatem, ideſt ante annum 14 à caſu eximuntur, ut ſcandalis, quæ contingere poſſent,

obuiam

obuiam eatur, &c. nam mulieres tanquam magis fragiles quàm maſculi, in crimine inceſtus etiam in foro exteriori mitius ſunt puniendæ, *c. ſicut dignum d. 1. ext. de homic. Tiraq. de temp. pœnis cauſa. 9. Farinac. eodem tr. q. 98 cauſa 19 Oddus de reſtit. in integ. par. 1. q. 10. art 2. Baiard. in addit. ad Clarum in* §. *inceſtus num. 9.*

4 Exceptio.

QVarto, qui facti ignorantia inceſtum admiſerint, ut v. g. quis cum aliqua inuincibiliter ignorans eam eſſe conſanguineā, uel affinem rem habuerit. *Sanch. lib. 7. de matr. diſp. 15. nu. 9. & lib. 9. d. 32. a num. 44. Clarus lib. 5.* § *Inceſtus, verſ. excuſantur.*

5 Exceptio.

QVinto, qui in hunc exceſſum ebrius prolapſus fuerit, *c. inebriauerunt. 15. q. 1. Regin. l. 22. nu. 59. Decius conſ. 112.* quandoquidem ebrius ab inſano, demente, & furioſo non diſtat. Imò qui ebrius eſt, veluti abſens cenſetur, ex ſententia illius, qui dixit:

Abſentem lædit qui cum ebrio litigat.

Tiraq. de temp. pæn. cau. 6. Farin. p. 92. Tuſchus in v. ebrius concl. 1.

Hinc *D. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum. c. 44. relatus in d. c. inebriauerunt.*

Peccauit Loth, ait, non quātum meretur inceſtus (quem ebrius, & ſui impos præter omnem opinionem, & ſuſpicionem admiſit) ſed illa ebrietas. *Cornel. in Comment. in Geneſ. c. 16.*

Porro ebrietas cum ſit delictum, non præſumitur, niſi per indicia, & coniecturas probetur. *arg. l. merito ff. pro ſocio. c. eſtote de reg. Iu. Maſcard. de probat. concl. 578. Barb. p. 2. Alleg. 28.* §. *8. & in c. 14. de vita, & honeſt. cler. Menoch. de Arbit. caſu 404.*

De quo uitio egimus *in 1. p. de Exam. Eccl. tr. 6. c. 31. q. 97. & ſeq.*

Praxis obſeruanda circa confeſſionem, & abſolutionem inceſtuoſi pœnitentis.

CIrca confeſſionem duæ circunſtantiæ potiſſimum obſeruandæ ſunt.

1 Cir-

1. *Circunſtantia.*

PRimo.n.ut dixi ſupra,gradus conſanguinitatis, uel affinitatis ſecundum multorum DD. ſententiam exprimendus eſt. de qua re uideatur etiam *Suarez.tom.4.diſput.22.ſect.4 & in c.14.de vita & honeſt.cler.Menoch.de arbit.caſu* 404.

Si autem explicando gradũ complicis infamiæ periculum ſubeſſet,in confeſſione illum aperire non teneretur;ut ſi v.g.habuit quis rem cum propria matre,vel filia,uel ſorore,nec aliud ſuppetit remedium confitendi alteri,qui complicem non agnoſcat.*Nauar.in manual.cap.7.num.2.& in c.conſideret.num.95.de pœnit.diſt.5. Graff. lib.1.deciſ.aur c.20.nu.35.Viual.de confeſſ.nu.49. Petr. de Arrag. q.73.art.2.Henriq.l.2.de pœnit.* cõtra Bonac. & alios ab eo relatos. *de contract d.2.q.4.p.4 nu.2.& de ſacr.d.2.q.4.p.4.& Petr. Vicecomitem in libello de hac re edito* relato etiã à *Vict.in notis ad Nauar. ind c.7.& Fagund.p.2.l.5.c.1.nu.8.* Quorum tamen placitum hoc tempore communius,probabilius,ac magis eſt receptum in praxi.

Cautus ſit Pœnitentiarius circa confeſſiones ruſticorum:qui cum omnes de domo tàm cognati, quàm affines, in amplo vno tamen eodemq.cubili dormire ſoleant,facilè Dæmonibus acti in hoc ſcelus prolabuntur,vt ipſa experientia nimis docet.

Proinde diligenter animaduertendum, ne quod attinet ad hoc peccatum cum debitis circunſtantijs,& ſpeciebus explicandum, inconfeſſi,& ſine medicina diſcedant.Siquidem ruſtici ſunt quoddam confitentium genus,à quibus nihil excipiet Confeſſarius,niſi interroget,examinet,& quaſi ferrea fuſcinula ex ore educat,& extrahat, ut dixi in *Comment de hum.vitæ ſtat.p.2.c.* 17.

Nam licet ruſticitati regulariter parcatur, uel mitius in delictis puniatur.*l.ſi quis.*§.1.vbi *Alex.& Decẽ.de iuriſd.omn.iud.* non tamen in ijs excuſat,quæ de iure naturali,diuino,uel gentium ſunt prohibita. *Tiraq.de temp.pœnis cauſa* 11.*Farinac eod tr.q.98.cauſa* 11. *Menoch.de recup poſſeſ.remed.9.Oddus de reſt.in integ.p.1.q.9.*

2. *Circunſtantia.*

SEcundo conſideranda eſt circunſtantia perſonæ, an inceſtuoſus ſit matrimonio coniunctus, qui ſuam affinem in primo,uel ſecundo

cundo gradu cognouerit, nam ius petendi debitum amittit, & Epiſcopi, uel Pœnitentiarij diſpenſatione indiget *Sanch. l. c. d.* 15. *n.* 4. *Guttierez l.* 1. *can. qq. c.* 23. *Vidal. de matrim. nu.* 209. *Sà in v. debitū nu.* 3. *vide ſup. p.* 1. *c.* 7.

Item poſt vxoris mortem, aliam ducere non poteſt, quod ſi ducat, multi DD. uolunt abſq. diſpēſatione debitum petere non poſſe. *Bonac. de matrim. c.* 4 *q* 9 *p.* 17. *nu.* 10.

Si autem inceſtus matrimonium præceſſit, ipſum matrimonium nullum eſt, & Pōtificia diſpenſatione opus eſt. *Conc. Triden. ſeſſ.* 24. *de matrim. c.* 4.

Quæ etiam ſi nulla facta copulæ mentione impetretur, in utroq; foro non ſubſiſtit, niſi noua facultas obtineatur. *Marc. Ant. Genuen. in praxi Cur. Archiepiſc. c.* 25. *n.* 4. *Sanch lib.* 8. *de matr. diſp.* 25. *n.* 4.

Aut autem Confeſſarius qui nouit aliquos coniugatos ex ignorantia inualidè matrimonium cōtraxiſſe, illos admonere teneatur? dicendum eſt non teneri, ſi nulla ſit ſpes profectus, & ſcandalum, uel uitæ, uel ſuæ famæ periculum immineat.

Nam fruſtra niti, nec aliud ſe fatigando niſi odium quærere extremę dementiæ eſt *D. Hier. ep.* 109 *Sanch. l.* 2. *de matrim. d.* 38. *Lazarius de Monit. ſect.* 2. *q.* 17. *nu* 9. *Vgol p.* 1. *de off. Epiſc. c.* 15. § 8. *numero* 7. Vt dixi *ſup p.* 1. *c.* 7. *Reginal. l.* 31. *num.* 240. *Molfeſ. tr.* 4. *c.* 15. *nu.* 34. Idem *Bonac. de matr. q.* 3. *p. vlt.*

Quid circa abſolutionem obſeruandum.

QVò ad abſolutionem, tria pariter animaduertenda ſunt.

1. *Obſeruatio.*

PRimo an inceſtuoſus in aliquam excommunicationem inciderit, ut ſi inceſtas nuptias ſciens contraxerit, à qua cum nemini reſeruetur, Confeſſarius abſoluere poterit. *Sayr. l.* 3. *de cenſ. c.* 35. *num.* 15.

A qua etiam pęna excuſantur illi, qui infra quartum gradum conſanguinitatis, uel affinitatis matrimonium ſub illa conditione contrahunt, ſi Summus Pontifex diſpenſauerit, licet poſt diſpenſationē nouus nihilominus conſenſus exigatur. *Sanch ex. l.* 5. *d.* 5. *num.* 18. *Genuen. l. c. c.* 18. *nu.* 8.

An

An progeniti ſint filij, quia ſi ante diſpenſationem nati ſint, per ſubſequens matrimonium legitimi non efficiuntur. *Abb. in c. tanta. num. 14. ext. qui ſil. ſint legit.* & omnes communiter.

Legitimis tamen natalibus reſtituuntur, qui nati ſunt ex matrimonio ob gradum prohibitū inualide contracto, ſi ad cōfirmandū illud diſpenſatio obtenta ſit, etiam ſi ob ſuperuenientem mortem alicuius ex parentibus effectū ſortiri non potuerit. *Anch conſ. 409. Puteus l. 2. Deciſ. 483. num. 3. Rota Diuerſ. p. 1. Deciſ. 207. Gonzales ſuper reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 9. num. 57. Bellet. p. 1. §. 3. nu. 21.*

2 *Obſeruatio.*

SEcundo inueſtigandum eſt etiā, an ex inceſtu proles natæ ſint, quia parentes eas & ſi illegitimæ ſint alere tenentur. *cap. cum haberet. ext. de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adult. Syl. in v. alimenta. num. 2. Pet. Surd. de alimentis c. 1.*

Inceſtuoſus etiam adulter omne damnum reſarcire aſtringetur, vel quod pater ſic vulgo exiſtimatus in ipſo illegitimo filio alendo paſſus eſt; vel quod Xenodochio apud quod fuit expoſitus, illatum eſt. *Caiet. in v. adulterium. Sayr. l. 8. cl. reg. c. 3. Azor. p. 2. l. 2. c. 5.*

3 *Obſeruatio.*

PErpendendum eſt etiam, an proximæ delinquendi occaſiones ſint remotæ, quod maximè in hoc delicti genere Cōfeſſariorum ingenia torquere ſolet; cum duabus de cauſis pene irremediabile reddatur. Prima eſt nimis ardens erga ſanguine coniunctos amor. Secunda cōtinua, & mutua ipſorū conuerſatio, & cohabitatio.

Amor enim pictor eſt, ſi mulierem deformem amas, amor ipſam tibi formoſam facit.

Et ſi annoſa apparet, amor iuuenem reddit, occaſio, & conuerſatio, adeo ad peccatū impellit, vt quod turpe eſt, pulchrum efficiat. Occaſio grauida eſt, & in uentre crimen retinet ita ut qui dicit occaſionem dicat etiam occiſionem. *Laurd. in Sylua mor. v occaſio.*

Vnde niſi efficaciori remedio à nimia Venereorum concupiſcentia arceantur, opportunitas aſſidue in ipſomet inceſtu inſordeſcendi eiſdem præbetur, ut colligitur ex *D. Thom. 22. q 154. art. 9.*

Quò ſpectat illud *D. Bern. de conuerſ. ad cler. c. 30.*

Peri-

Periclitatur caſtitas in delicijs, humilitas in diuitijs, pietas in negotijs, veritas in multiloquio, charitas in ſæculo nequam, fugite de medio Babylonis, & ſaluate animas veſtras.

Et ſi ex quotidiano & frequentiſſimo vſu regula atque lex ſit cõdenda, cum fortiſſima ſit præſumptio, quæ ex conſuetis, & communiter accidentibus deſumitur. *Menoch. l.1. de Præſump. q.* 18. *num.* 12. Et vera ligis interpretatio à praxi hauriatur, *Rolandus à Valle tom.* 2. *conſ.* 2. *Clarus in* §. *inceſtus num.* 5 dicendum videtur, huiuſmodi homines, qui in eadem domo cohabitantes turpiter commiſcentur, nequaquam abſoluendos, niſi abſcedant, & ſeparentur *c. peccati. de reg. iur. in* 6 Cum non ſatis ſit hirundines expellere, niſi nidus deſtruat; nec ramos abſcindere, niſi radices euellant. *arg. c. vlt. d.* 81. Medici partes ſunt; ad radicem morbi penetrare, eamque exſcindere, nec parcere ægroto, etiam ſi aliquãdo medicinam moleſtè ferat. Putridæ carnes ferro indigent, & cauterio, nec eſt medicinæ culpa, ſed vulneris. Sane cum clementi crudelitate non parcit medicus; vt parcat, ſæuit. Vulnera clauſa plus cruciant, quia cum putredo, quæ intrinſecus feruet eijcitur, ad ſalutem dolor aperitur. Crudelis eſt medicus, qui hominem exaudit, & vulneri, atque putredini parcit. ait *D. Hier. epiſt.* 147 *& D. Aug. in Pſ.* 33.

Veruntamen. *Nauar. c.* 3 *nu.* 31. *& Graff. lib.* 1. *deciſ. c.* 28. *nu.* 23. & multi alij Doctores tradunt, hos aliquando non dimittendos, & abſolutione donandos, ſi hæc quatuor concurrant.

Primo, quod eos perpetrati peccati pœniteat.

Secundo, quod in futurum illud non admittere proponant.

Tertio, quod Deo adiuuante occaſionem deuitent, ne relabãtur.

Quarto, quod rationabilis ſubſit cauſa, propter quam ſeparari adinuicem nequeant. vt ſi v. g. delinquens cum conſanguinea, vel affine ſui iuris non ſit, ſed filius familias. in cuius manu non ſit complicem è domo ablegare: tunc enim ſatis erit debitas diligentias adhibere, cohortationibus fouere, reprehenſionibus circumfodere, præceptis vt vallo circummunire.

Quod ſi nullam de præterito emendationem Confeſſarius viderit, abſolutionem differet, & ſacra ſynaxi interdicet.

Nam Pœnitentiarius ex regula prudentiæ qua fulgere debet, ſi nullam vitę emendationem in præterito viderit, probabiliter ar-

guet in futurũ. Et q̃d euẽturũ ſit probabiliter conijciet, iuxta illud:

Præteriti ratio ſcire futura facit.

cap. ſemel malus, de reg. iur. in 6. c. ſcribam vbi DD. ext. de præſump. Imo vt ait *Finus in d. reg. Semel malus*, etiam ſi peccator pænituerit occaſionibus vrgentibus, ecce titillationes, ecce denuo corrupta caro blandimenta ingerit, & Diabolus ſperat, vt uel ſemel malus ſemper malus ſit. *Suar. d. 32. ſect. 2. Zecch. de ſacramento pæn. cap. 1. Corrad in reſpon. caſ. conſcientiæ q. 15. Lopez in Inſtruct. confeſſ. p. 1. c. 21. Graff lib. 2. deciſ. aur. p. 20. num. 14. & de arb. confeſſ. lib. 1. cap. 18. Reginald par. 1. cap. 8.*

Quid ante abſolutionem obſeruandum.

ANte abſolutionem notum faciet pœnitẽti, quàm graue ſit hoc peccatum, vt ex ante dictis colligi poteſt; & illa remedia tradet, quæ tùm huic vitio, tùm alijs luxuriæ ſpeciebus ſunt communia, de quibus per *D. Ant. 2. p. tit. 5. c. 5. §. 3. vt dixi ſupra p. 1. c. 9.*

Paratos habere debet ſacræ Scripturæ locos, quibus efficaciter ad verum Dei timorem, & cordis compunctionem mouere poſſit. Quod facilè aſſequetur ſi ipſe prius igne charitatis ardeat: cum verum ſit:

Si vis me flere, dolendum eſt
Primum ipſi tibi, &c.

Et vt ait quidam Doctor ſuper illud *Pſal. 50.* Docebo iniquos vias tuas, &c. Vana eſt doctrina prædicatoris, ſi non fuerit accenſa igne diuini amoris. Certè D. Ambroſius ita flere ſolebat, dum in ſacra confeſſione culpas exciperet, vt ipſum peccatorem pænitentem in lachrymas deduceret. *Ant. Daur. in flor. exemp. to. 3. tit. 64. exẽp. 3. Lud. de Ponte de chriſt. hom. perfect. tom. 4. tr. 5. c. 9 & ſeq. Vide in p. de Exam. Ecclеſ. tr. 5. c. 14. q. 88.*

Illud tantum hic recolendum, eum qui ſcit, vel ſcire debet, ſe parum iudicio, ſcientia cum experientia, & charitate valere, à graui culpa non excuſari, ſi graue audiendarum confeſſionum ſponte munus aſſumit. Cũ ex Sapientum ſententia honor, ſuſcipiendus non ſit niſi prius qui illum cupit, uires cum eius onere metiatur. *Caſſan. de gloria mundi par. 1. conſid. 40. Ala de Deſur. Chriſ. c. 19.*

Quid agere debeat, & quod iniungendum illi, qui conſanguineã vel affinem uirginem defloraiuit, dicetur infra in art. de ſtupro.

Secunda pars inceſtus ſect. 2.

Inceſtus ſpiritualis caſus, & eius grauitas.

QVò ad ſecundã huius capitis partem, quæ eſt copula carnalis cum cognata ſpirituali; obſeruandum eſt, hũc caſum, cognationis ſpiritualis paulo latius extenſo uocabulo ad inceſtum ſpectare. Eius enim uiolatio per actum luxuriæ ſpecialem habet deformitatem, cum hoc delictum ea cum perſona perpetretur, cui ratione iſtius ſpiritualis coniunctionis ſingularis reuerentia debebatur. *c. ſi quis. cl. 2. 33. q. 2. Leſſius lib. 4. c. 3. dub. 11. Farinac. de delictis carnis q. 148. num. 49.*

Et optima ratione hic caſus reſeruatur, contingere namque ſolet, ut multi corruptæ uitæ uiri dedita opera hanc cognationem cõtrahant, baptizandos, uel confirmandos ſuſcipiendo, quò liberius eorũ matrum domos adire, & cum eis delinquere poſſint. Quò fit, vt ob maximam iniuriam ſacramentis illatam, flagitii ſacrilegij re etiam fiant. Idem *Leſſ. lib. 2. c. 45. dub. 3.*

Magna enim cautio in uirorum ac mulierum conuerſatione adhibenda eſt, cum proximus, & facilis ſit gradus ab amore qui ſpiritualis, & honeſtus uidetur, ad carnalem, & in conceſſam uenerem, ut locuples eſt teſtis. *D D. Hieron in regula ſanctim. c. 18. & D. Bonauent. in regulis nouit. c. 11. & Petr. Morales in Matth. l. 4. tr. 3. n. 21.*

Interdum autem ut ſcribit. *Simancas in cath. Inſtit. tit. 50. n. 30.* ex grauiſſimis criminibus non leuis ſuſpicio naſcitur quod talis facinoroſus non bene de catholica fide ſentiat, nam qui catholicus eſt Deum timere, & ab huiuſmodi criminibus abſtinere ſolet; unde qui cum fœminis conſanguineis affinibus, monialibus, commatribus, aliiſque id genus commiſcetur, non immerito de fide ſuſpectus cenſeri poteſt: hæc ille.

Eſt autem ſpiritualis cognatio propinquitas perſonarum ex hoc proueniens, quod quis ſacramentum baptiſmi, uel cõfirmationis cõfert, uel ſuſcipit, aut eum tenet, cui talia ſacramenta conferuntur.

Ita *gl. in c.* 1. *in v. ſpiritualem de cognatione ſpirituali lib.* 6. *Sot. in* 4. *d.* 42. *q* 1. *art.* 3.

Et licet olim tres eius eſſent ſpecies, nempè paternitas, compaternitas, & fraternitas: Concilij tamē Trid decretum *ſeſſ* 24. *de refor. c.* 2. cognationem fraternitatis abſtulit, ſtatuitque cognationem ſpiritualem contrahi tantum inter baptizantem, & baptizatum, & ſuſcipientem baptizatum de ſacro fonte, & eius parentes. Atque eodē modo in ſacramento confirmationis contrahitur. Et iure nouo ad vxorem baptizantis, vel ſuſcipientis non tranſmittitur, vt P*ius V. in Conſtit. incip. Cum illius vicem*, declarauit, & ex communi ſententia tradit. *Sanch. lib.* 7. *d.* 54. *nu.* 11. *Barb. c.* 6. *de cognat. ſpirit.*

Idque ex eodem Concilio colligitur; à quo etiam illud ſancitum eſt, vt ſi plures, quàm vnus vel duo deſignati puerum ſuſcipiant, hāc cognationem non ſibi comparent.

Et communis eſt DD. aſſertio, tunc hanc cognationem contrahi, cum quis infantem tenet, & tangit, cum Sacerdos aquam ſuffundit. Illum verò minime eam acquirere, qui de manibus ſuſceptoris accipit, & pannis inuoluit.

Sicuti etiam illam non contrahit, qui alterius nomine ipſum infantem tenet; cum actus non procuratori, ſed mandanti attribuendus ſit, prout S. Cardinalium Congregatio declarauit. *Vgol. de off. Epiſc. p.* 1. *c.* 15. §. 6. *Rebell. lib.* 4. *de oblig. Iuſtitia ſect.* 4. *c.* 2. *Sà in v. impedimenta matrimonij num.* 5. & propendet *Sanch. l.* 7. *d.* 59. *num.* 12. & alij. vt per *Barb. de Epiſc. p.* 2. *Alleg.* 30. *num.* 50.

Quinam in caſum reſeruatum incidant, aut non.

ET ex his conſtat, quinam in caſum incidant, & qui non incidant.

1 *Comprehenſio.*

PRimo enim incidit, qui aliquā v. g. puellam baptizauit, vel in ipſo baptiſmo, vel confirmatione ſuſcepit, & illa poſtea abuſus eſt.

2 *Comprehenſio.*

SEcundo, qui eius matrem poſtmodum carnaliter cognouit.

1 Ex.

Exceptiones.

NOn incidit, qui cum ſorore, vel filia eius quam ſuſcepit, rem habuit. Nec qui cum vxore patrini ſui. Nec etiam qui poſt quam proprium filium in neceſſitate baptizauit, propriam vxorē, de qua ipſum genuit, coniugali copula iniuit *c. ad limina.* 30. *q.* 1. Secus eſt ſi filius ſit ex fornicatione procreatus, tunc enim inter patrem, & matrem concubinam ſpiritualis cognatio contrahitur. *Nauar. c.* 22. *num.* 4. *Sanch. d.* 62 *num.* 11.

Non incidit qui cum obſtetrice concubuit, quę & ſi filium de ventre vxoris collegit, non tamen baptizauit; impropriè enim commater dicitur.

Nec etiam religioſus exemptus qui contra ius infantem ad baptiſmum tenuit. *c. non licet. de conſec. d.* 4. & nihilominus cum eius matre ſe commiſcuit. At caſu afficitur ex Decreto Clem. VIII. ſuo regulari Prælato reſeruato. *Graff. de caſ. reſer. l.* 2. *c.* 11. *num.* 18.

Praxis, & monitum.

PRaxis quo ad hunc caſum obſeruanda eadem ferè poterit eſſe, quæ in ſuperiori caſu tradita eſt. Cui hoc tantum addendū videtur, vt partes Pœnitentiarij ſint, relabendi occaſiones præſcindere, & acceſſum ad cognatæ ſpiritualis domum, quatenus ſine ſcā-dalo fieri poteſt, interdicere.

Quandoquidem rarò inter quos extitit illicitæ concupiſcentiæ familiaritas, diſſolui, & extricari adeò poteſt, vt non remaneant quædam effrænatæ libidinis ſcintillę, quæ mutuo aſpectu facilè reuiuiſcant, vt calidus cinis per ſulfuris contactum accendi ſolet, iuxta illud,

Vt pene extinctum cinere ſi ſulfure tangas,
Viuet, & ex minimo maximus ignis erit.

Beia. p. 1. *reſp. caſ.* 14. Quamuis enim rigidus non debeat eſſe Cōfeſſor, vbi Dominus tàm pius, & largus eſt, ſit tamen fidelis & prudens, ne occaſiones non auferendo animas perdat. Bene autem diſpoſitos, & illas tollentes non ſolum ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties abſoluat. *Lopez. p.* 1. *Inſtruct. conſcientię. c.* 21.

Eccle.

Eccleſia non claudit gremium redeuntibus.

NOn peccare non humanæ eſt naturæ, & pœnitentibus quam uis frequenter deliquiſſent, veniam dare Deus iuſſit *Baron. tom. 1. anno. 56. D. Aug. in lib. de pænit.* cuius verba repetuntur in 4. *lib. ſent. diſt.* 14. vbi longe lateq. Doctores Theologi. *Alex. etiam de Ales in 4. p. ſumma. q. 64. membro 2. & 3.* & in Decretis canonicis. *c. adhuc. de pænit. d.* 3. In quibus locis oſtendunt, Deum & iterum, & iterum lapſis parcere. Qñquidem vt ait. *Lact. lib. 6. de vero cultu c.* 24. Nemo poteſt eſſe tàm prudens, tàm circumſpectus vt non ali quando labatur, idcirco Deus imbecillitatem noſtram ſciens, pro ſua pietate aperuit homini portum ſalutis, vt huic neceſſitati cui fra gilitas noſtra ſubiacet medicina pœnitentiæ ſubueniret, &c.

Nec abijciendi ſunt pœnitentes, etiamſi in eadem peccata inciderint, modo in futurum abſtinere proponant, & occaſiones proximas deſerant. Nunquid n. ſentinam nauis exhauriens, idcircò opus relinquit, quia redit tantundem aquæ, quantum expulerit? *Gerſon. in tract. de paruulis ad Chriſtum trahendis. Alph. Rod. in tract. de exercit. perfect. tr. 1. c. 18. Lopez in Inſtruct. conſcient. par. 1. c. 21.* Verum non dubium eſt grauius peccare, difficiliuſq. veniam obtinere, vulnus enim iteratum tardius ſanatur, frequenter peccans, & lugens, vix veniam meretur. *D. Aug. relatus in d. c. adhuc. Tiraq. de temp. pæn. cauſa* 10.

In occaſionibus iacentes an abſoluendi.

POrro qui in proximis occaſionib. turpiter iacent, & ſi beneficio abſolutionis donandi non ſint, ſi tamen aliorum occupationes non vrgeant, pium eſſet, hos audire, & ſalutaribus monitis adiuuare, pęnitentiamq. ut conuertantur indicere *c. quod quidam.* vbi *Barbi ext. de pænit & remiſſ.*

Qui ſi viderit illos nolle eas relinquere, ſi accommodata ratione proponendo peccati indignitatem, & eius perniciem, conatus fuerit ipſorum animas Chriſto lucrifacere, ſicque nihil proficere, eos dimittat, ad imitationem dicentium. *Ierem. c.* 51. Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam. *Petr. Sot. de remed. peccatorum lect. 6. Reginald p. 1. l. 2. c. 8. nu. 99.*

An qui ſua culpa non abſoluuntur, eccleſiæ præcepto ſatisfaciant.

PRobabilior eſt etiam eorum opinio, qui ſentiunt, hos impœnitentes per huiuſmodi annuam confeſſionem Eccleſiæ præcepto minime ſatisfacere, non quia à peccatis illi nõ abſoluantur, ſed q̃a propria culpa non abſoluũtur. ut tradit *Sot. d.* 18. *q.* 3. *art.* 3. *Graf. lib. dec. aur. c.* 24. *nu.* 26. & de cõmuniore teſtatur. *Azor. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 40. *q.* 4. *Bonac. tom.* 1. *Diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 2. *pun.* 4. *num.* 24. *Fagundez. l.* 1. *c.* 4. *præcept.* 2. *Molf. tr.* 7. *c.* 10. *num.* 25.

Monitum.

VBi etiam animaduertat Pœnitentiarius, hos corruptæ uitæ uiros ne ſic delinquendi proximæ occaſiones ſibi auferantur quotannis ſolere Confeſarios mutare. Quo nil perniciosius ſiquidem, ut ait Verrinus.

Impediunt certam medicamina pluras ſalutem,
Nec plures medici, ſed ſatis vnus erit.

Syl. in v. medicus q. 7. ubi ait ex Seneca, Nil adeò ſanitatem impedire, quàm medicorum crebram mutationem, atque idem confirmat *Zecch de ſacr. pænit. c.* 20. & *D. Carol. in inſtruct. conf.* Et nos *in Comment. de ſtat. p.* 1. *c.* 16. Proinde dicendum eſt, horum impœnitentium confeſſiones prorſus inualidas eſſe. *Suarez. tom.* 4. *d.* 22. *ſect.* 1. *num.* 13.

Tertius caſus, & ſectio 3.

Inceſtus cum filia ſpirituali caſus, & eius grauitas.

TErtius caſus, qui eſt copula carnalis etiam tantum attentata cum filia ſpirituali, &c. ad ſacerdotes proprie ſpectat.

Vbi illud in primis obſeruandum, quod licet inter Doctores uarie illa agitetur quæſtio, an per Sacramentum pœnitentiæ contrahatur aliquod cognationis uinculum, propter quod ſpecialis luxuriæ circunſtantia ſit confitẽda, & peccatum inceſtus committatur.

In hac tamen re reſoluta aſſertione dicendum uidetur, hoc delictum ratione fœderis, & uinculi ſimilis cognationi ex ſacramento

bapti-

baptiſmi contractæ,& communi praxi ad inceſtum quodammodo pertinere,ut ait Symmachus Papa in *c. omnes.* 30. *q.* 1. D. *Thom. in* 4. *ſentent. d.* 42. *q.* 1. *art.* 2.& multi etiam alij, quos refert *Sanchez. d.* 55. *num.* 3.

Nec ſolum eſſe circunſtantiam notabiliter aggrauantem, ſed etiam mutare ſpeciem, & ob particularem Eccleſiæ prohibitionem ſpeciale etiam ſacrilegium conſtituere, ac proinde maximam deformitatem in ſe continere, & graui pęna plectendum. contra *Bonac. de matrim. q.* 4. *pun.* 16. *num.* 7.

Siquidem qui filiam ſuam ſpiritualem nefario inceſtu contaminauerit, cum in profundum malorum deuenerit, ab omni officio deponendus eſt, & cunctis diebus uitæ ſuæ ad iugem pęnitentiam agendam in monaſterium detrudēdus eſt. *c. ſi quis ſacerdos. c. omnes.* 30. *q.* 1. *Abb. in c. fin. de Purg.* Can. Anch. *conſ.* 15.

Oportet namque in his diebus, quibus peccatis noſtris promerētibus admirabile hoc ſacramentum pęnitentiæ ſpiritualium omniū infirmitatum ſingularis medicina ab hæreticis impugnari, ac euerti ſolet, Sacerdotes in hoc delinquentes acriter puniri, ne ex eorum delictis anſa de chriſtiana fide detrahendi impijs præſtetur: ne veſrigeſcente charitate, ac timore Dei, occaſio præbeatur maritis ac patribus uxores, ac filias ab hoc ſacramento retrahendi, & ut rarius ad illud accedant procurandi. *Philipp. Diax. in praxi crim. c* 84. *Gregor. de* Val. *tom.* 4. *diſp.* 9. *q.* 5. *p.* 5. §. 3. ubi refert, cum olim in Germania ſacerdotes contra legem cælibatus turpiter uiuerent, in tantam contemptionem ſacramenta uenisse, ut etiam laici paſſim illa adminiſtrare non uererentur. *Iuſtinell. in triumpho caſtit. p.* 1. *c* 42.

Contra ſacerdotes turpiter viuentes.

EX indigna, & turpi ſacerdotum uita ortas eſſe hæreſes tradit etiam longa manu. *Alphonſus de Caſtro lib.* 3. *de iuſta hæret. punit. c.* 5.

Quam itidem turpe ſit, ac clericorum nomine, qui ſe diuino cultui addicerunt, indignum, in impudicitiæ ſordibus, immundoque concubinatu uerſari, ſatis res ipſa communi fidelium omnium offenſione ſummoq. clericalis militiæ dedecore teſtatr̄, ut exclamant.

Tri-

Tridentini Patres ſeſſ. 25. de ref. c. 14. Quod vitioſi, ac lubrici ſacerdotes, ſint Chriſti proditores, & hoſtes; & quàm diras, & horibiles maledictiones illis propter hoc infligat Deus proſequitur. *S. Brigitta. lib. 1. reuelat. c.* 47. *& Dionyſius Carthuſ. in opuſc. de vita Curat. lib. 1. art.* 62.

D. etiam Catharina Senenſis de omnipotentis Dei ore multa terribilia de lubricis Sacerdotibus ſcribit, atque eos ſæpe Dæmonia incarnata vocat, per quos Diabolus plures animas decipit, atque ad Inferos trahit, quàm per proprios ſuos ſatellites tentatores, vt per eundem *Carthuſ. de Regim. Epiſc. art.* 37.

Neſcitis, inquit. *Apoſt. 1 ad Corinth.* 6. quia corpora noſtra membra ſunt Chriſti, &c. Per hanc ſublimem philoſophiam docere ſacerdotes volebat, quàm grauia, & atrocia eorum peccata forent, ac præſertim cum fornicantur, eo quod qui fœminæ ſe commiſcet, vnum cum ea corpus efficiatur, ac proinde dominici corporis nullo modo particeps eſſe queat, &c. *Beſſeus de ſacerdotio lib.* 3. *c.* 10.

Nonnulli reperiuntur, atque vtinam non multi in ſacramentorũ maxime vero Euchareſtiæ labantes fide, ſeu quod iam diù eius fructu carent, ſeu quod conſuetudinem habent cum ethnice viuentib. ſeu (quod maius eſt) quia impura quorundam ſacerdotum vita apud imperitos huius ſacramenti officit maieſtati, ut ait *Turſell. in vita Zauer. lib.* 6. *c.* 17.

Ex quo fit vt tam fęminę, quàm mares Confeſſarium denuntiare teneantur, qui eos ad turpia ſollicitare, vel prouocare occaſione, vel prætextu confeſſionis tentauit, vt conſtat ex Bulla Greg. XV. Incip. *Vniuerſi.* Cuius ſæpe mentionem fecimus.

Et quid à ratione magis alienum eſt, quàm quod qui Dei adiutor conſtituitur, vt peccata tollat, ea augeat; & qui pater eſt ſpiritualis, ut filios in adoptionem filiorum Dei transferat, venenum propinando, Diaboli & perditionis filios efficiat?

Reſeruationis ratio.

IDeo merito hoc piaculum præter alias pænas, quibus in foro externo, ſi deprehendatur, animaduerti ſolet, ab Illuſtriſsimo Archiepiſcopo hic reſeruatur.

Tt   Eſt

Eſt enim Epiſcoporum,& Archiepiſcoporum munus, aduigilare,& exceſſibus,vel peccatorum,præſertim clericorum ſcandalis inſurgentibus occurrere,& ad hoc agendum exhortari, ac inferiores miniſtros per frequentes litteras,quos verbo non poſſunt inſtruere, &c. *Pet. Sot. lect. 1. de peccat. diſcrim.*

Cum anima cunctis rebus anteponenda ſit *Tuſch. tom. 1. l. 4. concl. 333. Maſcard de probat. concl. 1171. num. 7. Menoch. de Præſumpt. l. 4. præſumpt. 112. Mantica de Tac. & Amb. tom. 2. l. 13. tit. 28.*

Adde hodie in tanti criminis deteſtationem Pontificiis Cõſtitutionibus decretum eſſe, vt contra clericos,& ſacerdotes tàm ſæculares,quam regulares,qui in ipſo actu pænitentiæ ſacramenti, vel prope,mulieres,vel maſculos ad turpes actus alliciunt, vel attentant, hæreticæ prauitatis Inquiſitores procedere poſſint,cum ſpirituali medicina abutentes male de ſacroſanctæ Eccleſiæ ſacramentis ſentire videantur.(Cum ut ait *text in c. 5. de Iuram. calum. & Theſaurus Pedamont. Deciſ. 239. num.* 11. Nouis morbis noua conueniat antidota præparari) *Franciſcus Pegna in 2. p. Direct. Inquiſit. q. 56. comment. 81. Roder. tom. 2. qq. regul. q. 27. art. 1. Lopez in ſcholys ad Diaz. d. c. 84. Steph. Quar. in v. confeſſ. Vgol de off. Epiſc. p. 1. c. 15. §. 8. num. 11. Marc. Ant. Gen. in praxi Neap. c. 81. Franc.* Leo *p. 3. theſ. for. eccl. c. 37. num. 35. Megalus in inſtit. confeſſ. p. 1. lib. 1. c. 5. num. 14.*

Imo ex noua Greg. XV. Conſtitutione Incip. V*niuerſi Dominici* hoc extendi ad eoſdẽ ſacerdotes, qui in loco confeſſionibus deſtinato ſollicitãt, vel obſcænos ſermones habent,ut per *Nald. v. Confeſſarius & Sanct. de hæreſi c. 44. Dub. 1.*

Hi enim ſic inique agentes male de chriſtiana fide ſentire uidentur, hæreſis namque non alia eſt cauſa quàm mala uita, & corrupti mores. *Alph. de* Caſtro *in proæmio libri contra hæreſes.*

1 *Obſeruatio.*

EſT autem hic animaduertendum,quod licet ex alijs ſacramentis præter baptiſmum,& confirmationem, ſpiritualis cognatio matrimonium impediens,aut dirimens non oriatur, quia licet reliqua gratiam conferant,id tamen non efficiunt per modum ſpiritualis regenerationis,ſed per modum alimẽtationis,ut Euchariſtia

ſtia, aut ſanationis, ſeu reconciliationis, ut pęnitentia. *D. Thom. in 4. d. 42 q. 1. art. 2. ad 8. Doct. in c. fin. de cog. ſpirituali lib. 6.*

Quò tamen ad cenſuram huius caſus ille ſacerdos comprehēditur, qui in confeſſione illam perſonam audiuit, etiam ſi ſemel audiuerit & non abſoluerit; & ſi eſt Paröchus etiam ſi amplius ſub eius cura non degat. ut tradit *Graſſus conſil. 1. de cognatio. ſpirituali.*

Copula attentata.

NEc ſolum caſus includit copulam, ſed etiam attentationem, ideſt, quando proceſſum eſſet ad aliquem actum, qui ex ſui natura ad ipſum ſcelus ordinatur, ut ad leuandas ueſtes, & alia pręparatoria, ut per *Roland. à Valle. volum. 1. conſ. 7. num. 4. & Farinac. de delict. carnis. q. 148. num. 56. & per Steph. Quar. in v. ſodomia.*

Licet enim ſolus conatus etiam in foro externo effectu non ſubſequuto non puniatur, in atrocioribus tamen delictis ſola attentatio, quę ad actum proximum deuenit, animaduertitur *l. ſi quis non dicam, & ibi gl. C. de Epiſc. & cler. c. ſi quis. de pæn. diſtinct. 1. Felyn. in tr. de puniendo conatu num. 4. Graff. conſ. 1. de cog. ſpirituali num. 43. & de adult. & ſtupro conſ. 3. num. 20.* Menoch. *lib. 2. de arbit. Iud. cent. 4. caſu 360. num. 47.* F*arinac. p. 2. q. 122. num. 31.*

Quo in actu etiam duplex peccatum, & duplex deformitas agnoſcitur, ex duplici, ut dicunt motiuo deſcendens, nempe caſtitatis ac religionis. *Sayr. l. 2. clauis regia c. 5. Sanchez. l. 1. de pracep. c.* 14. *Molfeſ. tr.* 8. *c. 7.* B*onac. tom. 2. d. 2. q. 4. pun. 4.*

Quinimo caſus diſpoſitio non ſolum extenditur ad ſpiritualem filiam, uel filiū, cuius confeſſionem excepit, uel cui alia ſacramenta adminiſtrauit, ſed etiam ad illam, uel illum, qui eius parochię ſubditur; cum parochiani etiam filii ſpirituales dicantur ex multorum ſētentia, quos in hac parte Illuſtriſs. noſter iuſtis ex cauſis ſecutus eſt. *Abb. in c. fin. de* P*urg. can.* Dec. *in cap. at ſi clerici num.* 231. *ext. de Iud. Guttier. l. 2. can. qq. c. 7. num.* 47. *Lopez. in addit. ad* D*iax. c.* 84. Vnde ex dictis conſtabit, quis in caſum incidat, uel non.

Quinam in caſum incidant, & qui non incidant.

1 *Comprehenſio.*

PRimo.n.Sacerdos quicunq. incidit, ſiue parochus, ſiue eius uices gerens, qui Capellanus nuncupatur, ſiue alius, qui rē habuit cum ea, quam baptizauit, uel cui alia ſacramenta adminiſtrauit, uel adminiſtrare potuerit, ut puta, quia ſit de ipſius ſacerdotis parochia etiam ſi tantum copulam attentauerit, eo modo quo dixi.

Idque ex mente illuſtriſs. Præſulis à qua non eſt recedendum. *Abb. in cap. nam. extra de Conſtit.*

2 *Comprehenſio.*

SEcundo, qui cum filio ſpirituali ſe immiſcuit, uel eius pudicitij attentauit maiori enim ex cauſa ratio reſeruationis huic caſu conuenit, cum ſodomia grauius ſit crimen. Et licet Conſtitutio de hoc caſu mentionem non faciat, non per hoc tñ quę rarius contingũt, eiuſdē nihilominus generis, imò maioris, & grauioris, excludit. *Menoch. conſ.461. num.24. Roder. tom.2. qq. reg. q.27. art.3. Quar. in v. confeſſor Graff. conſ.1. de cognat. ſpirit. nu.47. Megal. lib.1. Inſt. confeſſ c.5. num.32.* vt dixi *inf. de beſtialit.* Atq. hodie id conſtat ex Bulla Greg. XV.

1 *Exceptio.*

NOn incidere autem apparet, ex Superioris reſeruantis mente qui tantum uerbis attentauit; uel etiam ſine animo copulam habendi, oſculando, ſeu tangēdo pectus, pollutionem per accidens paſſus eſt.

2 *Exceptio.*

SEcundo Sacerdotes regulares, etiam ſi Parochi officio fungantur, ipſi enim quò ad caſus reſeruatos ſuorum Superiorum diſpoſitioni ſubiiciũtur. Si autē in adminiſtratione ſacramenti pęnitentiæ delinquant, licentia audiendi confeſſiones eis ſubtrahi potetit. Idem *Graff. conſ.6. de pęnit. & remiſſ. Vgol. de officio Epiſcodi, p.1. c.20. §.10.*

Con-

Confeſſarij delinquentes in confeſſione an ab hoc munere deſiſtere debeant.

Dubij practici reſolutio.

AN autem ſi delictum ſit occultum, ab audiendis confeſſionib. deſiſtere debeat? Dicẽdum eſt, quod etiam ſi ipſo facto excipiendi confeſſiones facultas adempta cenſeatur, ſi tamen ob hoc ſcandalum ſubeſſet, & eius fama periclitaretur, ab huiuſmodi audiẽdarum confeſſionum munere ſe abdicare non tenetur.

Multa enim contra ius ad euitandum ſcandalum inducta ſunt, de quibus Doctores præſertim *Felynus in c. nihil. ext. de præſcript. Graff. l. c. conſ. 7. q. 4. & de arbit. Confeſſ. l. 1. c. 29. Duard. in comment. in Bullam Cœnæ Domini l. 1. c. 2. q. 3. Tuſchus in v. ſcandalum. concl.* 52. Arg. *Sayr. lib. 3. cla reg. c. 9. num. 35. &* Capuc. *in compend.* Priui leg. *Mend. in v. dare.* Bonac. *de matrim. q. 4. pun.* 17. & quod dixi *infra p.* 3. in praxi quo ad caſum proprietatis. Quod quidem verum eſſe aduertunt. DD. quando regularis ſacerdos certo ſciret ſcandalũ oriturum, ſi quidem ſcandali vel infamię occaſiones pro libito fingere nequit; & dummodo opportunum tempus expectet, vt quàm primum abſque periculo munus illud deſerat, & delicti abſolutionem obtineat, &c.

Confeſſiones factæ Confeſſario ſuſpenſo an validę ſint.

NEc obſtat ſi obijciatur, abſolutiones ab eo impenſas, cuius ſic audiẽdi confeſſiones ſuſpenſa eſt iuriſdictio, inualidas fore, eo quod iuxta communem aſſęrtionem, vſus iuriſdictionis vel ordinariæ, vel delegatæ, in pænitentiæ ſacramento neceſſario, & quò ad eſſentiam requiritur. *Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. Sot. in 4. d. 18. q. 5. art. 2. Io. Medina C. de confeſſ. tr. 2. q. 35.*

Nam reſpondetur, quia iſta ſuſpenſio, vel iuriſdictionis ademptio eſt occulta, & communis error, iuſtuſque titulus concurrit, omnia per iſtum geſta tenere, ex. *l.* Barbarius *ff. de off. Prat. Barth. Medina l. 1. inſtruct. Confeſſ. c. 11. §. 3. Lopez p. 1. Inſtruct. c. 26. Henriq. lib. 1. de ſacramento pęnit. c. 14. num. 4. Caiet. in ſumma in v. abſolu-*

tionis

tionis imped. Reginal. p. 1. fori. pænit. lib. 1. c. 10. num. 115. Graff. l. c. conſ. 6. num. 13. Barboſa in Collect. Iur. Can. in c. dudum de elect. num. 3.

Si fæmina ſolicitet Confeſſarium, & ille conſentiat an incidat in eaſ ſum, & Pontificias pœnas.

3 Exceptio.

TErtio caſu non includitur Confeſſarius qui filiam ſuam ſpiritualem viſitando, vel ad eam quæ ſe ægram ſimulabat pro confeſſione audienda accedendo, vi aut metu ab ipſa calumniam minitante ad turpem actum inductus fuit, & ille ob periculum amittendi famam, flagitio conſenſit. Iſte enim nullo mō dr̄ copulam attentaſſe, vel prouocaſſe, licet mortem potius pati debuiſſet, quàm tā execrabile facinus perpetrare. *c. ſacris. ext. quod met. cauſa. Graff. conſ. 6. de pæn. & remiſſ. q. 1.*

Sicut pariter Confeſſarius pœnas Pontificiarium Conſtitutionū non incurrit, ſi fœmina in confeſſione, uel in loco ad eam excipiendam deſtinato, ipſum ſacerdotem ſollicitat, cum in Bullis tātum de Confeſſariis ſollicitantibus ſit ſermo, vt per *Sanct. c. 46. nu. 2. Bonac. de oblig denunt. Diſp. 6. punt. 3.* & omnes. Et licet raro hoc accidere videatur *. arg. l. nam ad ea ff. de legib. c. coram.* vbi *Abb. de off de leg.*

Diſcant tamen minus cauti, & experti Confeſſarii, in ſexu fœmineo, & fragili maximā latitare audaciam, vt eam pertimeſcere debeant.

Fœminarum in turpibus audacia.

NAm quamuis ſemper aliàs minus audeant fæminæ, quàm mares, in turpibus nihilominus, & obſcænis, atque venereis actibus impudentiores ſunt, vt tradunt *Cynus Alber. & Salycet. in l. quiſquis. C. ad. Iul. Maieſ.* Quod & aſtruit Iuuenalis quem citant in Satyra. 6.

Fortem animum præſtant rebus, quas turpiter audent.

Mirum negotium, ait *Cyprianus l. de bono pudicit.* mulieres ad omnia delicatæ ad vitiorum ſarcinas fortiores ſunt viris. *Cornel. à Lap. in ep. 2. ad Timoth. c. 3. num. 155.*

Quò ſpectat illud adagium *à Plutarcho in præcept. connub.* relatum,

tum, ſublata lucerna omnis mulier eadem, quo ſignificatur, fęminas impudentes, & impudicas eſſe, modo delinquendi ſine arbitris facultas detur. Quo fit ut ob hoc ad conficienda maleficia proniores ſint. *Simancas in cathol. Inſtit. tit. 37. Tiraq l. 9. connub. num. 128.*

Exempla religioſorum à fęminis ſollicitatorum.

ALiquot religioſorum pudicitiam à procacibus fæminis, quę pudicę, & honeſtæ habebantur, fuiſſe tentatam in diſcrimenque adductos fuiſſe legimus; narrat enim D. *Dorotheus ſerm.* 1. de monacho ab Abbate pro neceſſariis reb. ad amicum miſſo, qui quia ſolus erat, & ſocio carebat, ab illius filia ad ſtuprum ſollicitatus eſt, ſed ab huiuſmodi periculo diu nitus liberatus fuit. Scimus etiam D. Vincentium Ferrerium Ordinis Prædic. accerſitum ad audiendam confeſſionem à puella morbum in lectulo ſimulãte, ſolumque à ſocio relictum, ad flagitium miro, ac vehementi artificio prouocatum eſſe, ſed diuina gratia ſancti viri conſtantiã adiuuante inuitanti reſtitiſſe. *Pet. Ranz. l. 1. eius vita c.* 12. Aloyſius quoq. Bertrãdus eiuſdem familiæ, ſanctitatis opinione clarus, de ſe ipſo dicebat, Ego ſenex, ſurda ſter, male ſanus, cæcutiens, debilis, prouocatus ſum à qua non putaſſẽ, quid ni iuuenes præſtanti valetudine, ac robore, ſimiles aſſultus ſi ſoli fuerint pertimeſcant? *Vincen. Iuſt. in eius vita. c.* 10. *Philiarchus de off. ſacerd. tit. de pœn. ſacramento. c. 31. Anton. Daur. in floribus exempl. tom. 4. c. 7. tit. 85. Farinac. de delict carn. q. 138. nu. 74. Nig. reg. 43 commun.*

Proinde ſi quando mulieres conueniendi neceſſitas acciderit, tres conditiones ſunt obſeruandæ.

Quomodo cum mulieribus verſando nos gerere debeamus.

PRimo vt comes ſemper aſſiſtat. Sic enim D. Hier. Nepotianum his verbis inſtruit, Si per officium clericatus, aut vidua viſitatur, aut virgo, nunquam domum ſolus introeas, ſolus cum ſola ſecreto, & abſque arbitro, vel teſte ne ſedeas.

Secundo breuibus verbis negotium expediendum eſt. Si mulier ex neceſſitate tecum loquatur, verba ſua citiſſime occide, nam teſte

pro.

propheta *Pſal.* 54. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſūt iacula, ait D. *Bonauent. in reg. nouit. c.* 31. *Scriban. in medico relig. l.* 3. *c.* 11. *Barboſa de Epiſcopo p.* 1. *tit.* 2. *gloſſ.* 6. *Caniſius de* B. V. *l.* 2. *c.* 13. *verſ. verum* *Beſſeus in arca medica in v. familiaritas nimia.*

Tertio ſermo, non mollis, ſed rigidus cum illis eſt adhibendus, vt admonet. D. *Anton. in ſummula. tit. de bonit. Confeſſ. c.* 11. *& in 3 p. magnę ſumm. tit.* 16 *c.* 1. §. 10. *Gallonius in vita* B. *Philippi Nerei.*

Eximia ſanctitas ad audiendi confeſſiones miniſterium tuto, & ſine propriæ conſcientiæ detrimento obeundum requiritur, eo quod acria ſint certamina, & magnæ labendi, ac impingendi occaſiones, niſi adſit inſignis virtus vt fortiter eis obſiſtatur, vt proſequitur *Ludou. à Pont. de Chriſt. perfect. tom.* 4. *tr.* 5. *c.* 3. § 1

Germinant fœminæ ſpinas cum viris habitantes, ait D. *Hierony. ad Oceanum* ſcribens. Quippe fęminæ ob corporis mollitięm roſis à Poetis comparantur, roſa enim ſimul habet ſpinas, quibus pungit, habet ſpinas, quibus attrahit, & punctione eruentat, &c. Libentius mulieres viros aſpiciunt, quia ex eorum coſtis ſunt factæ. Hinc cū mulier quædam grauem ſane virum laſciuo obtutu aſpexiſset, ille indignatus, Quin tu, dixit, terram potius intuere; at illa reſpondit. Hoc magis te facere par eſt, cum ex ea uiri efformati ſint, at quis nobis uiros aſpicere prohibeat, è quorum coſtis compactæ ſumus? *Tympius in Menſa philoſoph. p.* 1. *c.* 39. *& par.* 2. *c.* 61. *ex Surio tom.* 1. *Feb* 1. *in vita* S. *Ephrem.*

Admonet autem *Scrib. l. c.* religioſos, ut omnes muliebres uiſitationes ſecent, niſi aut certa ægritudo, aut grauis aliqua neceſſitas aliud depoſcat. Et in huiuſmodi viſitationes ſubditos propendentes à Superioribus coercendos, loco amouendos, audiendiſque confeſſionibus excludendos.

At in quam pænam incidant religioſi tàm ſuperiores quam ſubditi, qui ex quacunque cauſa mulieres ab eis fugiendas, in monaſteria introducunt, dixi *in 2. p. de Exam. tr* 11. *c.* 6. *q.* 20 *& poſt nos Coriol. p.* 2. *caſu, & Molfeſ. tr.* 7. *c.* 20. *num.* 40.

Praxis in confeſſione ſacrilegi, & inceſtuoſi Sacerdotis obſeruanda.

PRaxis in confeſſione huius caſus obſeruanda erit, ut Sacerdos pænitens ſi hoc crimen confiteatur, interrogetur, an filiam ſpiritua-

ritualem in actu confeſſionis, vel propè actum illam ſollicitauerit, cum de fide male ſentire præſumatur, inſpiciendum erit, an habeat errorem in intellectu? In quo caſu eſſet ad Inquiſitorem mittendus. *Nau. conſ. 2. de hæret. Roder. 2. tom. regul. qq 27. art. 2. Henr. l. 1. de pœnit. c. 14. in fine.*

Quod ex aliquorum ſententia procedit etiam ſi ſolicitatio abſq; confeſſione, in loco tantum ad excipiendas confeſſiones deputato ab eo fiat. *Nald. in v. Confeſſarius nu. 26. Sanct. de hæreſi c. 46. Dub. 1.*

Quod nunc abſque dubio tranſit ob Bullam Greg. XV. Incip. *Vniuerſi*, vbi illam extendit ad miſcentes inhoneſtos ſermones in eodem loco tantum.

Si autem ipſa mulier ſollicitata confiteatur, cogenda erit à Confeſſario, vel Pœnitentiario, vt illum ſacerdotem ad ipſum Inquiſitorem deferat, ſicuti cauetur Conſtitut. Pij IV. quæ incipit, *Venerabiles fratres.* & illam refert *Roderiq. l. c. artic. 1. & Quarant. in verbo Confeſſ. & Piaſec. in praxi Epiſcopali par. 2. c. 4. tit. de hæreſi num. 92.*

Quæ præceptio ex aliquorum ſententia intelligenda eſt, quando Confeſſarii eſſent de huiuſmodi delicto quomodolibet diffamati, & niſi ſacerdotem prodēdo fęmina, turpitudinem etiam ſuam detegeret, vt quia ſponte in illud ſcelus opere perpetratum cōſenſiſſet, &c.

Secluſa tamen hac Bulla, Edictis Inquiſitorum adhærendum cēſeo, quæ ſuſpectos de hæreſi etiam occultos (In caſibus tamen à iure non exceptis) denuntiari iubent, &c. *Marc. Anton. Genuen. in praxi cur. Archiepiſcopalis Neap. c. 23. num. 5.*

Sed nunc videnda eſt, & obſeruanda diſpoſitio Bullæ Greg. XV. Incip. *Vniuerſi*. De qua *Sanct. de hæreſi. c. 44. Bonac. de oblig. denunt. d. 6. p. 3.* & nos alibi tū in hoc Comment. tum in his quæ de Exam. Eccl. conſcripſimus.

Et ibi S. Pontifex omnibus Confeſſarijs mandat vt ſuos pœnitētes quos ab aliis ſolicitatos, vel de obſcęnis ſermonibus in confeſſione vel in loco cōfeſſionis interpellatos nouerint, de obligatione denuntiandi moneant. Et obſeruat etiam *Nald. l. c.* ex rei natura hanc etiam denuntiandi obligationem naſci, &c.

Si Sacerdos huius peccati reſeruati reus ad Epm, vel Pœnitentiarium accedat, & facultatem pro propria abſolutione petens fingat pro alio poſtulare, ſi illam obtiheat, multis doctis viris videtur im-

penſam abſolutionem non valere, cum dolus det cauſam cōceſſioni. At ex legali regula: Dolus, & fraus nemini patrocinari debent. *c. Sedes Apoſtolica. ext. de reſcript*

Proinde magna cautione cum huiuſmodi ſacrilegis Sacerdotib. agendum cum enim ex officio ſæpius celebrare, & ſacramenta adminiſtrare teneantur, pro ſacramentali confeſſione ſibi ſimiles eligūt Sacerdotes, viciſſim ſe abſoluunt, vel à caſu reſeruato mutuo ſe abſoluendi facultatem procurant: & quia ſuadet licentia luxum (quod deplorandum eſt) in huiuſmodi teterrima lue, & miſerimo ſtatu, vſque ad vltimum vitæ terminum aliquando inſordeſcunt.

Propterea in ipſos ſæuiendum eſt, & grauibus inflictis pœnitentiis compeſcendi, oſtendendumque quantum Deus vlciſci ſoleat ſacrilegam voti violationem, & ſcandaloſam clericalis, & religioſi ſtatus viuendi rationem.

Prohibendum erit ne Confeſſarius complicem amplius in ſacramentali confeſſione audiat. Quod alicubi ſub excommunicationis pœna interdici ſolet. *Bonac. de ſacr. d. 1. q. 7. pun. 5. §. 5.*

Incontinentium Sacerdotum vindex Deus.

AD mentem reuocandum, quod ſacris paginis præcipitur, Sacerdotes qui accedunt ad Dominum, ſanctificentur, ne percutiat eos. *Exod. c. 19.*

Sicuti inter cæteros illius Sacerdotis vindex fuit Deus, de quo *D. Bonau. in vita* D. *Franciſci. c. 11.* refert, quod cum diuina iudicia oblitus ſecundum deſideria carnis viueret, nocte quadam domus tecto corruente cæteris mortem euadētibus, miſerè interceptus, atque interemptus eſt.

Et quod Apoſtolorum tempore tanti fiebat Sacerdotum continentia, vt ſi quis in carnis lubricum incidiſſet, deponeretur, ac inter laicos pœnitentiam perpetuò acturus reijceretur. *c. oportet. diſt. 81.* Sed paulo poſt Apoſtolica tempora, ſæua decem annorum, & quæ ſolo auditu horrorem incutit, pœnitentia infligebatur. *c. presbyter. d. 82. Marſ. Columna de redd. Eccl. p. 2. c. 19. Dionyſius Carth. de vita Curat. art. 59.*

Vbi etiam hic obſeruandum uidetur, ex mente Illuſtriſs. Archiepiſc.

piſc. Parochos ſibi ſubditos non poſſe abſolui ab hoc crimine ab altero alteriùs uicini Epiſcopatus ubi hic caſus non eſt reſeruatus, quãdo hoc in fraudem fit; hoc enim modo eccleſiaſtica diſciplina eneruaretur, & reſeruationis finis fruſtraretur: *Arg. Molf. tr. 7. c. 14. num. 77. & Zerula in praxi epiſc. v. confeſſio. num.* 2.

Perniciosiſſimum quippe eſt, Dei miniſtrum hoc infami luxuriæ uitio inquinari, & hoc ſuillo contagio infici ac uolutari: id quod etiam à ueteribus Idolorum cultoribus alienum prorſus fuiſſe legimus. Quod iure Pontificio in primis cautum erat, cuius ſunt hæc uerba: A*d Deos adeunto caſtè: Pietatem adhibento. Opes admouento. Qui ſecus faxit ipſe Deus vindex erit*, teſte *Cicerone. lib.* 2. *de leg & Alex. ab Alex lib.* 4. *dierum gen. c.* 17.

Obijciat quod ſi ſecũdum Canon. Reg. Semel Deo dicatum amplius ad humanos, & profanos uſus ſine horrendo ſacrilegio tranſferri nequit, ut ligna, uaſa, ueſtimenta, &c. *cap. ligna de conſ. d.* 1. *c. quod ſemel. de reg. Iur. in* 6. *Fagund* 2. *p.* 1. *l.* 3. *c.* 21. *num.* 18. *Azor. p.* 1. *l.* 9. *c.* 9. *q.* 7. quanto magis à ratione alienum eſt Sacerdotem Deo conſecratum tali ſcelere, ac flagitio contaminari?

Sacerdotum Rectorum periculum.

RECtorum Sacerdotum maximum eſt periculum ait *D. Thom. in* 4. *ſent. d.* 17. *q.* 3. *ar.* 3.

Primo, quia illis incumbit ſacramenta diſpenſare, quæ non niſi mundè, & à mundis tractanda ſunt.

Secundo quia de proprijs culpis rationem reddere debent.

Tertio quia etiam de alienis quatenus ad illos pertinent ſtricta exigenda eſt ratio, &c.

Vt proinde uerum ſit quod ait. *D. Vincentius Ferrer. ſer.* 7. *dom.* 2. *poſt. Oct. Paſc.* Numquam animarum Curatores cum gaudio uiuerent, ſi tantum onus quod ſupra ſe portant, cogitarent.

Sacerdos, qui in hunc caſum lapſus fuerit, admonendus erit, nè (ſi ſine nota fieri poteſt) in futurum illius mulieris confeſſionem excipiat, cum qua rem turpem habuit, & quam impuro amore proſequitur, nè ad preteritas irritetur illecebras, &c. C*orrad. in reſpon. caſ conſc. q.* 13.

Et ut compeſcat immoderatum amorem erga eas præſertim p̄ſonas,quarum affectio periculoſa eſſe ſolet;nam & ſpiritualis amor, & eo magis naturalis, facilè in carnalem,& ſenſualem conuertitur, qui in gehennam pertrahit,ut experientia conſtat, & tradit *D. Bonau.de purit.conſc.c.14 & Tiraq.de temp pæn.cau.51.num.1.*

Inſuper ut cum alias audit mulieres cautè agat, nec multum temporis impendat,lubricum enim negotium cum mulieribus longiora miſcere colloquia,ingens ſubeſt periculum, & uix eſt altera peſtis ad nocendum efficacior.

Et quoniam fęminæ plerumque multum negotij Confeſſarijs faceſſunt, apud uiros potius quàm apud eas operam ſuam collocet, magis enim proficiet,tutius aget,uiri conſtantiores ſunt, & ab eis domeſtica pendet diſciplina.Recte namq; ſapiens *Eccl.c.10* Qualis eſt rector ciuitatis,tales qui habitant in ea.*Philiar.de off.Sacerd. de pęn.c.31.Vict.in annot.ad Tolet.c.2.Art.Delrius in Diſq.mag.l. 4.c.2.q.3.ſect.3.*

Mulierum confeſſiones quam caute excipiendæ, Et D.Philippi, ac D.Hugonis exemplum.

DE B.etiam Philippo Nerio ſic ſcribit Gallonius in eius uita. Quo tempore primum excipiendis confeſſionibus initium fecit, hominum peccata libêrius,quam fœminarum audiebat, harum crimina excipere quò ad poterat fugiebat, nouerat enim ille virginalis ſuę pudicitię iacturam timens,Dæmones Dei ſeruis bonis & ſi operibus occupatis, inſidias moliri non deſiſtere,ijs uel maxime, qui nimio plus ſibi ipſis confidunt,&c.

Et Surius in uita S.Hugonis Epiſcopi Grationopolitani *die 1. Apr.tom.2.* ſic refert,

Porrò mulierum confeſſiones non minus cautè, quam benigne ſuſcipiebat,non enim in angulis,aut obſcuris,aut ſecretis locis. eas audire ſolitus erat,ſed potius ubi à pluribus conſpici poſſet,& aurē quidem ſatis familiariter applicabat, oculorum autem in alteram partem uertebat aſpectum:auditum ſolum propter inſidias Diaboli huiuſmodi negotijs aſſerens applicandum,&c.

Hinc D.*Anton.in 3 p.tit.17.c.19.* grauibus,ac ſerijs uerbis.

Ca.

Caueat, inquit, Confeſſarius ne uiduas, & fęminas non niſi in publico audiat, nec multum immoretur, niſi quantum neceſſitas confeſſionis requirit. Et eis quæ nimis frequenter confiteri volunt, aſſignet certum tempus, extra quod ipſas non audiat, nec alijs colloquijs nõ neceſſarijs ſe eis exponat. Et ſubdit, hóc eſt contra illos Sacerdotes, qui quotidie audiunt mulierculas, & faciunt illis longas prædicationes; vnde amittunt multum temporis, & ſcandalum ſequitur in ipſis, & in populis, Vt dixi *in Comment. de hum. vita ſtat. p.2.c.26.*

Monitum.

POſtremo obſeruandum quod licet erga ſacerdotes, vt etiam erga ſeniores ſiue eccleſiaſticos, ſeu ſeculares regulariter aſperior non ſit adhibenda reprehenſio. Huc enim ſpectat quod Apoſtolus Timotheo (multũ ſenectutis dignitati, ac præſtãtiæ tribuens) dixit, Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem. *D. Leo. epiſt.82.* & habetur *in cap.6. diſtin.* 45, ſi ramen delictum ſit frequentatum, ſi expedire videbitur, Pœnitentiarius acri obiurgatione vti poterit, Samaritanum prudentem imitando, qui ſaucium ſemiuiuum curauit, non ſolum oleum in eius vulnera infundendo, ſed etiam vinum, quod mordet adhibendo. *c omnis ext. de pœniten. & remiſ. Ludou. de Ponte tom. 4. tract. 5. cap.10.*

Quartus caſus ſect. 4.

QVartus caſus ſub hoc capite incluſus eſt ſtuprum virginum, etiam cum promiſſione matrimonij.

Stupri peccati grauitas.

QVod quidem cum graue ſit delictum, optima ratione ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo hic reſeruatur. Quandoquidem.

Primo per ſtuprum aufertur virginitas incomparabilis theſaurus, *Eccl.c.26.*

Proinde Iuriſtæ dicunt, mulierem caſtam eſſe ſatis diuitem, & ſatis dotatam. *Abb. & alij in c. 2. ext. de adult.*

Hinc Chilõ ſapienter dicere ſolebat, uxorem humili, ac modico apparatu ducendam eſſe, ne vir pro coniuge dominam in domum

acceſſat,ſat enim dotata venit,quę pudicitiam, & honeſtos mores ſecum affert.

Exemplum.

ET Ioannes Macer Mariſcallus Galliæ obuias quaſuis mulieres,& in eis pudicitiam,& honeſtatem detecto capite reuereri ſolitus erat,cumque forte duas ſalutaſſet, rogat qui illi à latere, cur id faceret;an ſciret,ſe ſalutē meretricib. impertiuiſſe, qui rñdit. Si ita eſt neſcio,malim tamen decem inhoneſtis fœminis reuerentiam exhibere,quàm falli vnam pudicam non ſalutando. Sentiebat ſane cum Plauto in *Amphit.* non eam eſſe dotem, quæ dos dicitur, ſed pudicitiam,& honeſtatem.

Hinc,& Bias philoſophus apud Auſonium,

Quæ dos matronis pulcherrima? vita pudica. Beyer. in v. pudicitia.

Adde conſtupratas adoleſcentulas,cum pepererunt, partum priuſquam baptiſmi ſacramento abluatur,necare ſolere. Qua in re maximum flagitium agnoſcitur,cum pueri in originali noxa decedentes, damni pœna puniantur, & beatifica Dei viſione, vt Theologi loquuntur,perpetuo careāt.*Comitulus in reſponſ caſ.conſc.l.*4. *q.* 14. *Bonac.tom* 2.*d.* 2.*q.*1.*p.*4.

Secundo quod ſi ſemel virginitas amittatur, nunquam recuperari poteſt,iuxta illud.

Nulla reparabilis arte
Læſa pudicitia,deperit illa ſemel.

c.ſi Paulus. 32.*q.*5.*Dec.in l.verum ff.de reg.iur.*

Si autem puella in carnis voluptate non conſentit cum ſibi vis infertur,illam non amittit.*Sayr.in claui.reg.l.*8.*c.*4.*num.* 10.

Nec aureola priuatur,quæ tribus ſanctorum ſtatibus tribuitur, nempe martyribus, Doctoribus,ac Virginibus *D.Thomas in* 4.*ſent. d.*49.*art.*5.*Caniſ.de B.V.l.*2.*c*15.

Tertio qui illicitè aliquam deflorat,tot fornicationum quas poſtmodum admittit,illi quodammodo cauſam præſtat. Sicut ille qui primo vineæ clauſuram frangit,occaſio eſt illius damni, quod poſtea qui ingrediuntur non aliàs ingreſſuri,culpabiliter inferunt. Vt dixi in *in* 1.*p. de Exam Eccleſ.tract.*7.*c.* 24 *q.*105. *& p.*2.*tr.*10.*c.*4. *q.*9.*Reſol.*5.

Nec

Nec dubium, puellas recenter ſtupratas coitus eſſe appententiores, cum facilius ſit virginitatem ſeruare, quam poſt corruptionem ſe continere. *gloſ. in cap. 2. de pænitent. diſtinct.* 3. Quo reſpicit illud poetæ:

Atque vbi concubitus primos iam vota voluptas
Sollicitat, Et *Ariſt. lib. 7. de hiſt. animal. c.* 1. ſuadet puellas tū maximè cuſtodiendas, cum menſes habere incipiunt, tunc enim præcipue ad vſum rei venereæ incitari ait. Et ibi illud ſubiungit, eas quæ admodum puellæ concumbunt, libidinoſiores per totam ætatem euadere. *Tiraq. l. 9. connub. num.* 119.

Adde fama, & honore ablatis, ei etiam auferri ne in futurum idoneum maritum reperiat. *Peraldus tom. 2. ſumma vitiorum de lux. cap.* 6.

Quarto per ſtuprum maxima iniuria virginis parentibus, & cognatis irrogatur, vt illis verbis oſtendit Sapiens. *Eccleſ. c.* 42. Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis, à detractione in ciuitate, & obiectione plebis, & confundat te in multitudine populi.

Vt mirum non ſit ſi lex ciuilis homicidium filiæ in flagranti repertæ impunitum relinquat, & etiam iuſtam exhæredationis causā præbeat. *l. patri. ff. ad l. Iul. de adult. Abb. & alii in c. veniens. ext. de ſponſ. Ceph. conſ* 305. *Merlin. de legitima l. 4. tit. 1. q. 5. Surdus de alim. tit. 7. q. 4. num.* 34. vbi contra *Mol. Sanchez. & Bonac.* tenent ex vnico tantum libidinis actu exhæredari poſſe.

Quinto hoc delictū iuri naturali repugnat, cum natura duplici de cauſa feminæ virgineum clauſtrum conceſſerit.

Altera ut ineundo matrimonio habilior ſeruaretur. Altera ut à venereis actibus eam compeſceret. Cum nil ab his tam feminam retrahat, quā uirginei clauſtri iacturā faciēdi timor; ob qđ amiſſum, ut dixi, effrænatæ libidini uacat. *Sanch. lib. 7. de matr. d.* 14.

Secundo ſtuprum iuri diuino aduerſatur: Cum per illud omnis actus præter uxorium prohibeatur. *Exod. c.* 20.

Tertio eſt contra ius humanum. *l.* 1. §. *qui puero. ff. de extraord. crimin. Clar. in* §. *ſtuprum. & Farinac. de delictis carnis. quaſt.* 147. *num.* 8. ubi dicunt, ſi uirgini uis inferatur, ſtupratorem pęna mortis puniri.

Vnde

Vnde hic iure meritò reſeruatur, etiam ſi committatur cum promiſſione matrimonii: licet enim in caſu ſupponatur ipſam ſpontè in hoc damnum conſenſiſſe, non tamen pater, & alij agnati, quibus ipſa puella ſubditur, cum graui iniuria ob hoc ſint affecti.

Præterea regula illa uolenti, & conſentienti non fit dolus, nec iniuria. *c. ſcienti. de reg. iur. in 6.*

Intelligitur propriè de his, qui ſunt doli capaces, prudentes; & perfecti iudicij, non autem, leues & faciles ad ſuſcipiendas fraudes, cuiuſmodi ſunt puellæ, de quibus ait ille:

Credulitas damno ſæpè ſolet eſſe puellis.

Alber. in l. filia C. de inoff. teſtam. Tiraq. l. 9. connub. num. 137.

Iſti autem uirginum deceptores, & corruptores cum ſępè maria, & montes ſpondeant, & quò illicito amore potiantur, iuſiurandi religione promittant ſe illas in uxores ducturos, æquum profectò eſt, ut eis deceptis iura ſubueniant. *Perer. in Geneſ. c. 34. verſ. 3. Ioan. Fran. Leo. in theſaur. for. Eccl. p. 2. c. 24. num. 19.*

Vnde ſtuprum quaſi prauum ſtudium aliqui dictum uolunt, eo quod adulatoriè, & deceptoriè uirgines ad turpem, & prauum actum compellantur.

Diabolicæ artes.

MIra quippe Diaboli arte fæminæ uiros, & uiri fęminas mutuo ſe decipiunt. Illæ namque omnes curas, & cogitationes ſuas omneque tempus, & ſtudium in hac re inſumunt, ut ſe comment, & ornent, formamque ipſam quantum poſſunt, ſpecioſiſſimã reddant, qua ſpectantium oculos poſt ſe trahant, & uariis ornatib. tot uelut Diaboli facibus libidinis affectum, per ſe ſatis à corrupta natura propenſum uehementius incendunt. *Tertull. l. de habit. mul. c. 4.*

Hinc. S. Nonius Hielopolitanus conſpicatus Pelagiam meretricem Antiochenam tranſeuntem, auro, gemmiſque ornatam, diù illam intuitus dicebat, Quot putatis horas expendit dum in cubiculo ſe lauat, & componit, ut hominum oculis placeat, & animas perdat? Et (heu) quantulas nos, ut in Dei oculis iuſti conſpiciamur? Scitè Thomas Morus matronæ cuidam quod ſe totos dies ornaret, & ut

habet

habet Poeta, Naturæ decus mentito mercatoque vultu perderet, dixiſſe fertur, Ni Deus tibi pro hoc tanto labore Infernum rependat, magna me Iudice te iniuria affecerit. *Stap. in vita eiuſdem c.* 12.

Contra vero homines comptuli non ſolum veſtium ornatu (qui vt facilè dicebat idem Morus in hoc ſæculo eo labore Infernum mercantur, cuius vel dimidio, Cęlum lucrati fuiſſent.) Sed multo magis compoſitis artibus laudibus, epiſtolis, verſibus, eas in Cœlum extollunt, earum formæ, & dignitatem ſupra humanam fidem efferentes, easque diuinis pene nominibus appellantes, ac pene adorantes, earum amore ſe deperire profitentur. Quib. rebus fidem miſeræ adhibentes, taleſque ſe exiſtimantes, quales illi mentiuntur, tandem victæ dolis, precibus, & pollicitis, ſuccũbunt, pudicitiæque nunquam reſarciendæ naufragium faciunt. Quid vero hinc niſi infamia, luctus, lachrymæ, ac deinde etiam capitalia odia, rabies, furor, ac mortes ſæpiſſime conſequunt? *Lud. Gran. in ſylua locorum cõmunium in v. luxuria.* Quæ omnia à Cofeſſarijs, & Concionatorib. pœnitentibus, & populo notificanda ſunt.

Præterea valde à Chriſtiana pietate alienum eſt, maritum prius vxorem vt concubinam, quàm diuinæ, atq; humanæ domus ſociam habuiſſe. *So. in 4 ſent. d.* 18. *q.* 2. *art.* 4.

Inſuper ſi ſecuta defloratione ſatiatus nollet amplius cum ipſa contrahere, maxima ſcandala, detrimenta, & infortunia conſequi poſſent.

Vnde in re ſimili ſtante hodie diſpoſitione *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. matr. c.* 1. ſponſalia ſubſequuta copula etiam ſi coram Parocho, & teſtibus fiãt, in matrimonium non tranſeunt, cum ſine maritali effectu, ſed explendæ libidinis cauſa tanquam equus, & mulus accedere poſſent, quare niſi verba, & alia requiſita adſint, copula tantum non ſufficit. *Barb. p.* 2. *Alleg.* 32. *num.* 148.

Proinde his incommodis reſeruationis ratio mederi poterit, &c

Corollaria pro caſus explicatione.

CVm ſtuprum diffiniatur, ut ſit illicita, & uiolẽta fęminæ uirginis ſub Parentum poteſtate exiſtentis defloratio. *c. lex illa.* 36. *q.* 1. *D. Thom.* 22. *q.* 154. *art.* 6. multa corollaria colligi poſſunt,

quæ ad caſus propoſiti uberiorem explicationem deſeruiant.

Primo enim infertur non viri, ſed fœminæ ſolum virginitatem eſſe eam, ob cuius violationem ſtuprum ſuam ſpecialem habet deformitatem. *Caiet. in v. Stuprum. Val. tom. 3. d. 9. q. 3. p. 3.* Tol. *l. 5. c. 11.*

Secundo, & ſi puella nullis parentibus, vel tutoribus ſubſit, adhuc tamen illam et violatio ſpecialem ſecum trahit turpitudinem, eo ipſo quod virginalis corporis integritas corrumpitur, quæ non niſi per legitimum matrimonium auferri debet.

Imo locum habet etiam ſi virgo eſſet vilis conditionis, & vitã, mẽdicans, vel non ſeruato virginalis pudicitiæ decore, paſſim vagans, quidquid ſit de foro, & tribunali externo, ut per *Burſatum conſ. 69. num. 13. l. 1. Farinac. conſ. 90. Gratian. in Diſcept. Forens c. 5. num. 44. & c. 35. num. 34. Caſſan. in Catal. glor. mundi, p. 11. conſid. 28. Barb. in c. 1. de adult. & ſtupr.*

Tertio, & ſi aliquando fœmina parentum curæ non ſubdatur, ſed grãdæuæ ſit ætatis, puta 50. annorum generationi non apta, ſi tamẽ defloratur, talis defloratio ſtupri ſpeciem conſtituit, quia quamdiu virgo eſt, ratione naturalis decoris coniugio habilis redditur. *Sayr. l. c. num. 10.* & alij communiter.

Imo locũ ẽt hẽt in moniali virgine Deo dicata, in quo ẽt caſu graue ſacrilegiũ agnoſcitur, *c. virginib.* vbi *gl. 27. q.* 1. vt inf. *c. 5. ſect. 1.*

Quarto, ſi puella libere in ſui violationem conſenſit, non eſt proprie ſtuprũ in ſpecie à fornicatione diſtinctum, ſed tunc demum tale eſt, quando violatio ipſa omnino inuita contingit. *Leſſius lib. 2. c. 10. dub. 1. num. 6. Sanch. lib. 7. d. 14. num. 5.* Et probabilis ſententia uidetur, communi tamen Ordinariorum praxi non recipitur. Si quidem cum ſtuprum virginum reſeruant, niſi aliud addatur quidquid ſit de reſtitutionis obligatione, intelligi ſolet de ſtupro etiam abſq. ui, uel raptu perpetrato.

Proinde probabilior, & tutior eſt in praxi ſententia, ſtuprum ſpecialem in ſe malitiam continere ſiue puella conſentiat, ſiue omnino ſit inuita. *Bonac. num. 17.* Et ex his deducitur,

Quinam incidant in caſum, & qui non incidant.

1 *Comprehenſio.*

PRimo, in caſum incidere, qui uirginem blanditijs, precibus, uel etiam uolentem, & leuiter rogatam uiolat, cum ut ille ait.

Vt

Vt corpus tenerum ſic mens eſt vana puellis,
Firmam propoſitum fœmina nulla gerit.

Propterea *Apoſt. ad Epheſ.* 5. ſalubriter uirgines admonet dicens. Nemo uos ſeducat inanib. uerbis. &c. *Eſpinus de lingua fallaci c.* 7. *& D. Thomas. ſuper illud Pſal.* 35. Non ueniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me, duas peccati cauſas remouendas refert, una eſt interior, & hæc eſt ſuperbia. Alia eſt exterior, nempe inductiones, promiſſiones, & blandimenta.

Multò magis incidit, qui uirginem nondum uiri potentem deflorauit, in quem etiam mundi tribunalia pœna mortis aīaduertere ſolent. *Clar in* § *Stuprū. Menoch. l.* 2. *de arb. iud. caſ.* 294. Et nefandā beſtialēq. libidinem, & diro ſupplicio dignā paſſim appellant DD.

2 *Comprehenſio.*

SEcundo, qui fide data deducenda eā in uxorē ipſam uioluit, uel importunis precib. ui, uel metu ad cōſentiendū in ſtupiū adegit.

Nam fides futurarum nuptiarum, importunæ preces, uis, & metus æquiparantur. *Bal. in l.* 1. C. *de rapt. virg. Neuiz. in Sylua nupt. lib* 4. *num.* 39. *& ſeq. Sanch. lib.* 4 *de matr. d.* 7. *&* 10.

Nam, ut ſupra dixi, cum iſti uirginum deceptores quò illicito amore portantur, maria, & montes ſpondeāt, & ſe puellas in uxores ducturos polliceantur, æquum eſt, ut ipſis deceptis iura ſubueniant. *Perer. tom.* 4. *in Gen. c.* 34. *verſ* 3. *Fran. Leo in theſ. for. Eccl. p* 2. *c.* 24.

3 *Comprehenſio.*

TErtio, incidit qui poſt ſponſalia ante contractum matrimoniū cum ſponſa rē hēt, & ſi enim inter ſponſos oſcula, & amplexus à Doctribus permittantur, modo pollutionis periculum abſit, nullo tamen modo carnalis copula. *Sanch. l.* 9 *d.* 49 *q.* 4. *Viual. in cand. aureo. de debito. coniug. nu.* 1. *Greſſius conſ.* 26. *de ſent. excom. Azor. p.* 3. *l.* 3. *c.* 25. *q.* 2. *Tol. l.* 5. *c.* 14. *Nau. c.* 10. *num.* 11. *Bonac. de mat. q.* 4. *pun.* 9. *num.* 6. *Molfeſ. tr.* 4. *c.* 5. *num* 29. *& c.* 15. *num.* 11.

Vnde ab ijs qui eorum curā habent, curandū eſt ne ſoli ſecreto ſe oſculentur, amplectantur, & tangant, quia ut plurimum experiētia teſte, ad illicitos, & impudicos actus deueniūt, ut tetigi *in Cōmen. de bu. vita ſtat. p.* 2. *c.* 16. *n.* 3.

1 *Exceptio.*

NOn incidit, Primo puella uiolata, quę ſe uiolari uolens paſſa eſt, quia caſus de agente tantum loquitur.

Nec etiam ſi libidinis furore concitata, ſeminis effuſionem contra naturam in ſe procurat, & aliquo inſtrumento ſuæ virginitatis ſigillum frangit; deſloratio enim, & ſtuprum, fit propriè præcedente virili concubitu

Vnde ſuę virginitatis circunſtantiam in confeſſione exprimere non tenetur, ſiquidem non ſpeciale ſtuprum, ſed peccatum contra naturam committit. *Bonac. de mat. q. 4. pun. 17. num. 3.*

2 Exceptio.

SEcundo, qui conatus eſt, ſed actum non perfecit, vt quia pudendis matricis orificium tetigit, & ſi ex parte vtriuſque extra ſecuta ſit pollutio.

Et etiam ſi caſu aliquo intra vas ſemel receperit, & grauida effecta adueniente poſtea partu virginitatem amiſerit; ſtupri namque ratio in ſignaculi uirginei fractione conſiſtit; quod quidem vt pleriq; ue ſentiunt, nihil aliud eſt, quam carnea membrana uirginibus peculiaris, quæ uirili concubitu lacerata aboletur, ex qua dilaceratione ſanguis, ut plurimum, effluere ſolet. *Franc. Valeſius de ſacra Philoſophia c. 25. Roder à Caſtro. l. 4. de medico polit. c. 14.* Atque ita ſentiunt inter alios *Diaz. in praxi crim. can. c. 25. in fi. & Graff. de ſentent. excom. conſ. 23. num. 35. Farinac. de delict. carnis. q. 147. nu. 149. Pet. And. Canon. in 1. aphor. Hpip.* Vbi etiam tradunt, ſignum hoc fallax eſſe ſolere, eo quod ſanguinem hunc ab alia externa cauſa prouenire poſſe experientia doceat.

3 Exceptio.

TErtio non incidit, qui rē habuit cū ea, quæ uirgo exiſtimabatū, ſi reuera non uirgo, ſed corrupta erat. In foro tamen externo aliter iudicandum, in quo niſi aliud probetur, quod ualde difficile eſt, uirgo, & incorrupta præſumitur. *Menochius de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 89. Bermond. in tract. de concub. num. 9. Clarus in §. ſtupră uerſ. ſed. pone.*

Et quod ad uirginitatem probandam dicto mulieris ſtandum ſit, tradit *Maſcar. de probat. vol. 3. concl. 1337. & Mar. Anton. lib. 1. var. reſolut. reſolut. 28. Carbo. de reſtitutionibus q. 26.* & alij cōiter.

Quinimo in foro etiam interno dicendum uidetur ſtupri caſu ligari, qui cum illa puella rem habuit, quæ ſe ipſam polluendo, pudoris clauſtra ſibi prius diſrupit. arg. *Graff. l. c. num. 8.* & alij.

Praxis

Praxis obſeruanda circa confeſſionem, & abſolutionem ſtupratoris

Circa confeſſionem duæ potiſſimum circunſtantię animaduertendę ſunt.

Duæ circumſtantiæ conſiderandę.

Prima perſonæ, an ſcilicet ſtuprator ſit cōiugatus, quia ſic in eodem obiecto duę prauitates contra rectā rationem inueniuntur, nempe adulterium, & ſtuprum.

An ſit ſacris initiatus, uel religioſus, cognatus, uel affinis, an uirginem etiam rapuerit; quia ſic ſacrilegij, inceſtus, & raptus etiam deformitatē indueret, per doctrinam traditam à D *Th.* 1. 2. *q.* 71. *ar.* 6. *&* *Azor p.* 1. *lib.* 4. *c.* 2. *q.* 5. & aliis.

Secunda eſt circunſtantia temporis; nam ut plurimum antequā ſtuprator uirginis amore potiatur, per longum temporis ſpatium eius pudicitiæ inſidiatur; quo durante præter interpollatas ſtupri uoluntates, quę ſingulę ſunt peccata mortalia in ſpecie confitenda, multa alia peccata conſequi ſolent, ut quod ſocios adhibere ſolet, ſcandalum prębere, furtum committere, quò muneribus eius mentem prius demulceat (cum nil ſit tam munitum quod auro non expugnetur.) *Nauar. conſ.* 1. *tit. de rapt. &c. Plotus in l. ſi quando num.* 44. *C. vnde vi. Maſcard. de Prob. concl.* 1409. De quibus omnibus iuxta prudentiæ regulas Pœnitentiarium interrogare oportet.

Quattuor ante abſolutionem obſeruanda.

Circa abſolutionem quatuor etiam obſeruanda ſunt.

1 *Obſeruatio.*

Primo, an ſtuprator in aliquam excommunicationem inciderit, ut ſi ſtuprum cum raptu ſit coniunctum, & matrimonium ſit contractum; matrimonium enim illud nullum declarandum eſt, ipſo facto excommunicatus eſt, perpetuò infamis, & pręterea ipſe raptor mulierem raptam, ſiue eam uxorem duxerit, ſiue non duxerit,

rit, decenter arbitrio iudicis dotare debet. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6.* vt tradidimus *in 1. p. de Exam. Eccleſ. tr. 7. c. 29. q. 107.*

Quæ quidem Excommunicatio cum nemini ſit reſeruata, à quocunq. ſacramenti pœnitentiæ miniſtro abſolui poterit. *arg. c. nuper. de ſent. excom. Sayr. de cenſ. l. 5. c. 15. num. 22. Suar. tom. 5. d. 7. ſect. 3.*

Si etiam ſtuprum cum virgine Deo dicata intra ſepta monaſterij admiſſum ſit, excommunicatione Summo Pontifici reſeruata innodatur, tam ex Decreto *Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 5* quàm per Cõſtitutiones Pij V. & Greg. XIII. De quibus per *Sayr. l. 3. c. 31. num. 12. Roder. tom. 1. qq. reg. q. 48. art. 2. & Compend. Priuil. Mendic. in v. ingreſſus monaſterij. Beia. p. 1. reſp. caſu. 30.* & alios communiter.

2 *Obſeruatio.*

SEcundo, an læſæ iuſtitiæ legibus ſatisfecerit, & ſi enim ſi virgo ſciens, & uolens, vel leuiter rogata corrupta fuerit, violator ad nullam reſtitutionem erga ipſam, vel parentes aſtringatur; ſi tamen vim, vel etiam importunas preces, cum aliquo metu adhibuerit, vel etiam ſi ſtuprator aduertere potuerit non liberè conſentire, tantũq. ex verecundia, uel metu non reſiſtere quantum deberet, tùm virgini tùm parentibus. DD. in foro conſcientiæ, arbitrio boni viri reſtituẽdum docent; vel ſaltem, vt cum his ſe componat, vel condonationẽ obtineat.

Nam illud præceptum quòd eam in vxorem ducere, vel etiam dotare tenetur, in foro externo, & iudiciali intelligendum eſt. *c. 1. & ext. de adul. D. Anton. p. 2. tit. 5. c. 6 § 1. Pariſius l. 4. conſ. 160. Caſſ. conſ. 40. Leſſius lib. 2. c. 10. dub. 2. Sanchez lib 4. d. 10. & lib. 7. d. 14. Comit. lib. 3. reſp. mor. q. 16. Regin. lib. 10. c. 22. num 327 & ſeq. & lib 22. c. 3. num 23.*

Exemplum.

ATque hic illud ſilentio non prætereundum videtur, quod cum quidam nobilis, Cremenſis, quandam puellam violaſſet, Fraciſcus Foſcarius eius vrbis tunc Pretor, eum ad illam in vxorem ducendam, & congruam dotem ei aſſignãdam coegit, at mox conſummato matrimonio, caput illi detruncari fecit, dicens in primo caſu

iuri

Iuri Canonico, at vero in ſecundo, reipub. læſæ ſatisfeciſſe. *Centaren. in Virid. Hiſt.*

Si autem coniugium promiſit, & ea ſpe, ſiue conditione uſuram corporis impetrauit, abſque dubio cogitur eam ducere, etiam ſi ſictè promiſiſſet, & ſit filius familias paternę poteſtati ſubditus. *Bonac. d. p. 17. Rota Diu. p. 4. Deciſ. 779.*

Niſi tamen diſpar valde ſit eorum conditio; ut ſi ipſe longè ſit nobilior, uel opulentior, idque ipſa ſciuerit; tunc enim facilè ſuſpicari potuit, ipſum ſimulatè nuptias promittere, quò copulam extorqueat; ſi uerò ipſius conditionem omninò ignorauit, multi probabiliter tenent eum poſſe pecunia damnum compenſare.

Vnde etiam ſecundo non tenebitur eam ducere, quotieſcunq. aliquod ſcandalum futurum timeatur.

Item, ſi parentes puellæ illam ei dare nolint; ſi aliquod ante copulam cognationis, uel affinitatis impedimentum ſubſit, uel poſtmodum interuenerit; ſi aliam in uxorem per uerba de præſenti ducat; ſi ſacros ordines ſuſceperit, &c.

3 *Obſeruatio.*

TErtio, ſi aſſerenti ſe uirginem (cui cum iuramento creditur. *Farin. p. 4. Deciſ. 74*) nuptias promiſit ut ea potiretur, & eam nō eſſe uirginem per obſtetricum inſpectionem poſtmodum iuxta *Maſcard. concl.* 1313. deprehendat: uel ſi illam contingat poſtea cum alio fornicari *vt per Leſſium l. c. dub. 3. Sayrum lib. 11. clau. reg. c. 2. num. 33. Rebellum de oblig. iuſt. lib. 3. quæſt. 7. Farinac. in Praxi crim. q. 197.*

4 *Obſeruatio.*

QVarto, ſi puella vi, aut fraude uiolata, forte poſtea ęquè cōmode potita eſt nuptijs, ita ut nil detrimenti acceperit, non debet ei quidquam neceſſario reſtitui, ut docet *Nau. c. 16. num. 17.* multique alij recentiores, ut *Leſſ. dub. 2 nu. 15. Molina tom. 4. d. 160. num. 11. Bonac de mat. q. 4. pun. 17. num 8. Vecchius de ingreſſu relig. d. 3. Dub 4.* Et ſi alij huic aſſertioni repugnent, ut per *Azor. p. 3. lib. 5. c. 5. q. 10. Sayr. l. c. num. 29.*

Sed

Sed primæ ſententiæ eſſet in praxi adhærendum, quando mari-tus non eſſet hunc defectum deprehenſurus, & dando pecuniam pro damni recompenſatione aliquid ſuſpicionis ipſi marito poſſet oriri.

Quibus autem ſignis uirginitas dignoſcatur, tradit *Menoch. l. c. & Sanch. l. 7. d. 113. nu. 10. Tuſch. v. virg. concl. 709. Farin. in Praxi crim. p. 5. q. 147.*

Ex communi etiam ſententia reſtituere tenetur, qui ui, uel fraude, uel precibus, puellam quidem corruptam cognouit, quæ tamen communi æſtimatione uirgo reputabatur, ſi culpa ipſius uiri hanc infamiæ labem contraxit. *Azor. q. 11. Sayrus num. 36. Lopez. in annot. ad* Diax *cap. 85. Reginald. l. c.* & alij.

5 Obſeruatio.

QVinto, Pœnitentiarius interrogare debebit, an ex ſtupro natæ ſint proles.

(Quæ quomodo probentur tradit. *Menoch. de arb. Iud. caſu 89. nu. 86. & de Præſumpt. l. 6. Præſumpt. 53. nu. 43. Maſc de prob. concl. 791. Ant. Monac. Deciſ. 56.* Barb. *cap. 3. tit. qui fil ſint legit.*) quia ſtuprator eas alere tenebitur; qui tamen ſi pauper eſſet, ſufficeret ad Zenodochia mittere, hoſpitales enim domus ob id potiſſimum inſtitutæ ſunt ut egeni recipiantur, & redditus in eorum uſus inſumãtur. *Vgol. de officio Epiſcopi. p. 1. c. 24. §. 1 Sayrus in claui reg. l. 8. c. 3. Tol. l. 5. c. 11. num. 11. Henr. de mat. c. 19. num. 3. in annot. Azor. p. 2. l. 2. c. 5. q. 7.*

Quæ quidem Hoſpitalia ſi Epiſcopi authoritate fundata ſint, & formam Eccleſiæ habeant, locus pius, & religioſus dicuntur, & eccleſiarum beneficio, & iure minoris gaudent, B*elognettus conſ. 33. Gabr. de pia cauſa concl. 2. Tiraq. de pia cauſa. Priuil.* 138.

Quorum Adminiſtratores quomodo, & quando peccent uideatur. *Nau. c. 25. nu. 61.* B*arboſa de Epiſc. p. 3. Alleg. 75.*

6 Obſeruatio.

SExto animaduertendum erit, an proximæ delinquendi occaſiones ſublatæ ſint, quod in peccatis carnis multum alias ponderandum diximus.

Quęnam autem pœnitentię in foro interiori iniungendę ſint, ex

his

bis quę de peccato luxurię ſuperius dictum eſt, hauriri poterit.

Et cum contraria contrarijs remedijs curentur, inter alia ieiunia & carnis macerationem infligere poterit; quo nomine uenit uirgalorum, uel diſciplina. De qua *Pet. Bleſſ. ſerm. de natiuit. Domini.*

Macera, inquit, carnē tuam, aſſume diſciplinam. Sed quam pauci qui illa faciunt? cum pręcipitur ieiunare, ipſe ſe excuſat, quomodo ieiunarem, & alij comederent? Et ſi pręcipitur aſſumere diſciplinam, ipſe reſpondet, Non poteſt pati natura, ſtatim morerer, &c.

7 Obſeruatio.

SEptimo uarijs perpenſis circūſtātijs, congruam ſatisfactionem iniunget; cum enim Confeſſarius, & Pœnitentiarius Iudicis, & medici munere in foro conſcientię fungatur, pœnitenti tanquam reo, & ęgroto, idoneam pęnam, & ſalubrem medicinam infligere, & exhibere debet. *Conc. Trident. ſeſſ.* 14. *c.* 8. Quod ex ſpiritus Domini directione, & prudentię lege pendet, ut de Confeſſarii, & Pęnitentiarij conditionibus loquens, dixi in *Cōment. de hum. vitę ſtatib. & eorundem obligationib. p.* 1. *tit. de Confeſſ. & Penit. c.* 10. *&* 16.

Quintus caſus. & ſectio 5.

Caſus ſodomia.

QVintus caſus ſub hoc capite comprehenſus eſt ſodomia etiam cum fęminis.

Vbi obſeruandum eſt, ꝙ licet omne peccatum contra hominis naturam eſſe dicatur, cuius bonū eſt ex naturę pręſcripto uiuere, qua etiam ratione peccata monſtra eſſe dicuntur, ſpecialiter tamen abuſus qui contra humanum modum circa uenerea fit, peccatum contra naturam nuncupatur.

Cuius tres ſpecies communiter à Theologis conſtituuntur, nempè mollities, ſodomia, & beſtialitas. *D. Thom.* 22. *q.* 154. *art.* 11. *D. Ant. p.* 2. *tit.* 5. *c.* 4. & alii.

Et ſi autem peccatum mollitiei ex ſui natura grauius ſit ſtupro, adulterio, & inceſtu, ut de omnibus ſceleribus contra naturam teſtatur.

ſtatur. *D. Aug. in c. adulterij 32. q. 7. & D. Tho. l. c. & Corrad. in reſp. caſ. conſc. q. 26.* Ob periculum in animas illaqueandi, cum proximam occaſionem ſemper ſecum homo gerat, & ei naturaliter inhęreat, non eſt hic ab Illuſtriſs. reſeruatum.

Quid ſit ſodomia, & cur grauiſſimum ſit ſcelus.

VNde animaduertendum eſt, ſodomiam, quę nihil aliud eſt quam illicitus coitus cum maſculo, & etiam cum fęmina in indebito uaſe, ſumma ratione hic reſeruari; excepta enim beſtialitate, de qua infra, longe omnium peſſimum, & grauiſſimum eſt. *D. Thom. l. c. art. 12. gloſ. in c. cum ſecundum tit. de hæret. lib. 6. & colligitur ex c. hoc. ipſum* §. *hoc autem. 33. q. 2. & c. flagitia. cap. uſus. 32. q. 7. Riccius in* Praxi *Bulla contra ſodomitas. Reſol. 56.*

1 Ratio.

PRimo, quia iſtud uitium brutalem conditionem excedit, cum nulla bellua reperiatur hoc agere; ſiquidem nec animal maſculum cum maſculo, nec cum fęmina in debito uaſe, neque etiam fęmina cum fęmina commiſcetur.

2 Ratio.

SEcundo, quia eſt unum de his peccatis, quę ob ſui abominationem diuinam ultionem prouocant. *Geneſ. c. 28.* Et propter hoc etiam hoc flagitium dicitur mutum, & nefandum, eo quod ipſum nominare turpiſſimum ſit, os dicentis offendat, & aures audientis polluat. *c. in eo 32. q. 4.* Vnde ètiam quòd hoc uitium horrendum, & deteſtabile ſit, cum leges mentionem faciunt, improprie loqui ſolēt dicētes, cum uir nubit in fęminam, &c. *l. cum vir. C. ad l. Iul. de adul. Ant. Scappus de iure non ſcripto lib. 5. rub. 22. Viual. de tempeſtatib. c. 19. Galiard. in tr. de delictis l. 2. num. 27.* ubi etiam hęc uerba adiicit, Quando ſumus in magnis delictis, prout in hoc crimine, Reges terrę pati non debent illud impune abire: Et ſi legitimę probationēs deſint, Iudices omni ſtudio conari debent, ut delinquentes inueniantur. *arg. l. congruit. ff. de off. Præſid.*

3 *Ratio.*

TErtio totam Cœleſtem Curiam ad indignationem prouocat, eo quod hoc vitio infecti impediunt, ne per generationem à Deo, & natura præſcriptam compleatur numerus electorum in ſuperna Ciuitate locandus.

Vnde, & Plato. *in 7 de legib.* Abſtinendum inquit, à maribus iubeo, nam qui iſtis vtuntur, genus humanum debita opera perdunt, &c. Contra quod etiam inuehitur. *Lact. Firm. l. 6. de vero cultu. c. 23.*

Quod flagitium ita Deus deteſtatur, vt propter illud tam diù Chriſtus humanam carnem aſſumere diſtulerit; ac proinde nocte eius natiuitatis omne ſodomitæ hac peſte infecti extincti ſunt. *D. Ant. 2. p. tit 5. c. 4. §. 2. Aluar. de planctu Eccl. lib. 2. c. 2. Io. Carthag. lib. 3. hom. 8.*

Tanta eſt etiam huius criminis lues, vt poſtquam Diabolus ad ſic delinquendum hominem induxerit: ſtatim aufugiat, vt tantam turpitudinem coram ſe conſumari haud patiatur. teſte *D. Ant. l. c. §. 2. & Lopez in annot. ad Diaz. c. 88.*

Propterea iſtius criminis rei filię diffidētiæ appellantur, quaſi de eorum ſalute diffidendum, & deſperandum ſit. *gl. in c. clerici. tit. de exceſſ. prælat.*

Horum bona confiſcantur, fiunt infames, & teſtari non poſſunt. *Coſta in Memor. v. pedicones Anaſt. Platus vol. 1. conſ. fin. Bellon. cōſ. 69. Pereg. de Iure Fiſci. l. 5. tit. 1. Barb. in c. 4. de exceſſ. Pral.*

4 *Ratio.*

QVarto eius enormitas ex pœnis, quæ illi infliguntur, ſatis liquet.

Pœna ſodomitis inflicta.

FVit ſemper hoc crimen pœna vltimi ſupplicij animaduerſum, nam quò ad legem diuinam ſic. *Leuit. c. 20.* præcipitur; Qui dormierit cum maſculo, coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas morte moriatur.

Nec enim debet homo uiuere ſuper terram, qui cum ſit homo

non humana ratione viuit. *Graff. conſil. 3. de adult. num. 5.*

Ob quod flagitium etiam Deo vltore quinque Ciuitates igne conſumptæ fuerunt, & duę propter vicinitatem extirminatę. *Geneſ. n. 19.* Ex quo illi prouerbio factus eſt locus: Qui habet malum vicinū habet malum matutinum. *d. c. clerici de exceſſ. Pral. Alber. de Roſat. in v. ſodomia. D D. in c. ſuper ſpecula 5. ſeu ext. de priuil. Menoch. l. 3. de preſumpt. l. 3 praſumpt. 83. Alciat. emb. 166.*

Et vt ait *Imp. in Auth. & non lux. contra naturam.* Deus ob hoc vitium immittit peſtes, & tempeſtates, & vrbes deſtruit. *Gen. ſ. c. 19. Maiol. de irreg. l. 5. c. 43.* vt dixi etiam *in 1. ſp. de Exam. Eccl. tr. 3. c. 9. q. 40. & tr. 7. c. 28. q. 114.*

Ex Cæſarum etiam Conſtitutionibus *l. cum vir nubit. C. de adult.* fędiſſimi maſculorum concubitores, quos à nefandiſſima ſodoma vrbe ſodomitas appellamus, morte mulctari ſolent. Et de generali etiam orbis conſuetudine flammis tradunt. vt ait *Ang. in d. l. cū vir. & Clar. in § ſodomia.* Infames inſuper vt dixi efficiuntur, & omnium bonorum dominio priuantur. *gl. in § 1 in Aut. de inceſt. nup. & in c. cum ſecundum de har. in 6. Farin. de de delict. car. q. 147. num. 7. Menoch. de arb. iud. caſu 286.*

Et meritò huius criminis rei eadem qua hæretici pęna puniuntur, ſi quidem probabile eſt, hominem non à Deo ſic derelinqui, vt in tam abominabile ſcelus incidat, niſi prius in perfidia, & inſipientia cordis ſui ita à Deo apoſtatare cæperit, vt ſic ſentiat, ſicque viuat, quaſi Deus non ſit. ut ait *Lopez l. c.*

Quo etiam fit, vt impij qui à chriſtiana fide recedunt huic flagitio deditì ſint vt de Caluino inter alios refert Leſſius *in conſultatione, quæ religio ſit capeſcenda., & Barboſ. Epiſcop. par. 2. Allegat. 43.*

Homines quippe ob hoc ſcelus mentis tenebris offunduntur, fidei lumine deſtituuntur, Deum non timent, æterni ſupplicij memoriam nihil æſtimant, & in reprobum ſenſum ruunt. *Iuſtinell. de caſt. ſ. 1. c. 15. & c. 33.*

Nec tenera delinquentis ætas, à pęna criminis huius excuſat. *Bayard. in Addit. ad Clar. in v. ſodomia. num. 13. Ricc. p. 5. collect. 1877.* Bene uerum eſt nòn facile credendum ei, qui aſſerit aliquem ſecum hoc ſcelus perpetrarę voluiſſe. *Barboſa par. 2. Alleg. 44. Farinac. de*

Ind.

Ind.& tort.q.43.Molſeſius tract.7.cap.20.num.113.

Inſuper de Iure Canonico vxor à viro ad tempus ſeparari poteſt, cum de hoc vitio tentatur. *Dec.in l.1.num.8.C.de ſecun. nupt.Barb. conſ.64.Viuius lib.2 opin.256.*

Et ſi hoc flagitium cum alijs admittit, iuſtam præbet perpetui diuortij cauſam. *Sanch.l.10.d.4.num 3.Molſeſ.tr.4.c.14. nu.38.*

Et hoc crimen ob ſui enormitatem coniecturis, & præſumptionibus probatur, nam lex in occultis de eo, quod haberi poteſt contenta eſt. *Meſcard.de probat.volum.3.concl.1313.Farinac l.c.num.66.*

Eodem iure excommunicationis gladio laicus feriri iubetur, & à fidelium cœtu arceri. *d.c.* Clerici. *Menochius l.c.num.2. Farinac. num. 23.*

Clericus verò deponi præcipitur, & in arctum monaſterium ad agendam perpetuam penitentiam detrudi. *d.c.clerici.*

Et per nouam Conſtitut. Pij V.Incip. *Horrendum illud ſcelus, &c.* clericus omni clericali priuilegio, officio, beneficio, priuari debet, de gradu eijci, & brachio ſæculari tradi, & ſi notorius ſit, irregularitatis etiam nota afficitur. vt per *Steph.Quar.in Bullario in v. Sodomia. Sayrum lib.7.de cenſ.c.12.num.22. Nauar.c. 27.num.24. Graff.lib.2.deciſ.aur.c.90.num.2.Henriq.lib.14.de irreg.c.5.num.1. Vgol eod.tit.c.43.§.2.Roderiq p 1.ſummæ cap.210.Sanch.lib.7. de matr.d.46.num.20.Sanctarell.de apoſtoſia c.4.Dub.2.num.14.* Bon. *de mat.d 4.p.11.Reginal lib.22.c.3.num.50.*

Vbi etiam num.ſeq.ait, criminoſum ad Superiorem remittendũ eſſe, non tantum quando ſodomia fuerit reſeruata, ſed etiam nonnunquam quando non fuerit, nimirum propter illius grauitatem, de qua conſultum eſt Superiorem cognoſcere, qui efficacius remedium ei adhibere poſſe cenſetur.

Adde ob huius uitij enormitatem, puerum ab excommunicatione excuſari, ſi in clericum ſe de hoc uitio opere attentantem, nec aliter euadere ualens manus uiolentas inijciat. *Baiard. in Annot. ad Clarum in v.ſodomia.Graff de arbit.Confeſſ.l.2.c.45.*Belloch.*p.2.q.4.num.39.arg.*Bonac.*de cenſ.d.2.q.4.pun.5.num.1.& de contr.d.2.q.vlt.pun.10.num.12.*

Qui-

Quinam in caſum incidant.

ET ex iam dictis tanquam ex propriis principiis inferemus,

1 *Comprehenſio.*

PRimo incidere in caſum, quicunque cum mare, nefario coitu in uaſe in debito etiam ſemel tantum ſe immiſcent, modo actus ſit conſummatus, ideſt in uaſe non naturali facta ſit ſeminatio, *arg. Sanchez lib. 2. d. 21. num. 5. & lib. 10. d. 4. num. 13. Sayr. lib. 7. de cenſ. c. 12. num. 23.* Et ſi aliter ſentire uideatur, *Clar. in §. ſodomia q. ult. & Riccius in praxi fori eccleſiaſt. Deciſ. 367. Graff. conſ. 3. de adulter. num. 23. & Quar. in v. ſodomia. in 3. limit. & Farin. num. 58.* Sed eorum aſſertio in foro exteriori intelligenda eſt.

2 *Comprehenſio.*

SEcundo, qui uxorem ſuam extra naturale uas turpiter cognoſcit, in quo fœdiorem, & grauiorem inuolui culpam fatentur Doctores. *Sanch. lib. 9. d. 18.* & alij.

3 *Comprehenſio.*

TErtio, qui præpoſtera libidine quamcunque fœminam init, ex communi enim loquendi uſu, & recepto more, ſodomita etiam dicitur, qui ſcelus hoc cum muliere perpetrat, ut ſupra allegati, & infra citati authores tradunt. *Farin. in praxi crim. pa. 48. num. 36. Barb. in c. 4. de exceſſ. prælat.* M*enoch. de arb. caſu 286. Cota in v. pedicones. Bonac. de matrimon. q. 4. p. 11. num. 5. Quarant. in v. ſodomia in additionib.*

Vnde etiam illum incidere dicendum eſt, qui Iudæa, uel Infideli muliere tàm fœdè abuteretur; quod quidem flagitium ſubinde ratione diſparis cultûs religionis ſpecialem quoque deformitatem, & circunſtantiam in ſacramentali confeſſione exprimendam ſecum accerſit.

Vnde etiam emblema murenæ, & anguis ſimul congredientium ab Alciato, & Pierio ad illicitam commixtionem trahitur, eorum ſcilicet abuſus, qui diſparis ſunt cultus ac ſectæ. *arg. Clar. in § fornicatio. verſ. cum Iudæis.* M*enoch. lib. 2. de arb. iud. caſ. 290.*

Et etiam incident maribus Iudeis Turcis vel alijs infidelibus hoc nefando vitio abutentes, vbi enim lex non diſtinguit nec nos diſtin-

ſtniguere debemus. *l. de pretio ff. de publician. Lopez. Inſtruct. caſ. conſc. 35. Nald. v. fornicatio Corrad p. 2. q. 179. num. 2. arg. Corneus l. 1. conſ. 114. Molina de Iuſt. tom. 4. tr. 3. d. 104. Farinac. in Praxi crim. q. 139.*

4 Comprehenſio.

QVarto, maſculi, qui poſt annos pubertatis ideſt 14. annum ne fando hoc uitio cognoſci paſſi ſunt. *arg. Graff. d. conſ. 3. nu. 15. tit. de adult.* Et ſic etiã in declaratione caſus ab Illuſtriſs. Archiepiſcopo cautum eſt.

Quod procedit etiam in nouitiis alicuius Religionis, quos aliàs dixi, caſibus ab Epiſcopo reſeruatis comprehendi, ac proinde ab ipſomet abſolui debere, niſi eius Religionis Prælati Pontificio priuilegio gauderent, vt nouitios habentes animum profitendi ab omnibus cenſuris, & peccatis, etiam Papæ, & Epiſcopis reſeruatis, abſoluere valeant, &c. *Viual. in cand. aur. de abſolut. num. 23. & ſeq. Vecchius. de nouit. d. 9. dub. 7. Beta. p. 2. reſp. caſ. conſc. caſu. 3.*

1 Exceptio.

EContra non incidere fœminas patientes, etiamſi & ipſæ grauiter peccent, & graui pœna dignæ ſint.

Nec eas excuſat animi dolor, aut timor odii, aut verberum, quæ procaces complices, vel mariti minantur, ſed ſola vis præciſa, quæ ab extrinſeco infertur, nullam conferentibus vim paſſis. *Graff. lib. 2. deciſ. aur. c. 90. num. 2.* & alii.

2 Exceptio.

SEcundo mulieres illas, ſaltem ex recepto vſu, quæ fricationib. vel aliquo inſtrumento materiali, ligneo, vel vitreo, ſe inuicem abutuntur, & ſi hoc facinus eſſe verę ſodomię ſpeciem aſſerat. D. *Th.* 22. *q.* 154. *art.* 11. quem alii Theologi ſequuntur.

Et ordinaria mortis pœna puniri in foro externo communiter Doctores tradant. *Clarus in* §. *fornicatio verſ. inter mulieres. Sanch. l. 10. d. 4. num. 5. Farinac. q. 148. num. 40. & ſeq.*

3 *Ex-*

3 *Exceptio.*

Tertio, qui volũtaria pollutione, vel mollitie ſe fœdat, quamuis grauiter, & lethaliter contra naturam delinquere dicatur. *Ant.* Berar. *in ſum. Corona p. 1. c. 2. de circunſt. pec. num. 16.* Menocb. *l. 2. de arb. Iud in add. ad caſum* 286.

Et eſt de fide, cum molles regnum Dei non poſſidere afferat A*poſt. 1. ad Corinth 6.* De qua re fuſe Sa*yrus. in clau. reg. l. 8. c. 5. Sanchez. l. 9. de mat. d. 45. Bonac q. 3 pun. 10. Reginal. l. 22. num. 39.* M*olfeſ. tr.* 8. *c.* 8. *num.* 203.

Sicuti etiam non incidere dicitur polluens ſe cum mari inter crura, licet hanc circunſtantiam tanquam notabiliter aggrauantẽ ex multorum ſententia, in confeſſione exprimere teneatur. G*raff. de caſ. reſ. l. 3. c. 8. num.* 44.

Quam graue peccatum ſit mollities, & quam difficilis ſit emendationis.

Est autem hoc peccatum (vt obiter hoc dicam) difficillimæ emẽdationis, quia proxima occaſio homini ſemper adhæret, & adeo vniuerſale, vt ex DD. ſententia, maxima pars damnatorum hoc vitio infecta fuerit, & vix putant aliud efficacius ſupereſſe remedium, quàm cum vno, eodemque Confeſſario animam ſępius in hebdomada expiare. *Tolet. l. 5. c. 13.* G*raff. conſ. 11. de voto.* C*ornel. à* L*apide in comment. in* Gen*eſ. c.* 38. *verſ.* 8. vbi hæc uerba ſubiicit, Noteat Confeſſari Dei uindictam in Her, & Onan, qui ob peccatum mollitiei à Deo occiſi ſunt, eamque ſuis pęnitentibus inculcent.

Vidit. S. Chriſtina mirabilis in ſpiritu mundũ hoc peccato obrutũ, ideoq. Deum grauiſſimas intentare plagas, quas ut aucrteret, ipſa miris, & horrendis pęnis ſe ſe excruciabat.

Et quia hoc peccatum pueris adoleſcentibus familiarius eſſe ſolet, propterea cautus Confeſſarius aduertere debet, ne pęnitentes abſque ſacramentali confeſſione, & neceſſario antidoto diſcedant. ut ait *Gerſon. in 2 p. in tr. de confeſſione mollitiei.*

4 Ex-

4 Exceptio.

QVarto etiam non eum incidiſſe cenſendum eſſet qui uirilia (oh horrendum facinus) intra alterius os cõieciſſet, & ſemen emiſiſſet.

Quod flagitium ex parte agentis irrumationẽ, ex parte uero patientis fellicationẽ uocant. In quod inuehitur. *Lact. l. 6. Inſti. c. 23. Molſ. tr. 8. c. 8. num. 212.*

5 Exceptio.

QVinto; Nec etiam incidet maritus, qui uolens legitime uxoris ſuæ copulari, quò ſe excitet, uel maioris uoluptatis capiandæ gratia, nefandam copulam cum ea inchoat, animo tamen non niſi intra conceſſum uas conſũmandi; quamuis peccato imperfectę, & inchoatæ ſodomiæ quò ad hoc mortaliter delinquat. *Sanchez. lib. 9. d. 17. num. 5. Bonac. q. 4. pun. 11. num. 12.* cõtra *Nau. conſ. 7. de pœnit. & remiſſ.* vbi ſolam uenialem culpam in eo actu agnoſcit. ut dixi *in Comment. de Exam. Eccleſ. tr. 7. c. 28. q. 116.*

6 Exceptio.

NEc etiam incidit, qui uariato ſitu in debito uaſe uxorem cognoſcit, ſi tali modo ſemen eo aduertente ſuſcipi, aut retineri non poſſit; quamuis ſecundum communem ſententiam mortalis culpæ reus fiat *Ang. Syl. Tab. & alij Summiſta in v. debitum. Graffius lib. 2. c. 28. num. 13. Sanchez. l. c. num. 13.* & alii.

Ideo coniuges præſertim ſponſi, & inexperti adoleſcentes docendi ſunt ut debita honeſtate, ac chriſtiana temperantia actu cõiugali utantur. &c. *D. Bern. Seneuſ. tom. 4. par. 1. ſerm. 19.* Vt etiam admonuimus *in Comment. de Hum. vita. Stat. p. 2. c. 19.*

Praxis erga ſodomita confeſſionem, vel abſolutionem obſeruanda.

CIrca confeſſionem hæc potiſſimum aduertenda ſunt.

Sed primæ ſententiæ eſſet in praxi adhærendum, quando maritus non eſſet hunc defectum deprehenſurus, & dando pecuniam pro damni recompenſatione aliquid ſuſpicionis ipſi marito poſſet oriri.

Quibus autem ſignis uirginitas dignoſcatur. tradit *Menoch. l. c. & Sanch. l. 7. d. 113. nu. 10. Taſch. v. virg. concl. 709. Farin. in Praxi crim. p. 5. q. 147.*

Ex communi etiam ſententia reſtituere tenetur, qui ui, uel fraude, uel precibus, puellam quidem corruptam cognouit, quæ tamen communi æſtimatione uirgo reputabatur, ſi culpa ipſius uiri hanc infamiæ labem contraxit. *Azor. q. 11. Sayrus num. 36. Lopez. in annot. ad* Diax *cap. 85. Reginald. l. c.* & alij.

5 *Obſeruatio.*

QVinto, Pœnitentiarius interrogare debebit, an ex ſtupro natæ ſint proles.

(Quæ quomodo probentur tradit. *Menoch. de arb. Iud. caſu 89. nu. 86. & de Præſumpt. l. 6. Præſumpt. 53. nu. 43. Maſc de prob. concl. 791. Ant. Monac. Deciſ. 56.* Barb. *cap. 3. tit. qui fil. ſint legit.*) quia ſtuprator eas alere tenebitur; qui tamen ſi pauper eſſet, ſufficeret ad Zenodochia mittere, hoſpitales enim domus ob id potiſſimum inſtitutæ ſunt ut egeni recipiantur, & redditus in eorum uſus inſumãtur. *Vgol. de officio Epiſcopi. p. 1. c. 24. §. 1 Sayrus in claui reg. l. 8. c. 3. Tol. l. 5. c. 11. num. 11. Henr. de mat. c. 19. num. 3. in annot. Azor. p. 2. l. 2. c. 5. q. 7.*

Quæ quidem Hoſpitalia ſi Epiſcopi authoritate fundata ſint, & formam Eccleſiæ habeant, locus pius, & religioſus dicuntur, & eccleſiarum beneficio, & iure minoris gaudent, *Bolognettus conſ. 33. Gabr. de pia cauſa. concl. 2. Tiraq. de pia cauſa. Priuil. 138.*

Quorum Adminiſtratores quomodo, & quando peccent uideatur. *Nau. c. 25. nu. 61. Barboſa de Epiſc. p. 3. Alleg. 75.*

6 *Obſeruatio.*

SExto animaduertendum erit, an proximæ delinquendi occaſiones ſublatæ ſint, quod in peccatis carnis multum alias ponderandum diximus.

Quænam autem pœnitentię in foro interiori iniungendę ſint, ex

his

bis quę de peccato luxurię ſuperius dictum eſt, hauriri poterit.

Et cum contraria contrarijs remedijs curentur, inter alia ieiuniū & carnis macerationem infligere poterit; quo nomine uenit uirgalorum, uel diſciplina. De qua *Pet. Bleſſ. ſerm. de natiuit. Domini.*

Macera, inquit, carnē tuam, aſſume diſciplinam. Sed quam pauci qui iſta faciunt? cum pręcipitur ieiunare, ipſe ſe excuſat, quomodo ieiunarem, & alij comederent? Et ſi pręcipitur aſſumere diſciplinam, ipſe reſpondet, Non poteſt pati natura, ſtatim morerer, &c.

7 *Obſeruatio.*

SEptimo uarijs perpenſis circūſtātijs, congruam ſatisfactionem iniunget; cum enim Confeſſarius, & Pœnitentiarius Iudicis, & medici munere in foro conſcientię fungatur, pœnitenti tanquam reo, & ęgroto, idoneam pęnam, & ſalubrem medicinam infligere, & exhibere debet. *Conc. Trident. ſeſſ.* 14. *c.* 8. Quod ex ſpiritus Domini directione, & prudentię lege pendet, ut de Confeſſarii, & Pęnitentiarij conditionibus loquens, dixi in *Cōment. de hum. vitę ſtatib. & eorundem obligationib. p.* 1. *tit. de Confeſſ. & Pęnit. c.* 10. *&* 16.

Quintus caſus. & ſectio 5.

Caſus ſodomia.

QVintus caſus ſub hoc capite comprehenſus eſt ſodomia etiam cum fęminis.

Vbi obſeruandum eſt, ꝙ licet omne peccatum contra hominis naturam eſſe dicatur, cuius bonū eſt ex naturę pręſcripto uiuere, qua etiam ratione peccata monſtra eſſe dicuntur, ſpecialiter tamen abuſus qui contra humanum modum circa uenerea fit, peccatum contra naturam nuncupatur.

Cuius tres ſpecies communiter à Theologis conſtituuntur, nempè mollities, ſodomia, & beſtialitas. *D. Thom.* 22. *q.* 154. *art.* 11. *D. Ant. p.* 2. *tit.* 5. *c.* 4. & alii.

Et ſi autem peccatum mollitiei ex ſui natura grauius ſit ſtupro, adulterio, & inceſtu, ut de omnibus ſceleribus contra naturam te-

ſtatur. *D. Aug. in c. adulterij 32. q. 7. & D. Thom. l. c. & Corrad. in reſp. caſ. conſc. q. 26.* Ob periculum in animas illaqueandi, cum proximam occaſionem ſemper ſecum homo gerat, & ei naturaliter inhęreat, non eſt hic ab Illuſtriſs. reſeruatum.

Quid ſit ſodomia, & cur grauiſſimum ſit ſcelus.

VNde animaduertendum eſt, ſodomiam, quę nihil aliud eſt, quam illicitus coitus cum maſculo, & etiam cum fęmina in indebito uaſe, ſumma ratione hic reſeruari; excepta enim beſtialitate, de qua infra, longe omnium peſſimum, & grauiſſimum eſt. *D. Thom. l. c. art. 12. gloſ. in c. cum ſecundum tit. de hæret. lib. 6. & colligitur ex c. hoc. ipſum § hoc autem. 33. q. 2. & c. flagitia. cap. vſus. 32. q. 7. Riccius in Praxi Bulla contra ſodomitas. Reſol. 56.*

1 Ratio.

PRimo, quia iſtud uitium brutalem conditionem excedit, cum nulla bellua reperiatur hoc agere; ſiquidem nec animal maſculum cum maſculo, nec cum fęmina in debito uaſe, neque etiam fęmina cum fęmina commiſcetur.

2 Ratio.

SEcundo, quia eſt unum de his peccatis, quę ob ſui abominationem diuinam ultionem prouocant. *Geneſ. c. 18.* Et propter hoc etiam hoc flagitium dicitur mutum, & nefandum, eo quod ipſum nominare turpiſſimum ſit, os dicentis offendat, & aures audientis polluat. *c. in eo 32. q. 4* Vnde ètiam quòd hoc uitium horrendum, & deteſtabile ſit, cum leges mentionem faciunt, improprie loqui ſolent dicẽtes, cum uir nubit in fęminam, &c. *l. cum vir. C. ad l. Iul. de adul. Ant. Scappus de iure non ſcripto lib. 5. rub. 22. Vinal. de tempeſtatib. c. 19. Galiard. in tr. de deiictis l. 2. num. 27.* ubi etiam hęc uerba adiicit, Quando ſumus in magnis delictis, prout in hoc crimine, Reges terrę pati non debent illud impune abire: Et ſi legitimę probationes deſint, Iudices omni ſtudio conari debent, ut delinquentes inueniantur. *arg. l. congruit. ff. de off. Præſid.*

3 *Ratio.*

TErtio totam Cœleſtem Curiam ad indignationem prouocat, eo quod hoc vitio infecti impediunt, ne per generationem à Deo, & natura præſcriptam compleatur numerus electorum in ſuperna Ciuitate locandus.

Vnde, & Plato. *in 7 de legib.* Abſtinendum inquit, à maribus iubeo, nam qui iſtis vtuntur, genus humanum debita opera perdunt, &c. Contra quod etiam inuehitur. *Lact. Firm. l. 6. de vero cultu. c. 23.*

Quod flagitium ita Deus deteſtatur, vt propter illud tam diù Chriſtus humanam carnem aſſumere diſtulerit; ac proinde nocte eius natiuitatis omnes ſodomitæ hac peſte infecti extincti ſunt. *D. Ant. 2. p. tit 5. c. 4. §. 2. Aluar. de planctu Eccl. lib. 2. c. 2. Io. Carthag. lib. 3. hom. 8.*

Tanta eſt etiam huius criminis lues, vt poſtquam Diabolus ad ſic delinquendum hominem induxerit; ſtatim aufugiat, vt tantam turpitudinem coram ſe conſumari haud patiatur. teſte *D. Ant. l. c. §. 2. & Lopez in annot. ad Diaz. c. 88.*

Propterea iſtius criminis rei filię diffidētiæ appellantur, quaſi de eorum ſalute diffidendum, & deſperandum ſit. *gl. in c. clerici. tit. de exceſſ. prælat.*

Horum bona confiſcantur, fiunt infames, & teſtari non poſſunt. *Coſta in Memor. v. pedicones Anaſt. Platus vol. 1. conſ. fin. Bellon. conſ. 69. Pereg. de Iure Fiſci. l. 5. tit. 1. Barb. in c. 4. de exceſſ. Pral.*

4 *Ratio.*

QVarto eius enormitas ex pœnis, quæ illi infliguntur, ſatis liquet.

Pœna ſodomitis inflicta.

FVit ſemper hoc crimen pœna vltimi ſupplicij animaduerſum, nam quò ad legem diuinam ſic. *Leuit. c. 20.* præcipitur; Qui dormierit cum maſculo, coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas morte moriatur.

Nec enim debet homo uiuere ſuper terram, qui cum ſit homo

non humana ratione viuit. *Graſſ. conſil. 3. de adult. num. 5.*

Ob quod flagitium etiam Deo vltore quinque Ciuitates igne conſumptæ fuerunt, & duę propter vicinitatem extirminatę. *Geneſ. n. 19.* Ex quo illi prouerbio factus eſt locus: Qui habet malum vicinũ habet malum matutinum. *d. c. clerici de exceſſ. Præl. Alber. de Roſat. in v. ſodomia. D D. in c. ſuper ſpecula 5. ſeu ext. de priuil. Menoch. l. 3. de prę ſumpt. l. 3 præſumpt.* 83. *Alciat. emb.* 166.

Et vt ait *Imp. in Auth. & non lux. contra naturam.* Deus ob hoc vitium immittit peſtes, & tempeſtates, & vrbes deſtruit. *Gen ſ. c. 19. Maiol. de irreg. l. 5. c. 43.* vt dixi etiam *in 1. ſp. de Exam. Eccl. tr. 3. c. 9. q. 40. & tr. 7. c. 28. q. 114.*

Ex Cæſarum etiam Conſtitutionibus *l. cum vir nubit. C. de adult.* fędiſſimi maſculorum concubitores, quos à nefandiſſima ſodoma vrbe ſodomitas appellamus, morte mulctari ſolent. Et de generali etiam orbis conſuetudine flammis tradunt. vt ait *Ang. in d. l. cũ vir. & Clar. in § ſodomia.* Infames inſuper vt dixi efficiuntur, & omnium bonorum dominio priuantur. *gl. in § 1 in Aut. de inceſt. nup. & in c. cum ſecundum de hær. in 6. Farin. de de delict. car. q. 147. num. 7. Menoch. de arb. iud. caſu* 286.

Et meritò huius criminis rei eadem qua hæretici pęna puniuntur, ſi quidem probabile eſt, hominem non à Deo ſic derelinqui, vt n tam abominabile ſcelus incidat, niſi prius in perfidia, & inſipientia cordis ſui ita à Deo apoſtatare cæperit, vt ſic ſentiat, ſicque viuat, quaſi Deus non ſit. ut ait *Lopez l. c.*

Quo etiam fit, vt impij qui à chriſtiana fide recedunt huic flagitio dediti ſint vt de Caluino inter alios refert Leſſius *in conſultatione, quæ religio ſit capeſcenda.*, *& Barboſ. Epiſcop. par. 2. Allegat.* 43.

Homines quippe ob hoc ſcelus mentis tenebris offunduntur, fidei lumine deſtituuntur, Deum non timent, æterni ſupplicij memoriam nihil æſtimant, & in reprobum ſenſum ruunt. *Iuſtinell. de caſt. 7. 1. c. 15. & c. 33.*

Nec tenera delinquentis ætas, à pęna criminis huius excuſat. *Baiard. in Addit. ad Clar. in v. ſodomia. num. 13. Ricc. p. 5. collect.* 1877. Bene uerum eſt nòn facile credendum ei, qui aſſerit aliquem ſecum hoc ſcelus perpetrare voluiſſe. *Barboſa par. 2. Alleg.* 44. *Farinac. de Ind.*

Ind. & tort. q. 43. Molfeſius tract. 7. cap. 20. num. 113.

Inſuper de Iure Canonico vxor à viro ad tempus ſeparari poteſt, cum de hoc vitio tentatur. *Dec. in l. 1. num. 8. C. de ſecun. nupt. Barb. conſ. 64. Viuius lib. 2 opin. 256.*

Et ſi hoc flagitium cum alijs admittit, iuſtam præbet perpetui diuortij cauſam. *Sanch. l. 10. d. 4. num 3. Molfeſ. tr. 4. c. 14. nu. 38.*

Et hoc crimen ob ſui enormitatem coniecturis, & præſumptionibus probatur, nam lex in occultis de eo, quod haberi poteſt contenta eſt. *Meſcard. de probat. volum. 3. concl. 1313. Farinac l. c. num. 66.*

Eodem iure excommunicationis gladio laicus feriri iubetur, & à fidelium cætu arceri. *d. c.* Clerici. *Menochius l. c. num. 2. Farinac. num. 23.*

Clericus verò deponi præcipitur, & in arctum monaſterium ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudi. *d. c. clerici.*

Et per nouam Conſtitut. Pij V. Incip. *Horrendum illud ſcelus, &c.* clericus omni clericali priuilegio, officio, beneficio, priuari debet, de gradu eijci, & brachio ſæculari tradi, & ſi notorius ſit, irregularitatis etiam nota afficitur. vt per *Steph. Quar. in Bullario in v. Sodomia. Sayrum lib. 7. de cenſ. c. 12. num. 22. Nauar. c. 27. num. 24. Graff. lib. 2 deciſ. aur. c. 90. num. 2. Henriq. lib. 14. de irreg. c. 5. num. 1. Vgol. eod. tit. c. 43. §. 2. Roderiq p 1. ſummæ cap. 210. Sanch. lib. 7. de matr. d. 46. num. 20. Sanctarell. de apoſtoſia c. 4. Dub. 2. num. 14.* Bon. *de mat. d 4. p. 11. Reginal lib. 21. c. 3. num. 50.*

Vbi etiam num. ſeq. ait, criminoſum ad Superiorem remittendũ eſſe, non tantum quando ſodomia fuerit reſeruata, ſed etiam nonnunquam quando non fuerit, nimirum propter illius grauitatem, de qua conſultum eſt Superiorem cognoſcere, qui efficacius remedium ei adhibere poſſe cenſetur.

Adde ob huius uitij enormitatem, puerum ab excommunicatione excuſari, ſi in clericum ſe de hoc uitio opere attentantem, nec aliter euadere ualens manus uiolentas inijciat. *Baiard. in Annot. ad Clarum in v. ſodomia. Graff de arbit. Confeſſ. l. 2. c. 45.* Belloch. *p. 2. q. 4. num. 39. arg.* Bonac. *de cenſ. d. 2. q. 4. pun. 5. num. 1. & de contr. d. 2. q. vlt. pun. 10. num. 12.*

Qui-

Quinam in caſum incidant.

ET ex iam dictis tanquam ex propriis principiis inferemus,

1 Comprehenſio.

PRimo incidere in caſum, quicunque cum mare, nefario coitu in uaſe indebito etiam ſemel tantum ſe immiſcent, modo actus ſit conſummatus, ideſt in uaſe non naturali facta ſit ſeminatio, *arg. Sanchez lib. 2. d. 21. num. 5. & lib. 10. d. 4. num. 13. Sayr. lib. 7. de cenſ. c. 12. num. 23.* Et ſi aliter ſentire uideatur, *Clar. in §. ſodomia q. vlt. & Riccius in praxi fori eccleſiaſt. Deciſ. 367. Graff. conſ. 3. de adulter. num. 23. & Quar. in v. ſodomia. in 3. limit. & Farin. num. 58.* Sed eorum aſſertio in foro exteriori intelligenda eſt.

2 Comprehenſio.

SEcundo, qui uxorem ſuam extra naturale uas turpiter cognoſcit, in quo fœdiorem, & grauiorem inuolui culpam fatentur Doctores. *Sanch. lib. 9. d. 18.* & alij.

3 Comprehenſio.

TErtio, qui præpoſtera libidine quamcunque fœminam init, ex communi enim loquendi uſu, & recepto more, ſodomita etiam dicitur, qui ſcelus hoc cum muliere perpetrat, ut ſupra allegati, & infra citati authores tradunt. *Farin. in praxi crim. p. 48. num. 36. Barb. in c. 4. de exceſſ. prælat. Menoch. de arb. caſu 286. Cota in v. pedicones. Bonac. de matrim. q. 4. p. 11. num. 5. Quarant. in v. ſodomia in additionib.*

Vnde etiam illum incidere dicendum eſt, qui Iudæa, uel Infideli muliere tàm fœdè abuteretur; quod quidem flagitium ſubinde ratione diſparis cultûs religionis ſpecialem quoque deformitatem, & circunſtantiam in ſacramentali confeſſione exprimendam ſecum accerſit.

Vnde etiam emblema murenæ, & anguis ſimul congredientium ab Alciato, & Pierio ad illicitam commixtionem trahitur, eorum ſcilicet ab ijs, qui diſparis ſunt cultus ac ſectæ. *arg. Clar. in §. fornicatio. verſ. cum Iudæis. Menoch. lib. 2. de arb. iud. caſ. 290.*

Et etiam incidunt maribus Iudeis Turcis vel alijs infidelibus hoc nefando vitio abutentes, vbi enim lex non diſtinguit nec nos di

ſtin-

ſtniguere debemus. *l. de pretio ff. de publician. Lopez. Inſtruct. caſ. conſc. 35. Nald. v. fornicatio Corrad p. 2. q. 179 num. 2 arg. Corneus l. 1. conſ. 114. Molina de Iuſt. tom. 4. tr. 3. d. 104. Farinac. in Praxi crim. q.* 139.

4 *Comprehenſio.*

QVarto, maſculi, qui poſt annos pubertatis ideſt 14. annum ne fando hoc uitio cognoſci paſſi ſunt. *arg. Graff. d. conſ. 3. nu. 15. tit. de adult.* Et ſic etiã in declaratione caſus ab Illuſtriſs. Archiepiſcopo cautum eſt.

Quod procedit etiam in nouitiis alicuius Religionis, quos aliàs dixi, caſibus ab Epiſcopo reſeruatis comprehendi, ac proinde ab ipſomet abſolui debere, niſi eius Religionis Prælati Pontificio priuilegio gauderent, vt nouitios habentes animum profitendi ab omnibus cenſuris, & peccatis, etiam Papæ, & Epiſcopis reſeruatis, abſoluere valeant, &c. *Viual. in eand. aur. de abſolut. num. 23. & ſeq. Vecchius. de nouit. d. 9. dub. 7. Beia. p. 2. reſp. caſ. conſc. caſu. 3.*

1 *Exceptio.*

E Contra non incidere fœminas patientes, etiamſi & ipſæ grauiter peccent, & graui pœna dignæ ſint.

Nec eas excuſat animi dolor, aut timor odii, aut verberum, quæ procaces complices, vel mariti minantur, ſed ſola vis præciſa, quæ ab extrinſeco infertur, nullam conferentibus vim paſſis. *Graff. lib. 2. deciſ. aur. c. 90. num.* 2. & alii.

2 *Exceptio.*

SEcundo mulieres illas, ſaltem ex recepto vſu, quæ fricationib. vel aliquo inſtrumento materiali, ligneo, vel vitreo, ſe inuicem abutuntur, & ſi hoc facinus eſſe verę ſodomię ſpeciem aſſerat. D. *Th.* 22. *q.* 154. *art.* 11. quem alii Theologi ſequuntur.

Et ordinaria mortis pœna puniri in foro externo communiter Doctores tradant. *Clarus in* §. *fornicatio verſ. inter mulieres. Sanch. l.* 10. *d.* 4. *num.* 5. *Farinac. q.* 148. *num.* 40. *& ſeq.*

3 Ex-

4 Exceptio.

QVarto etiam non eum incidiſſe cenſendum eſſet qui uirilia (oh horrendum facinus) intra alterius os cõieciſſet, & ſemen emiſiſſet.

Quod flagitium ex parte agentis irrumationẽ, ex parte uero patientis fellicationẽ uocant. In quod inuehitur. *Lact. l. 6. Inſti. c.* 23. *Molſ. tr.* 8. *c.* 8. *num.* 212.

5 Exceptio.

QVinto; Nec etiam incidet maritus, qui uolens legitime uxori ſuæ copulari, quò ſe excitet, uel maioris uoluptatis capiandæ gratia, nefandam copulam cum ea inchoat, animo tamen non niſi intra conceſſum uas conſũmandi; quamuis peccato imperfectæ, & inchoatæ ſodomiæ quò ad hoc mortaliter delinquat. *Sanchez. lib.* 9. *d.* 17. *num.* 5. *Bonac. q.* 4. *pun.* 11. *num.* 12. cõtra *Nau. conſ.* 7. *de pænit. & remiſſ.* vbi ſolam uenialem culpam in eo actu agnoſcit. ut dixi *in Comment. de Exam. Eccleſ. tr.* 7. *c.* 28. *q.* 116.

6 Exceptio.

NEc etiam incidit, qui uariato ſitu in debito uaſe uxorem cognoſcit, ſi tali modo ſemen eo aduertente ſuſcipi, aut retineri non poſſit; quamuis ſecundum communem ſententiam mortalis culpæ reus fiat *Ang. Syl. Tab. & alij Summiſtæ in v. debitum. Graſſius lib.* 2. *c.* 28. *num.* 13. *Sanchez. l. c. num.* 13. & alii.

Ideo coniuges præſertim ſponſi, & inexperti adoleſcentes docendi ſunt ut debita honeſtate, ac chriſtiana temperantia actu cõiugali utantur. &c. *D. Bern. Seneuſ. tom.* 4. *par.* 1. *ſerm.* 19. Vt etiam admonuimus *in Comment. de Hum. vitæ ſtat. p.* 2. *c.* 19.

Praxis erga ſodomitæ confeſſionem, vel abſolutionem obſeruanda.

CIrca confeſſionem hæc potiſſimum aduertenda ſunt.

1 *Animaduerſio.*

PRimo, an pęnitens ex ſola paſſione, an uerò ex hæreſi, aut apoſtaſia in hoc peſſimum crimen lapſus fuerit, ut ſciatur, an ſit hęreticus, & in excommunicationem S. Pont. reſeruatam inciderit

2 *Animaduerſio.*

SEcundo, ſi hoc peccatum inter conſanguineos, & affines ſaltem in primo, vel ſecundo gradu committatur, cum etiam inceſtus deformitatem induat, licet affinitas non contrahatur, hæc circunſtantia, vt pote multum aggrauans, in confeſſione exprimenda eſt. *Azor. p* 3. *lib.* 3. *cap.* 18. *q.* 3. *Graff. de arbit. confeſſ. lib.* 2. *c.* 34. *Bonac. q.* 4. *pun.* 11.

Et quia nil eſt adeò ſordidum, quo Dæmon non ſubeat, vt hominum animas certiore exitio inuoluat, ſi ſagarum confeſſio excipienda ſit, cum quibus ipſe humani generis hoſtis præpoſteram libidinem exercere ſolet, ſciat Pœnitentiarius, duplex mortale crimẽ admitti: vnum contra genus, alterum extra naturale vas. *Mart. Delrius lib.* 2. *diſq. mag. q.* 15.

3 *Animaduerſio.*

TErtio, ſi hoc ſcelus cum propria vxore perpetretur, cum vltra peccatum contra naturam adulterium etiam ex parte vtriuſque coniugis conſentientis accedat, hæc circunſtantia neceſſario aperienda eſt. *Sanchez. l.* 9. *d.* 18. *num.* 4.

Et communis etiam ratio affertur, quod eſt abuſus quodammodo propriæ carnis, & promiſſæ fidei violatio, & ſpecialis Dei cõtemptus, cum ad finem prolis matrimonium inſtituerit, & etiam reipub. iniuriam inferat, quæ matrimonijs fauet. *l.* 1. *vbi Iaſ. ff. ſolut. matr.* Menoch. *l.* 2. *de arbit. Iud. caſu* 186. *num.* 41. *in addit.*

Sicut & alienam vxorem extra vas cognoſcens non ſatisfacit cõfitendo ſe cum fœmina extra ſuas concubuiſſe, niſi etiam fateatur illam fuiſſe alteri nuptam. vt poſt *Caiet. & alios animaduertit.* Lopez. *tom.* 1. *Inſtruct. conſcientiæ cap.* 5. Nald. *in qq pract. v. vxor.*

Et

Et communis eſt ratio quod per illam nefandam, & infamem copulam non leuis iniuria matimonio inferatur.

4 *Animaduerſio.*

QVarto, ſi religioſus, vel ſacerdos hoc flagitio ſacrilege ſe fœdauit, niſi Confeſſario ſit notus, ſolemne caſtitatis votum confiteri tenebitur. *Azor. p. 1. lib. 12. q. 9.*

Quò ad abſolutionem videnda, & animaduertenda hæc ſunt.

1 *Animaduerſio.*

PRimo, an ſi pœnitens eſt laicus aliqua excommunicatione inno datus ſit, à qua prius abſoluendus ſit.

2 *Animadudrſio.*

SEcundo, an ſit clericus, nam ſi iuxta conſtitutionem Pii V. clericali priuilegio, officio, dignitate, & beneficio per ſententiam ab Eccleſiaſtico in foro externo Iudice ſit priuatus, etiam in foro cõſcientiæ parere tenebitur: & *Zerula in Praxi Epiſc. in v. priuatio Io. Chap. de caſ reſer. c.* 16. *q.* 3. *Belloch p.* 2. *q.* 1 *num.* 215. *Poſſeu. de officio Cur. c.* 15. & alij dicentes in foro conſcientiæ non teneri quem renuntiare, niſi poſt ſententiam *Barb de Epiſc. p.* 2. *Alleg.* 44. *Garz. de p.* 11. *c.* 10. *n.* 8. *Azor.* 3. *p. l.* 3. *c.* 19. *Suar. de cenſ. d.* 31. *ſect.* 4. *num.* 21.

Vt porro obſeruat idẽ *Barb. in c. niſi. ext. de renunt.* criminoſi qui ipſo iure non ſunt priuati, ſed per ſententiam ſunt priuandi, pendente iudicio ſuper commiſſis criminibus ſua beneficia in fauorem reſignare poſſunt. vt ibi ex plurib. DD. allegatis.

Si crimẽ eius notoriũ ſit, cum irregularis effectus ſit, à diuinis abſtinere cogetur. *Sayr. l.* 7. *de cenſ. c.* 12. *num.* 24. *Azor. p.* 3. *lib.* 3. *c.* 19. *q.* 6. *Roder. tom.* 2. *qq. regul. q.* 29. *art.* 2.

Quod quidem impedimentum cum ex crimine deſcendat, quod eſt grauius adulterio, per ſolum Pontificem tolli poteſt. iuxta tradita per *Decium, & alios DD. in c. at ſi clerici* §. *de adulterijs. ext. de iudicijs.*

Vbi tamen ex communi opinione aduertendum, clericum prædictum crimen ſemel, vel bis, vel ter admittentem, in pœnas illius

Bullæ non incurrere, cum pęnæ illæ contra exercentes infligantur, quidquid dicat. *Lopez. d. c.* 88. *& Farinac. l. c. num.* 30. Quorum ſententia in foro externo procedere poteſt.

3 *Animaduerſio.*

TErtio, an ſemotæ ſint delinquendi occaſiones, ob vndecim enim incentiua, vel occaſiones, ſodomitæ olim in tam fędam libidinem prolapſi ſunt, quæ à *Roperto Holchot lect.* 129. *ſuper ſapiētia, & Delrio p.* 1. *diſq. mag. libr.* 3. *ſect.* 3. vt aliàs dixi, enumerantur; & ſunt,

Otia, ſegnities, ſomnus, caro, fæmina, vinum,
Proſperitas, ludus, carmina forma, puer. De quib. infra *par.* 3.

Pœnitentia imponenda.

QVæ pęnitentia huic vitio ſit iniungenda, ex his quæ ſupra de peccato luxuriæ diximus, deſumi poterit. *Part.* 1. *c.* 9. *& infra p.* 3. *c.* 6 *& Barb p.* 3. *de* Alleg. 44.

Nēpe cū crimē hoc grauiſſimū ſit, acria remedia vt ieiunia flagellationes, frequentes confeſſiones, & ſunt adhibēda. Quæ duo poſtrema. *Pet. Bleſ. in Iob c.* 1. aſſerit mirabiliter à peccato præſeruare. Et cū pœna tpalis magis à uoluntate peccandi, quā Dei timor arcere ſoleat. *Extrauag.* 2. *de ſimonia.* in ſatisfactionem tàm uindicantem, quam præſeruantem, pęnam pecuniariam iniūgat, quàm in pios vſus impendat. *Archid. in c quoniam d.* 18. *DD. in c.* 1. *&* 3. *pœnis.* *Cōc. Trident. ſeſſ.* 25. *de ref. c* 3. *Graff. conſ.* 2. *de pęnis. Riccius in praxi fori Eccl. Deciſ.* 349. *Barb. in c.* 3. *de pœnis.*

Præſentaneum etiam, & efficax remedium erit, ſi pęnitenti infami hoc vitio inuoluto iniungat, vt antequam noctu ad quietem ſe conferat, per aliquod temporis ſpatium mortem meditetur, & defunctum ſe mente concipiat. D. *Anton.* 4. *par. tit.* 14. *cap.* 8. § 7. *Gulielm.* B*aldeſſ. in ſtimulo ad virtutum. par.* 2. *cap.* 8. *Razzius in virid. exempl. in v. cōfeſſio c.* 6. Bartol. Teggius refert olim antiquos in Ierhieroglyphica ſua caluariam quandam pinxiſſe, hac littera ſubſcripta. *Cogitanti uileſcunt omnia.* Seneca ad Luciillum ſcribens;

Qui

Qui mori, inquit, *diſcit, ſeruire dediſcit.*

Seruum illum cenſebat, qui ſenſus cupiditatibus ſeruit, cuius antidotum eſt diſcere mori frequenti ipſius mortis meditatione. *Fraciſcus Labata in uer. mors prop.* 10.

Hmōi corruptæ uitæ uiros ad Deum paulatim trahere ſatagat per Sacramentorum frequentiam. Soluite aſinam, & adducite ad me, dixit ſuis diſcipulis Dominus. *Matth. c.* 21. quod aliqui ad Cō. feſſarij munus myſtico ſenſu traducunt, ut ei non ſufficiat pęnitentē abſoluere, niſi etiam ad ſpiritualem, & chriſtiano homine dignam uitam perducat.

Nil .n. egregium præſtat, ſi ſolos deuotos conſeruat; curæ ei debet eſſe potius in dies nouos ad Deum trahere, & cęlo lucrari.

Iniungat pęnitentiam pręſeruatiuam ieiunandi in pane & aqua, uel tantī eleemoſynā in pauperes Chr̄i, ut dixi erogandi, ſi fortè in huiuſmodi peccata iterum lapſus fuerit, &c. Quò ſi non uirtutis amore, ſaltem formidine pęnæ in chriſtiano officio ſe contineat.

Vt. n. inquit, D. *Baſil. in hom. Attende tibi*, medicæ rei experientiſſimi imbecilliora corpora multo ante morbum præſeruatiuis, & ſalutaribus monitis præmuniunt: ita animarum medici morbos anteuertentes, fortiori quopiam antidoto præſeruatorio communiunt. Quod etiam admonet *Caſſ. lib.* ii. *c.* 16.

In rigore autem non poſſe denegari abſolutionem pęnitenti, qui de præteritis culpis verè doleat, & in futurum cauere, occaſioneſq; deuitare proponat, ſi hāc præſeruatiuam pænitentiam admittere nolit; non improbabiliter aliqui tenent; ſiquidem Confeſſarius ipſe nō eſt conſtitutus Iudex niſi illorum peccatorum, quę ſecundum præſentem iuſtitiā pęnitens ipſe confitetur. &c. *Leonar. Nouel. in Inſtr. ad Parochos tit. de Sacramento pæn. Sot. de Iurament. abuſu. caſu.* 12. *Sanchez. in oper. mor. l.* 3. *c.* 5. *num.* 17.

Quinti caſus explicatio. ſect. 6.

Caſus beſtialitatis, & eius grauitas.

QVintus caſus in hoc capite comprehenſus eſt beſtialitas, ideſt coitus cum bellua, & animali ratione carente.

Ex

Ex quo obiter falſum eſſe conſtat quod ait *Roder. in ſumma p. 2. c. 220.* beſtialitatem eſſe caſum reſeruatum in locis ubi ſodomia reſeruatur, cum hæc in illa includatur; hic enim ad inuicem diſtinguuntur, &c.

Quæ quidem luxuriæ ſpecies inter omnia impuræ libidinis uitia ſupremum locum obtinet; nec enim ulterius humana malitia aſcendere poteſt. *c. mulier.* 15. *q.* 1 *D. Tho.* 22. *q.* 154. *art.* 11. De qua etiam Virgilius ſi canit in 4. Æneid.

Hic crudelis amor tauri ſuppoſtaque furto.
Paſiphae mixtum genus proleſque biformis
Minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefandæ.

Ideò tam atrox ſcelus mortis pęna etiam ex diuinę legis pręſcripto puniri iubetur. *Exod. c.* 22. *&* *Leuit. c.* 20. ubi etiam pecus occidi, & deleri mandatur, cum quo huiuſmodi facinus perpetratur, eo quod bruta animalia tali flagitio contaminata, indignam reſricāt facti memoriam *d. c. mulier. Rolandus à Valle lib.* 1. *conſ.* 7. *Boerius. Deciſ.* 316. *Cla. rin* §. *fornicatio, verſ. cum animali bruto.*

Ob ſui etiam enormitatem iuſtam prębet diuortii cauſam, ita ut ſi v. g. maritus hoc flagitium commiſerit, & id conſtet, iure ab eo ſeparari queat. *Sanch. lib.* 10. *d.* 4. *num* 14. *Reginal. l.* 31. *num.* 319. *Coninth d.* 35. *num.* 5. *Bonac. de matrim. q.* 4. *punct.* 5. *num.* 4. *Molfeſ. tr.* 4. *c.* 14. *num.* 3.

Imò ſi clericus luxurię cauſa cum brutis ſe turpiter immiſcuerit, in pęnas à Pio V. inflictas incidet. *Quarant. in u. Sodomia ampl.* 1. *Roder. in* 1. *p. ſum. c.* 109. *num.* 2.

Siquidē (ut dicūt DD.) ex paritate, uel maioritate rationis etiā in pęnalibus de caſu ad caſum fit extenſio, cum de mente legiſlatoris ueroſimiliter pręſumitur. *gl. & alij interpretes in c.* 1. *tit. de temp. ord. lib.* 6. *Tiraq. de retr.* § 29. *gl.* 1. *nu.* 6.

Sicut etiam Bullę latę contra Confeſſarios fęminas ad actus illicitus ſolicitantes, ad eos etiam extenduntur qui pueros ad nefandum crimen ſolicitant ac prouocant. Vt alibi ſępe diximus, pręſertim *par.* 3. *de Exam. Eccl. tr.* 13. *c.* 3. *q.* 13. *reſol.* 1. *& Ricc. & in Praxi Bulla contra ſolicit. Reſol.* 66. *Molf. tr.* 7. *c.* 24. *num.* 34. *Sanct. de hęreſi c.* 45. *Dub.* 1.

Propter huiuſmodi etiam horrendas, & nefandas copulas monſtruoſi

ſtruoſi partus prodire ſolent. *Mart. Delr. l. 1. q. 19. Alciat. in l. queret. ff. de verb. ſignif.* vbi refert quod cum Thales philoſophus in Periandri armento ex equa natum monſtrum conſpicatus eſſet, quod pectore tenus humanam effigiem referebat, cætera belluam, ſubridentem admonuiſſe, ne Paſtoribus quibus vxores deeſſent vteretur. Vide etiam *Bern. Buſtum in ſuo Roſ. p. 1. ſerm. 24.*

An autem hi ſalutari aqua abluendi ſint, tradit *Card. Zab. & Io. Andr. in clem. 1. §. ad hoc. tit. de ſumma Trinit. & fide cath. Ang. & Syl. in v. monſtrum. Nau. conſ. 3. de baptiſmo.*

Concubitus cum Dæmone.

AD idem beſtialitatis ſcelus concubitus cum Dæmone incubo, vel ſuccubo reducitur, ſiue belluæ, ſiue hominis corpus aſſumat, nam vt quid extraneum ab humana ſpecie ad talem actum concurrit, & ideò beſtialitatis vitium conſtituit; quamuis ex diuerſo affectu diuerſas etiam, & varias deformitates induat, vt adulterij inceſtus, & ſacrilegii, ſi prauo animi ſenſu, quo erga perſonã coniugatam, conſanguineam, vel aliiam Deo dicatam afficitur, cum eodẽ copulam habeat. *Caiet. 22. q. 154. ar. 11. ad 3. Graff. lib. 2. deciſ. aur. c. 89. Sayr. l. 8. cl. reg. c. 5. num. 19.*

An ex congreſſu cum Dæmone generatio fieri queat.

AN autem ex cõgreſſu vel concubitu cum Dæmone generatio ſequi poſſit, non omnes idem ſentiunt. videndus. *Lud. Molin. in 1. p. D. Thom. q. 50. art. 1. Codronchius. lib. 3. de morbis veneſ. c. 10. Philiarchus de off. Sacer. p. 2. lib. 3. c. 8. Delrius lib. 2. q. 15.* Certè experientia teſte legimus, inter alios Merlinum in Anglia vatem, ex ſemine humano ab incubo in matris eius vterum trãsfuſo conceptũ fuiſſe. Eodemque modo Lutherum procreatum ſcribunt multi. *Victor. in annot. ad Tolet. ſummam lib. 5. c. 13.* Ioan. *Malderus in commen. ad 22. D. Thom. tr. 10. c. 8. dub. 10.*

Quinam incidant in caſum, qui non incidant.

Comprehenſiones.

IN hunc ergo caſum illum incidiſſe dicendum erit, qui Primo cũ bellua turpiter ſe immiſcuit ſiue agens ſiue patiẽs fuerit. *Maiol.*

l. 5. de

l. 5. de irregul. c. 44. num. 1. Secundo, ſi cum Dæmone agendo, vel patiendo rem habuit. *arg. Graff. d. conſ. 3. num.* 16.

Exceptiones.

NOn incidit Primo, ſi actus non ſit conſummatus, ideſt ſi in vaſe belluæ, vel maſculi, vel fęminæ non ſit facta ſeminatio, vel intra vas cum fęmina, vel mare belluis mortuis ſe polluat.

Secundo, ſi qui cum Dæmone rem habuit, virum, uel mulierem eſſe exiſtimabat; ſed in ſodomiæ caſum incidere dicendum eſt, de quo ſupra, ſi ipſo Dæmone, qui alienum corpus aſſumpſerit, præpoſtera libidine abuſus fuerit.

Praxis obſeruanda circa eum, qui beſtialitatis ſcelus admiſit.

Quid quò ad confeſſionem obſeruandum.

QVò ad confeſſionem obſeruet Pœnitentiarius, & Confeſſarius: beſtialitatem eſſe (vt DD. dicunt) ſpeciem ſpecialiſſimã, ita vt nõn opus ſit exprimere, cum qua nam bellua quis deliquerit, quoniam licet belluæ ſpecie differant, vna tamen eſt rationis turpitudo, nimirum re alterius ſpeciei fędis, ac tetris congreſſibus ſe polluere. Sed licet coitus cum Dæmone ſuccubo, uel incubo quò ad ſpeciem à beſtialitate non differat, ratione tamen ſuperſtitionis, ad quam ſocietas cum Dæmone pertinet, ſpeciei diſcrimen agnoſcitur, vt ait. *Caiet. l. c. Bonac. q. 4. de mat. pun.* 12.

Proinde pęnitens interrogandus, an potius ob pactum cum Dæmone initum ex hæreſi peccauerit, iuxta ea quæ ſupra de blaſphemia, & ſuperſtitione dixi.

Quid quò ad abſolutionem obſeruandum.

VNde etiam quò ad abſolutionem videndum erit, an in aliquã cenſuram S. Pont reſeruatam inciderit, quia ab illa prius abſoluendus erit. Item an ſit ſublata proxima peccandi occaſio, abſolutionis namque beneficio indignus eſt, qui domi, vel in lecto animalia libidinoſo affectu detinet, niſi prius à pœnitente (ſi ſui iuris

ſit,

ſit, & rerum ſuarum dominus) interficiantur, aut ſaltem quomodocunque alienentur. *Graff d.c.89. & conſ.3. tit. de adult.*

Grauitatem flagitii illi notam faciet, & pro modo culpę pęnitētiam etiam iniungere ſtudebit; vt quia v.g. beſtiale ſcelus admiſit, per aliquot dies belluinam vitam agat, vt nil coctum comedat, ſed crudis herbis famem expellat, & ſola aqua ſitim extinguat.

Et ſi per multum temporis in hoc vitio inſorduerit, proprio ore, abſque manuum miniſterio, brutorum more cibum capiat, per aliquot noctes in ſtabulo ſuper pauimētum cubet. Nam ex Hippocratis placito, aliàs à nobis allatū. *Aphor.6.* Extremis morbis extrema, & exquiſita remedia ſunt adhibenda.

Et iuxta Sapientis oraculum. *Prouerb.c.8.* Impius cum in profundum venerit, contemnit; ſed ſequitur eum ignominia, & opprobriū.

Et ſi expedire viderit, abſolutionem differat, & per aliquot dies ſacrā ſynaxim ei interdicat. Antiquæ enim Eccleſiæ conſuetudini conſonum eſt, & non parum ad animarum ſalutem confert, vt nullus poſt peccatum mortale pręſertim atrox vt eſt hoc, ad altaris participatitionem niſi poſt aliquot dies pœnitentiæ, & ſatisfactionis peractos admittatur, congruenter ad illud Apoſtoli effatū ad *Theſſ.* 3. Qui non laborat non manducet. Quod de vtroque pane accipiendum eſt; iniquū eſt enim vt ille cæleſti pane veſcatur, qui vitæ emēdationem non affert, & iniquos affectus coercere non ſtudet.

Et reuera conſentaneum eſt rationi, vt qui tam impiè diuinam prouocauit iram, & tam turpiter peccando, Dei contempſit gratiā, non ſtatim ſe ingerat, ſed in timore, & verecundia expectet; & magis in uoto, quàm in ſacramento Chriſtum ſumat. *Petr. Sot. de remed. pecc. lect.5.*

Vt ſic ſaltem pęnarum, & ignominiarum metu reſipiſcat; iuxta illud Regii uatis, *Pſ.82.* Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine; ſiquidem,

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœna.

Gl. in l.1 ff. de iuſt. & iur. & in Extrauag. 2. de ſimonia.

Et improbi tribulationum flagellis à peccatis coercentur. Item malo accepto ſtulti ſapiūnt, mortaleſque, vt vulgo iactatur, pudore, & iactura prudentiores euadunt. *c.4. 23. q 6.*

Cur

Cur fæminæ, & pueri à reſeruatione 4. capitis eximantur.

SVnt autẽ in hoc quarto capite, ubi de carnis peccatis agitur, mulieres exceptæ, & mares uſque ad 14. annum: ne reſeruatio magis in deſtructionem, quàm in ædificationem tenderet, ſed earum ſaluti conſuleretur; mulieres namque & pueri ex naturali eorum uerecundia, quę aliàs pudicitię comes, & cuſtos eſſe ſolet, Superiorum vultus pertimeſcunt, reprehenſiones reformidant, & eorum præſentia erubeſcunt: unde facilè fieri poteſt, ut ſi abſolutionis difficultatẽ experiantur, & ſuis Confeſſarijs abſoluendi non relinquantur, grauia peccata reticeant, & inconfeſſi diutius inſordeſcant, cõtra illud; Si operam medicantis expectas, oportet ut vulnus detegas tuum. *Conc. Trid. ſeſſ. 14 c. 5. Bernard. Buſtus p. 1. ſui Roſary. ſerm. 35. §. tria remedia.*

Eſſe autem nimis familiare pueris, & fæminis, in ſacramentali iudicio mentiri, pręter experientiam rerum magiſtram, ſcriptum reliquit *Melchior Zambranus in deciſ. caſuum conſcientiæ promor. art. c 3. dub. 2. nu. 12. Antonuc. in Catecheſi Neap. c. 36. Molf. tr. 7 c. 22.* ubi ob hoc monet ut Cõfeſſarius caute cum pueris, ac puellis ſe gerat, ne propter pudorem commiſſa peccata reticeant.

De caſu reſeruato, qui eſt obſcœnitates, aliaue grauia crimina cum monialibus, ſeu alijs fęminis quomodolibet commiſſa, vel tentata, necnon verba obſcœna. Acceſſus virorum ad monaſteria monialium ſine licentia in ſcriptis, uel cum licentia ſubreptitia, aut obreptitia.

Cap. V. Sect. 1.

OBſeruandum eſt, hũc caſum duas partes in ſe complecti, alteram, quę ad ſacrilegium ſpectat; alteram uerò quę prohibitionem acceſsus ad monaſteria monialium continet.

Prima pars caſus.

ET quod ad primam attinet, apud omnes conſtitutum eſt, ſacrilegium admittere, qui moniali, uel uirgine Deo ſacra abutitur.

ſtitur.c.impudicas.c.uirginibus.27.q.1.Reginal.l.19.c.4. Eſt enim ſacrilegium ſacrę rei uiolatio. Cuius tres ſunt ſpecies,

Prima, qua perſona uiolatur.

Secunda, qua locus.

Tertia, qua res alię polluuntur, uel lęduntur. *D.Thom.*22.*q.*154. *art.*10.*& q* 99*art.* 3. *Leſſius lib.*2.*de Iuſt.& Iu.c.*45.*dub.*2.*Suarez de relig.lib.*3.*c.*1.*Valen.p.*3.*d.*6.*q.*15.*p.*1.& nos *p.*3. *de Exam.tr.*15. *c.*8.*q.*28.

Sacrilegii cum monialibus admiſſi grauitas.

QVod quidem piaculum quàm graue, & enorme ſit, ita ut iure merito hic reſeruetur, hinc perſpici poteſt, quod ut ait *Gloſſa in d.c.uirginib* 27.*q.*1.*& Oſaſcus Deciſ.Pedam.*103. qui cum moniali carnalem copulam habet, tribus criminibus illaqueatur, nēpe ſacrilegio, quia perſonā ſacrā, & Deo dicatā uiolat, & ꝓfanat.

Secundo, ſpirituali adulterio, quia ſponſa Chriſti eſt.

Tertio inceſtu, quia conſanguinea noſtra eſt, cum omnes ſimus Dei filii. Addi etiam poteſt quarto loco ſtupri crimen, non carnale ſolum, ſi reuera uirgo erat, ſed etiam ſpirituale, quatenus patris ſpiritualis, & Eccleſiaſtici Antiſtitis curę ſubditur, cui maxima iniuria infertur.

Quinimo ſi eidem uis inferatur, raptus etiam deformitas accedit, qui & ſecundum ciuiles leges grauius quàm alius raptus puniri ſolet. *l.ſi quis non dicam.C.de Epiſc.& Cler.c.ſi quis* 36 *q.* 2. ubi habetur, Si quis non dicam rapere, ſed attentare tantummodo matrinij coniungendi cauſa ſacratiſſimas uirgines auſus fuerit, capitali pęna feriatur. *D.Thom.*22.*q.*154 *art.*10. *Menochius l.*2.*de arb.Iud cēt.* 4.*caſu* 389.*num.* 24.*Farin.de delict.carnis q.*146.§. *ſacrilegium nu.* 3 ubi etiam *nu.* 10. tradit, bona carnaliter cognoſcentis monialem, ſi uis uel raptus interueniat, applicanda eſſe illi monaſterio, in quo ſacra uirgo permanebat.

Adde quod profeſſam monialem in uxorem ducens inualide matrimonium contrahit, uterque excommunicatione feriri debet, & alijs pęnis puniri, & in pęnam in poſterum ullam uxorem ducere nequit. *Molſ.tr.*4.*c.*11.*num.*42.

De Iure Canonico laicus ſacris interdicitur, & à communione

fidelium ſemouetur. Clericus verò ab ordine deponitur, & benefi-cijs priuatur. *cap. virginibus 27. q. 1. §. 1. Menoch. l. c. num. 24.*

Moniales vero quæ ſe corrumpti, vel violari patiuntur, ea pœna plectuntur, vt perpetuo carceri mancipentur. *cap. impudicas 27. q. 1. Marſ. in l. 1. C. de rapt. virg. num. 57.* vbi duplicem rationem affert, cur ſanctimoniales grauiori pœna non plectantur.

Primo, quia tanta eis culpa non ineſt, ſicut maribus, qui eas incluſas attentarunt, & illarum pudicitiam ſollicitarunt.

Secundo, quia vt plurimum, propter vim, metumque, quæ à ſibi coniunctis inferuntur, monaſteria ingrediuntur, contra diſpoſitionem *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 18.* proinde ſi non in totum, ſaltem aliqua ex parte in foro externo excuſantur.

Priuatis etiam Italiæ ſtatutis, & legibus, huiuſmodi ſacrilegi virginum corruptores mortis pęna puniuntur. vt per *Marſ. l. c. num. 4. & Menoch. num. 27.*

Antiquitus verò Veſtales, quę Dijs virginitatem vouerant, iſtius criminis reæ virgis cædebantur, deinde viuas defodi lege ſancitum erat. De qua pœna etiam meminit Iuuenalis Sat. 4. dum ait:

Nemo malus fœlix, minimè corruptor, & idem
Inceſtus, cum qua nuper vittata iacebat,
Sanguine adhuc viuo terram ſubitura ſacerdos.

Vide *Lopez. in annot. ad Diaz. c. 83. Alex. ab Alex. lib. 5. dierũ gen. c. 12.*

Sacrarum virginum violatores dirè à Deo *puniuntur.*

IN hoc facinus ob immanitatem ſolet Deus præter æternæ mortis barathrum, maximis calamitatibus ac plagis animaduertere. Vnde eſt illud prouerbiũ: A ſacris abſtinendę manus: vulgo enim creditum eſt fatum inſtare ei, qui ſacris rebus, & Deo dicatis hominibus iniuriam infert: Hinc ab Homero dictum eſt:

Cum diuo certare viro ſimulatque cupit quis,
Cuique Deus benè vult, illum mala plurima cingent.

De qua re memorabilia exempla referunt *Hieronymus Lamas. in 3. p. ſummæ c. 8. §. 14 & Marc. Ant. Gen. in Man. Paſt. c. 27.*

Et qui cum Chriſti ſponſis turpia audent perpetrare, conſiderẽt, quod ab Apoſtolo *1. ad Corinth. 3.* ſcriptum eſt, Si quis Dei templũ

violauerit, diſperdet illum Deus, & a *D. Bernard. Senenſi tom. 2. de laudibus virginitatis ſerm. 48. c. 2.*

Arreptus moritur monacha quicunque potitur.

Perpendant etiam dira, & horrenda exitia, quæ dum Epiſcopis virgines Deo conſecrat, earum violatoribus imprecatur, quæ haud dubium, quin à Deo exaudiantur. *Georg. Polachius lib. 2. de tribus votis relig. c. 8.*

Hinc fit vt iure merito Illuſtriſs. Card. Alex. Lud. hoc ſcelus non ſolum ſimplici caſu reſeruato affecerit, ſed etiam excommunicationis mucrone plexerit, vt patet in Edicto Incip. *Volendo noi prouedere* dato die 1. Aug. 1617.

An autem hęc cenſura regulares tranſgreſſores liget, affirmans ſententia tenenda videtur prętertim poſt Bullam ab eo editam poſt quam S. Pontifex eſt creatus, de *Exemptorum priuilegijs*, vt apud *Bonac. de claus. q. 2. pun. 4. n. 8. Arg. Barb. de Episc. Alleg.* 105. *nu.* 13.

Qua etiam cenſura irretiuntur aduenę ſic Bononiæ delinquentes, cum ratione delicti, vt aliàs diximus, ſubditi fiant. *Greff. de caſ. reſ. l. 2. c. 28 num. 31.*

Qui incidant in caſum,

INcidet in hunc caſum, & cenſuram ſubinde contrahet.

1 *Comprehenſio.*

PRimo, qui ſanctimoniali in clauſura degenti ſiue naturaliter, ſiue contra naturam, quod peius, & grauius eſt, turpiter commiſcetur. *Sayr. l. 8. c. 5. num. 22.*

2 *Comprehenſio.*

SEcundo, qui earum pudicitiam tantum verbis attentauit. Sic enim habetur in caſu, & colligitur ex *c. ſi quis non dicam rapere de pęnitent. diſt. 1. & l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines ff. de iniuriis.*

3 *Comprehenſio.*

TErtio, qui eas oſculatur, vel impudice manibus tangit. Imo etiam qui per literas, uel nuntium per ſe, vel per alium, per ſigna, uel nutus ad turpia ſolicitãt, appellant, & de obſcœnis loquunt.

Non

Non tamen ipſę moniales quamuis grauiter,& ſacrilege peccēt. Quę ēt & ſi de conſenſu ſaltem tacito ſuarū Pręfectarum quaſcunque literas ad ſe miſſas recipere poſſint, ſi nihilominus turpia, uel inhoneſta contineant, immani ſcelere ſe inficiunt.&c. *Nau. in cōment. 2. de regul. num. 13.*

4 *Comprehenſio.*

QVarto, qui cum ſeruientibus, quę conuerſæ dicuntur, & ad ſtipem petendam exire ſolent, prędicta moliuntur.

Atque idem dicendum de tyronibus, uel nouitiis. Si quidem monialium etiam nomine nouitię, conuerſę, & etiam quę in monaſterio religioſum habitum geſtant, comprehenduntur. *c. ſi quis rapuerit 27. queſt. 1. Azor par. 1. lib. 9. cap. 2. quaſt. 10. Henriquez l. 7. de Indulg. c. 19. num. 6.*

5 *Comprehenſio.*

QVinto, qui huiuſmodi obſcęnitates contra eas puellas admiſerit, quę in monaſteriis, educationis vel inſtitutionis cauſa commorantur; & etiam illas fęminas nuptas, & uiduas, quę ibi ob iuſtas, & honeſtas cauſas includuntur. *Azor l. c. lib. 13. c. 8. q. 4. Steph. Quar. in v. monaſteria monialium in additionibus. Paulus Piaſecius in praxi Epiſcopali p. 2. c. 3. tit. de uiſitatione ſanctimonialium num. 37. Barb. de Epiſcopo p. 3. Alleg. 102.*

Nec defineret eſſe caſus reſeruatus, etiam ſi monialis, uel quęlibet alia fęmina in clauſura degens, uolens conſentiret. Conſenſus namque in his, quorum non ſumus pro libito domini iniuriam non tollit. Sicuti permittens ſibi manum abſcindi, abſcindentem culpę immunem non reddit. arg. quod tradit. *Farinac. l. c. q. 145 nu. 220.*

6 *Comprehenſio.*

SExto ex nouo Decreto Ill^mi Paſtoris non ſolū in caſum reſeruatum, ſed etiam in cenſuram excommunicationis incidunt, ſi mala intentione, quę in actum externum prodeat, ad colloquendum accedunt.

Exceptiones.

EContra non incident in caſum, qui hęc turpia cum his fœminis commiſerint, quæ tribus ſolemnibus uotis non ſunt aſtri-

ctæ,

ſtæ, nec clauſuræ legibus tenentur; cuiuſmodi ſunt illæ, quæ Beatæ dicuntur, & Bizochas appellare ſolemus; & quæ etiam ſub ſocietate D. Vrſulæ militant; cuiuſmodi etiam ſũt Romæ Oblatæ turris nouæ ſpeculorum, de quibus cõſuluit. *Nauar. conſ. 6. tit. de ſtatu monach & Azor. p. 1. inſtit. mor. lib. 13. c. 9. q. 5.* Et hic Bononiæ fœminæ domus Succurſus, & puellæ S. Crucis, & S. Marthæ, &c.

Qua etiam ratione inferunt DD. poſſe Epiſcopum, & alium Epiſcopali poteſtate fungentem, legibus ſoluere mulierem aſtrictam uoto aſſumendi habitum fœminarum, quas, ut dixi vulgus Beatas uocat, quod is ſtatus non ſit religionis. *Arrag. 22 q. 88. art. 12. Sayr. l. 6. cl. reg. c. 11. nu. 64. Suar. tom. 2. de relig. tr. de uoto. lib. 6. c. 21. nu. 8. Sanchez. lib. 8. de matr. d. 9. num. 15.*

Non incidunt regulares qui ab Epiſcoporum iuriſdictione ſunt exempti, & ſi pœnas contrahant in Decreto S. Congreg. contentas. *Belloch p. 2. q. 12. num. 229.*

Praxis obſeruanda circa præſentem caſum.

Quid in confeſſione ſeruandum.

PRaxis obſeruanda erga latorem legum pœnitentem erit, ut Primo Pœnitentiarius, & Confeſſarius obſeruet, an pœnitens ex aliqua hæreſis labe ſic deliquerit, &c.

Secundo, non ſufficere ſi pœnitens in confeſſione aperiat, ſe cum muliere peccaſſe, quæ uoto caſtitatis ligatur, ſed in ſpecie exprimẽdum, quod ſit monialis, uel nouitia, uel alia puella, ſeu mulier in clauſura degens, &c.

Tertio, ſi pœnitens religioſus ſit, uel in maioribus ordinibus cõſtitutus, qui cum ſanctimoniali rem habuerit, tenetur huiuſmodi circunſtantiam ſic explicare: Proteſtam monialem turpiter cognoui, cũ & ipſe ſolẽni caſtitatis uoto ligatus ſim. *Azor. l. 12. c. 11. q. 9.* & alij.

Quarto An aliquid à monialibus abſq. ſuperioris licentia accepe rit, nã niſi cũ effectu monaſterio, ſi qd notabile ſit reſtituat, abſolui non poterit, prout cauetur in Bulla Clem. VIII. Incip. *Religioſæ cõgregationes* ut apud *Quar in v. Munerum Largitio. Sorb. in Compen. Med. in v. Dare. Filliuc. to. 2. tr. 34. c. 3. Bonac. de larg. Man. d. 3. p. 5.* & nos *1. p. de Exa. tr. 7. c. 32. q. 130. p. 20. tr. 9. c. 8. q. 2. p. 3. tr. 15. c. 7. q. 15*

Quinto obſeruabit Confeſſarius an monialis intra clauſuram, vel ad cratem à ſuo Cõfeſſario ordinario, vel extraordinario ad tur

pia ſit ſollicitata, uel cum ea obſcœnos ſermones habuerit in confeſſione, &c. quia talis monialis prædictũ ſacerdotẽ ad loci Ordinarium, vel ad Inquiſitorem deferre tenetur ex Conſtitut. Greg. 15. Incip. *Vniuerſi*, vt apud *Nald. in v. Confeſſarius nu.* 41. & apud nos in diuerſis locis præſertim. *de Exem. Eccleſ. tr.* 13. *c.* 3. *q.* 13.

Quod officium cum incluſa ſit nec exire poſſit, per chirographum præſtabit. *Lazar. de blaſphemia q.* 12. *n.* 65 *& Belloch. p.* 2. *q.* 9 *n.* 209.

Quid in abſolutione obſeruandum.

QVò ad abſolutionẽ, inſpiciatur, an ad huiuſmodi facinus perpetrandum ſepta monaſteria ingreſſus fuerit, quia in Papæ reſeruatam excommunicationem incidit, adeò, vt aliqui etiam ſenſerint, illa innecti etiam ſi peccando in oſtio tantum intra clauſtra ſito conſtiterit, quia in oſtio exiſtens in domo etiã conſiſtere cenſetur, & in pœnam domum ingredientis incidit, iuxta doctrinam *Bar. & aliorum in l.* 1. §. *hoc interdictum. ff. de cloacis.*

Quam tamen aſſertionem nunc non admitto, cum in pœnalib. ſtricta interpretatio fieri debeat *c. odia de reg. iu. in* 6.

Ex conceſſa tamẽ facultate monaſterium ingrediens, licet poſtea in eo ſacrilegiũ committat à cẽſura excommunicationis excuſatur. *Nau. conſ.* 34. *de ſent. excommunicat. Lazarius de blaſphemia q.* 10. *num.* 31. *Zerula in praxi Epiſcop. p.* 1. *v. moniales. q.* 8. *Sanchez. l.* 6. *de precept. lib.* 6 *n.* 69. contra *Bonac. de clauſ. q.* 4. *pun.* 4 *nu.* 22.

An autem qui ob aliquam iuſtam cauſam ad ingrediendum facultatem habent, poſſint abſque culpa, & cenſura monaſterium peracto negotio perluſtrare, & circumſpicere. conſulendus eſt. *Roder. tom.* 1. *q.* 47. *art.* 11. *&* Miranda *de monial. q.* 2. *art.* 20. Vbi aiunt, extante bona fide, & ſana intentione tã m à lethali culpa, quã ab excõmunicatione excuſari; contra tamen tenet. *Belloch. p.* 2. *q.* 9. *nu.* 196.

Videndum etiam, an ſacrilega proles ſit nata, quò ipſius parentis ſumptibus in hoſpitali nutriatur. Et an ſint amotæ proximæ peccandi occaſiones

Et quò ad ipſam abſolutionẽ, obſeruet ſacramenti pœnitentiæ miniſter, quod ſi caſus ſit occultus; pœnitens qui ſepta monaſterij ingreſſus eſt, vt aliqua ſacrata Deo virgine turpiter, ſe immiſceret ab Epiſcopo, uel ab alio ex delegata facultate abſolui poterit virtute. c. 6. *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de refor. ut per Nau. conſ.* 15. *de priuileg.*

Suar. tom. 4. *d.* 30 *ſect* 2. *Beia in reſp. caſ. conſc. p.* 4. *caſu* 37. *Gambarut. de caſ. reſ c.* 3. *num.* 34. *Finell. c.* 7. *Pereg. de duello q.* 37. & alios contra nonnullos qui aliter ſentiunt.

Et poſtea quam criminis grauitatem ei ſignificauerit, grauem etiam pro culpæ ratione, quò ad fieri poterit, pœnitentiam iniunget, qua Deum ſibi propitium reddat, & aliquo modo ei ſatiſfaciat.

Huiuſmodi perditæ vitæ viris, vt ad ingentes, & congruas pœnitentias ſubeundas trahantur, leuiores, ſed diuturniores priùs imponat, vt cum cubitum eunt, vel ſurgunt, ſe morituros cogitent, in Xenodochijs perambulent, & ægrotis inſeruiant quotidie rem ſacrã etiam audiant, terram oſculentur, Aue maris ſtella recitent, & huiuſmodi *D. Anto* 4. *p. tit.* 14. *c.* 8. § 7. *Benzon. de fugal.* 1 *c.* 3. *Baldaſ. in ſtim. ad uir. p.* 2. *c.* 18. *Razzius in virid exemp. in v confeſſio.* Henriq *lib.* 3. *de pæn. c.* 31. *Surius in uita S. Lydiuinæ c.* 6. *p.* 2. 14. *Aprilis.*

Secunda pars caſus ſect. 2.

Finis huius Edicti, & prohibitionis.

QVò ad 2. partem caſus, qui eſt acceſſus ad monaſteria Monialium, obſeruandum eſt, antiquis etiam temporibus fuiſſe sãcitum, vſuque receptum, vt colloquia, & confabulationes cum Monialibus prohiberentur, vt habetur in *Concil. Gabilonenſi.* 2. *can.* 56. *&* 6. & refert etiam *Azor lib.* 13. *c.* 9. *q.* 3.

Quod in maximum regularis diſciplinæ commodum cedit. [...]ia enim ait *Clem. V. in Clem. attendentes. de ſtat. monach.* vbi gub[...] culum diſciplinæ contemnitur, reſtat vt religio naufragetur Et vt ſapienter cauit *Bonifacius VIII. in c.* 1. *de ſtatu reg. lib.* 6 [...]ulli inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ (niſi rationabilis, [...] manifeſtã cauſa exiſtat, ac de illius ad quem pertinuerit ſpeci[...] licentia) ingreſſus, uel acceſſus pateat ad Moniales: vt ſic à pub[...]cis, & mũdanis conſpectibus ſeparatæ, omninò ſeruire Deo valeant liberius, & laſciuiendi opportunitate ſublata, eidem corda ſua, & corpora in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire. *Campanil. Rub.* 2. *c.* 16. *num.* 40. *Barb. de Epiſc p.* 3. *Alleg.* 102.

Et iuxta D. Auguſtini ſententiam relatam *in c. nec ſolo.* 32. *q.* 5.

Nec ſolo tactu, ſed affectu quoque, & aſpectu, appetitur, & appetit fœmina, & intactis ab immunda violatione corporibus fugit caſtitas ipſa de moribus.

Quantum ſilentium, & ſolitudo moniales deceat.

MOniales cum dicantur ſponſæ Chriſti, hortus concluſus, & fons ſignatus *Cant. c. 4.* ab omni mundana conuerſatione remotas eſſe oportet, ita vt niſi ex rationabili cauſa, nec ſine teſtib. ſæculares in mundo degentes alloqui poſſint. *d. c. 2. de ſtatu regul. lib. 6. & c. diffinimus. 18. q. 2.*

Meritò enim Summi Pōtifices, & Cōcilia eas includi, & in ſolitudine manere iubent, vt dum totæ in Dei amorem tendunt, in aliqua inutili perturbatione non laxētur, & à trib. noxijs bellis eripiantur, videlicet auditus, viſus, & locutionis, iuxta illud, quod cælitus B. Arſenius audire meruit, Arſeni fuge hoīes, tace, & queſce, & ſaluus eris.

Pius Quintus in Conſtitut. Incip. *Decori.* ubi ēt ob hanc cauſam ſtatuit moniales nulla alia cauſa niſi incendij, lepræ, vel epidimiæ, exire poſſe. *Bonac. de clauſ. p. 1. p. 9. Sanchez. lib. 6. nu. c. 15 37. Nauar. comment. 4. de regul. nu. 42. Miranda tr. de Monialib. q. 1. ar. 1. & q. 3 art. 4. Azor. p. 1. lib. 13 c. 8. q. 2. Paulus Fuſch. de uiſit. Eccleſ. lib. 2. c. 18. num. 15.*

D. Antonius referente S. Athanaſio in eius vita, aiebat, Monachos & Moniales cum ſæcularib. ſe retardantes, humanis ſtatim reſolui confabulationibus.

B. *Laur. Iuſt. de diſcipl. c. 12.* obſeruat, ſub prætextu zeli Dæmones hortari religioſos ad ſæcularium conuerſationem, collocutionemque, & ex ea non modo pericula imminere, ſed magnas ruinas extitiſſe.

Vnde & *Thomas à Campis lib. 1. de imit. Chriſti. c. 20.* Maximi, inquit, Sanctorum humana conſortia, vbi poterant, vitabant, & Deo in ſecreto viuere eligebant. Dixit quidam, Quoties inter homines fui, minor homo redij.

Et meritò *D. Bernard. cant. ſerm. 40.* exclamat: O ſancta anima ſola eſto, vt ſoli oīum ſerues te ipſam, quē ex omnibus tibi elegiſti.

Polidorus Virgilius lib. 4. de inuent. rerum c. 10. & Caſſ. p. 4. glor. mundi. conſid. 7. tradunt, Apoſtolos primo, deinde Pōtifices fœminarum religionem introduxiſſe, vt etiam hic ſexus ſanctiſſimis inſtitu-

ſtitutis à Patribus acceptis, in clauſura, & ſolitudine Domino deſeruiret. Cuius quidem inſtituti optima magiſtra extitit B. Virgo, quæ prima caſtitatis votum emiſit. teſte D. *Thoma 3. p. q. 28. art. 4.* Ex quo ortum habuit vſus in primæua Eccleſia obſeruatus, quod virgines cupientes ſe Deo conſecrare caſtitatem ſeruare in nomine Mariæ ꝑmittebãt (vt per *Canis. l. 2. de* B. V. *c. 14.*) Cuius ẽt illa ſunt verba: Ecce ego elongaui me quantum potui à colloquijs, & præſentia parentum, amicorum, & omnia quæ habere potui dedi indigentibus, vt habetur apud *D. Brigittam lib. 1. reuel. c. 10.* De qua re vide multa teſtimonia apud *Petrum Morales in c. 1. in* M*atth. lib. 1, tract. 11.*

Vnde & idem Caniſius, diſcant, inquit, ſanctimoniales exemplo Mariæ conſpectum hominum præſertim uirorum, & amicorum cõſortia fugere; Deum uero, & Angelos, ſuæ caſtitatis, omniſque conuerſationis inſpectores, ac teſtes, ob oculos ſemper habere, ſimul & ubique locorum reuereri, mundo, amicis, parentibus nuntium remittere; ſæcularis autem uitæ luxum ac noxiam libertatem cum ſãcta ſeruitute commutare; ac præcipuas quidem uoluptates non in aliis, quam in ſpiritualibus ſtudiis collocare. ut ſcripſimus *in comment. de hum. vitæ ſtat p. 1. c. 24.*

Ideo ſanctimonialum Confeſſarii conari debẽt, ut ipſas ad perfectam, & abſolutam omnium uirtutum regulam, & normam, quatenus humanitus licet uitam traducant. Et ut id conſequi poſſint Epiſcopi curare debent, ut iuxta monitũ *D.* A*nt. 3. p. tit. 20. c. 2. §. 3.*

Monialibus dentur Confeſſarij non tantum honeſti, ſed etiam docti, ac ſciẽtes quæ ad religioſam uitã ſpectant, conformiter ẽt ad Cõſtit. Greg. XV. de *Exempt.* P*riuileg.* Incip. *Inſcrutabili.* ubi quoq. mandat eos Ordinariorum examini ſubijci debere.

Proinde ad tollenda omnia hæc impedimẽta, quæ ſanctimonialium pium propoſitum impedire poſſent, & earum honeſtati officere, iure merito ab Illuſtriſs. hic caſus reſeruatur, innouando aliqua in parte determinationem Concilij Lateranenſis relatam in *c. monaſteria ext. de uita, & honeſt. cler.* ubi cauetur, quod frequentans monaſteria monialium, & monitus non deſiſtens, ſi clericus eſt, deponatur; ſi laicus excommunicetur. Eſt enim proprium Epiſcoporũ officium futuris caſibus prudenter occurrere. *c. in nomine Domini. d.*

 23.

23. *Petr. Sotus de peccat. diſcrim. lect.* 1. *Sanch de prac. lib.* 6. *c.* 16. *Bonac. de clauſ. q.* 1. *pun* 1. *Campan. in Diuerſ. Iur. Can. Rub.* 11 *c.* 16. *num.* 40. *Barb. de Epiſcopo p.* 3. *Alleg.* 102. & nos ante eos *in commẽt. de ſtat. c.* 24. *par.* 1.

Ob hanc cauſam Sapiens inter multa præcepta prouidentiæ illud vtiliſſimum ponit, Ante languorem adhibe medicinã. *Eccl. c.* 18.

Moniales ad perfectionem procurandam tenentur, & d. ſolitudinem, ac ſilentium ſeruare.

CVm Moniales ſpirituali coniugio Deo nuptæ ſint, quarum nuptiæ in mundi abrenuntiatione initiantur, in habitus aſſumptione ratificantur, & in profeſſione conſũmantur, ad ſanctitatem tẽdere debent, & ſponſum proprium perfectè diligere; qua etiam ratione ſanctimoniales uocantur *c. ſanctimonialis d.* 23. vt orationi, & contemplationi mancipatæ ab omni rerum temporalium ſtrepitu alienæ ſint, & ſoli Deo in ſanctitate vacent.

Vnde & *D Greg. lib.* 3. *mor. c* 28. *exponens illud Iob. c.* 3. Qui ædificant ſibi ſolitudines, addit illos ſibi ſolitudines ædificare, qui ſe mundi tempeſtatibus, & agitationibus eripiunt, & terrenorum deſideriorum tumultus expellunt, vt vna & ſancta quadam intentione æternæ patriç, in amorem intimæ quietis anhelent. Is vero ait idem Gregorius, omnes mundanarum cogitationum turbines à ſe depulerat, qui ſecura quiete dicebat, Vnam petijà Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini. Ecce elongaui fugiens, & mãſi in ſolitudine *Pſalm.* 26 A frequentia quippe terrenorum deſideriorum fugerat, & ad magnam ſolitudinem ſe ipſum contulerat, vbi eò tutius nihil extraneum conſpiceret, quò incompetens nihil amaret.

Nec enim dubium, quin ſilentio in ſancto receſſu obſeruato, magna animæ ſpiritualium donorum fiat acceſſio; cum ut ait *Clim de loquacit. gradu* 11. Taciturnitas ſit mater orationis, captiuitatis reuocatio, ignis diuini amoris obſeruatio, cogitationum diligẽs inſpectio, ſpecula hoſtium, carcer luctus, lachrymarum amica, ſecretus in Deum profectus, occultus aſcenſus.

Alciat. in Emblem. ex Plutarcho refert, Phidiam Athenienſem ſta-

tua-

tuarium Venerem ita finxiſſe, vt pedibus teſtudinem calcaret, tacitè ſignificans, virginibus domi manendum, & in ſolitudine ſilendũ. *Tiraq. l. 10. connub. num.* 16.

Sanctimoniales equidem (vt eſt perpetuo deuotionis inſignis munere fœmineus ſexus) ieiunijs, & orationibus quibus maxime ira Dei placatur, non mediocrem afferre poſſunt opem, rebus eccleſiæ afflictis ac perturbatis; alioquin ſi ſpiritualia non ſapiant, ſummopere verendum eſt, ne miſeræ Loth exemplo, ad mundi, & carnis illecebras reſpicientes, non ſolum alijs non proſint, ſed ſibi prauis deſiderijs, exitium parãtes, iuſtitiam Dei magis ad furorem prouocẽt. Proinde partes Præfectæ erunt ſtudioſè, & diligenter curare, vt clauſura ſartatecta conſeruetur, & ꝓuidere, vt omnis negotiatio omniſq; tractatus, & commercia cum ſæcularibus arceantur, cum vt B Clara de Monte Falco ſuis monialibus dicere ſolebat, Silentium, & ſolitudo ſint optimi caſtitatis cuſtodes. *Iſid. Moſcon. l. 1. de Maeſt. milit. Eccleſiæ l. 1. p. 4 c. 4.*

Ad Epũm etiam ſpectabit curam hr̃e, vt clauſura in monaſterijs monialium etiam regularibus ſubiectarũ ſeruetur, à quibus impediri non poterit quominus ea viſitet, quoties ad ipſius clauſuræ obſeruãtiam expedire iudicauerit. Greg. XV. *de Exempt. Priuil. Nald. in v. monialis n.* 3. B*arb. de Epiſ.* A*lleg.* 102. *n.* 6. B*elloch. c.* 2. *q.* 9. *n.* 192.

Quinam incidant in caſum.

IN caſum hunc incident, ac ſubinde eo comprehendentur.

1 *Comprehenſio.*

PRimo tàm viri, quam mulieres, tùm quia niſi excipiantur, lex generaliter loquens generaliter debet intelligi. *l. de pretio. ff. de pub. in rem actione.* tùm etiam quia tàm in maſculis, quam in fœminis eadem prohibitionis ratio militare videtur; ſiquidem, vt plurimum, garrulæ ſunt, & curioſæ. Vnde illa apud Plautum:

Multum loquaces meritò omnes habemur,
Nec mutam profectò repertam
Hodie dicunt mulierem vllo in ſæculo.

In quam ſententiam Germanorum eſt Prouerbium:
Tres mulieres nundinas faciunt. ex loquacitate mulierum ortũ,

qua-

quarum garrulitas nundinis comparatur, vbi maximus eſt mercantium ſtrepitus. *D. Aug. l. 4. de Ciuit. Dei. c.* 19. D. *Chryſoſt. ſuper ep. ii.* 1. D. P*auli c.* 1. *hom.* 5. *Tiraq l.* 12. *connub. num.* 13.

Quo etiam fit ut arcana ſibi commiſſa retinere nequeant. Hinc Cato Cēſ. de tribus reb. pęnitere ſe dicebat. Primo ſe p̄ mare tranſiſſe quò pedibus accedere licuiſſet. Secundo ſi qua dies per otium effluxiſſet. Tertio ſi ſecretum aliquod fęminæ credidiſſet, teſte *Plut. in eius uita. & Duardo in Bulla Cena Domini l* 3. §. 8. *q.* 2. *num.* 47. *Iaſon. in l.* 1. *ff. ſi quis caut.* Vt dixi *in* 1 *p. de Exam. tr.* 5. *c.* 9. *q.* 107.

Ex quibus quidem vitijs, maxime ſi lenocinij etiam morbo laborent, vt nonnullis pauperibus vetulis accidit, maximum impedimētum, & damnum ipſarum monialium paci, quieti, & honeſtati inferri poterit.

Bononiæ autem mulieres quæ recta mente ad monialium monaſteria accedunt, ex tacito Superiorum conſenſu iuſtis de cauſis à caſu eximuntur. Si autem praua intentione ducerentur, & turpia cum illis agerent, in prima parte huius caſus includerentur.

Incidunt autem homines ſiue per ſe, ſiue per interpoſitam perſonam loquantur, vel per nutus, aut per ſigna, nam nihil refert, quo modo quis ſuam exprimat voluntatem, *cap. cum apud. ext. de ſpon. Graſſ. conſ.* 22. *num.* 31. *de ſent. excom.*

Quinimo ex nouo Edicto Illuſtriſs. Archiepiſcopi non ſolum, caſu reſeruato, ſed etiam excommunicatione afficiuntur, qui ſine debita facultate ſponſaliorum cauſa alicuius puellæ ibi commorantis manus contingunt; à qua monialium Præfecta, & aliæ perſonæ opem præſtantes ſecuto effectu non excuſantur.

2 *Comprehenſio.*

SEcundo, non tantum extranei, ſed etiam conſanguinei, vel affines hoc caſu ligantur, ſi abſque licentia coniunctas ſibi ſanguine moniales, vel alias fœminas in clauſura degentes, alloquantur; nam etiam ſub nomine cognati poteſt culpa contegi, & turpitudo perpetrari. *Io. Andr. in d. c. monaſteria de vita, & honeſt. cler. Nau. Comment.* 4. *de reg. num.* 61. *Mēnoch. de præſumpt. l.* 5. *præſump.* 17. *num.* 19.

3 Com.

3 *Comprehenſio.*

TErtio illi incidunt, quicunque ſint, qui cum licētia obreptitia, ſubreptitia, uel falſa (hæc enim nomina ſynonima ſunt, & idē ſignificant, & ſi alii aliter ſentiant. *Barb. c. 20. de reſcript.*) monaſteria monialium adeunt.

Licentia an verbalis ſufficiat?

POrrò licentia licet in foro conſcientię ſufficiat, ut uerbotenus conceſſa ſit, quò tamen ad forum externum, ut deprehenſus in collocutorio temporalem pęnam euitet, ut ſcripto tradita ſit requiritur. *Maſcard de probat concl.* 845. *num.* 20. *Graff. l.* 1. *deciſ. aur. c.* 13. *num.* 51. *& Sanch. l.* 8. *d.* 29 *num.* 2.

Idemque dicendum eſt de facultate data ad ingrediendum ſepta monaſterij, ut ſcilicet & ſi per Decretum *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de regul. c.* 5. ut & alibi dixi, in ſcriptis obtenta requiratur, illud quò ad forum exterius intelligatur; nam in interiori animi foro in quo ſola ueritas attenditur, ſufficit ut conſenſus iure naturali requiſitus interueniat per celebre dictum Innocentii *in c. quod ſicut num.* 8. *de elect.* & ſingulare eſſe dicit. *Abb. in c. quia plerique. in fine q.* 9. *ext. de immunnit. eccl. & Felynus in c.* 1. *num.* 39. *ext. de conſtitut.* per ea quæ tradidimus *in 3 p. de* Exam. *tr.* 15. *c.* 8. *q.* 24. *Reſol.* 6. *arg. idem Abb. in c.* 1. *in fine ext. de reſtit. in integ.* quem omnes ſequuntur.

Vbi refert etiam quædam dicta *Innocent. in c. quod ſicut. ext. de elect.* quod electus ab habēte poteſtatem eligendi, eſt quò ad Deū tutus, licet iuris poſitiui ſolemnitas non interueniat.

Quod extendit ad omnem actum ſine legis ciuilis præſcripto factum, ut in animæ iudicio ualeat, ſi nulla fraus, aut deceptio adfuerit. *Ala de Aduocato* Chriſt. *p.* 1. *q.* 67. Forum enim conſcientiæ, forum æqui, & boni, & tribunal ueritatis, ſiue ueræ iuſtitiæ; & nō fictionis ęquiparantur; ita ut in illis nulli iuris apices locum habere debeant, ſi quidem iis omnes iurium regulæ ſeruire debent, & non è contra, ut dicit. B*ald. in l.* 1. C. *de confeſſ. Iaſ in rub. in fine ff. de acq. hæred. Neuiz. in* Sylua *nupt. poſt princ. Tuſchus in v. forus conſcientia concl.* 447.

Et

Et omnis diſpoſitio uerbo fieri poteſt, niſi lex ad actus ualorem ſcripturam requirat, ita ut aliter factū illum infringat. *Tuſch. in v. ſcriptur. concl.* 88. *Arg. Sanctarell. de apoſt. c.* 8. *Dub.* 1. *num.* 7. *gloſſ. in c.* 1. *in v. inſcriptis. de cenſib in* 6. & Dec. in 1. *lect. Rub. de conſtit. cont.* Bonac. *de clauſ. q.* 4. *pun.* 3. Vide quæ diximus *in* 3 *p. de* Exam. Eccl. *tract.* 15. *c.* 8. *q.* 24. Reſol. 6.

Quis licentiam accedendi ad monaſteria monialium concedere poſſit.

HAnc uero licentiam quò ad monaſteria Epiſcopi, uel Romanę Pontifici ſubiecta ipſe Epiſcopus, uel eius generalis Vicarius, uel alius ad hoc ſpecialiter deputatus concedere poteſt. Quò autem ad exempta, regularis Superior cui ſubduntur, illam præbendi ius habet. Vbi tñ conſuetudo uiget, ut ab utroq. Superiore licentia quò ad exempta petatur, ſeruãda, eſt *c. illa d.* 12. *Piaſecius in praxi epiſcopali. p.* 2. *c.* 3. *Belloch de caſ. reſer. p.* 2. *q.* 9.

Quæ quidem ſiue ad colloquendum, ſiue ad ingrediẽdum, abſq; termini præfinitione data ſit, pro prima tantum uice intelligitur, ut quò ad primam partem, tenet *Nau. comment.* 4. *de regul. num.* 59. & 6. *Azor p.* 1. *l.* 13. *c.* 8. *q.* 7. *Miranda in tr. de monial. q.* 1. *art.* 2. Et ſecũdã aſſertionem probat *Sbroz. de off.* Vicar. *l.* 2. *q.* 210. *Vgol. de off.* Epiſc. *p.* 1. §. 3. *num.* 3. *in fi.*

4 *Comprehenſio.*

QVarto, incidunt etiam aduenæ, qui in loco ubi caſus reſeruatur, ad monaſteria abſque prædicta facultate accedunt cum ratione delicti ibi delinquens forum ſortiatur. *c. fin. de foro cõp. Sayr. lib.* 1. *de cenſ. c.* 6. *num.* 34. *Bonacin de cenſ. d.* 1. *q.* 3. *pun.* 2. *nu.* 5.

Quò etiam fit, ut regulares exempti incidant, neque ſolum caſu reſeruato ligentur uerum etiam excommunicationis uinculo, ſi ab Epiſcopo lata ſit. *Barb. de Epiſc. Alleg.* 105 *n.* 13. Niſi tamen Pontificio priuilegio gauderent, ut ab Epiſcopis excõicationis gladio feriri non poſſint. *Cappuc. in annot. ad priuileg. mend. in u. acceſſus ad monaſteria Roder. in queſt. reg. tom.* 1. *q.* 45. *art.* 2. & *tom.* 2. *q.* 63. *ar.* 11. *Sanch. de mat. lib.* 7. *d.* 33. *n.* 25.

Imo *Rolandus à Val. uolum.* 3. *conſ.* 32 & *Marc. Anton. Genuẽſ. in praxi Cur. Archiep. Neap c.* 33. & *in Man. paſt. c.* 82. *Azor. p.* 1. *l.* 5. *c.*

5. *c.* 25. *q.* 4. *Campan. Rub.* 12. *c.* 16. *nu.* 4. tradunt, ualere ſtatutum Epiſcopi, quo in accedentes ad monaſteria monialium exempta, & regularibus ſubdita excommunicationis pœna animaduertere ſolet, & contrafacientes illa uinciri, quando ſpecialis mentio de monaſterijs exemptis facta eſt. *arg. Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de reg ca.* 5. & Bulla Greg. XV. *de Exemp. priuil.* vbi habetur, moniales exemptas, & etiam viros regulares quò ad clauſurã Epo Apoſtolica auctoritate ſubijci.

Addo etiam religioſos accedentes ad ſanctimonialium monaſteria ſine licentia in ſcriptis à ſacra Congregatione Cardinalium obtenta, peccare mortaliter, & voce actiua, & paſſiua priuari. *Capp. l. c. in v. ingredi. Sayr. l.* 3. *clauis reg. c.* 9. *num.* 35. *Graff. p.* 2. *conſ.* 2. *de regul. Io. Pet. Barchius in ſpeculo* Monial. *c.* 9. D*uar. l.* 3. *q.* 2. §. 8. *nu.* 47. *Coriol. p.* 2. *caſu* 3. *num.* 29.

Hodie tamen, vt alibi monui, regulares quater in anno cum Epiſcopi licentia poſſunt alloqui moniales in 1. & 2. gradu coſanguinitatis coniunctas. *Bèlloch. p.* 2. *q.* 9. *n.* 214. *Quar. in v. monaſteria. Vgol. l. c* §. 4. *n.* 4.

Milites S. Ioannis an caſu ligentur, &c.

NOtat etiam ibi Quaranta Decretum illud ad regulares milities, ſeu Equites S. Ioannis extenſum eſſe, vt ſacra ipſa Card. Cõgregatio generali Vicario Neapolitano reſcripſit: cum. n. tria ſubſtantialia uota emittant, nempe caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, uere religioſi cenſendi ſunt, ac proinde regularium priuilegiis, Canonis, fori, immunitatis, & aliis gaudent. *Nau. conſ.* 2. *de conuerſ. coniug. & conſ.* 21. *de regul. Arrag.* 22. *q.* 88. *art.* 11. *Sanchez. l.* 2. *de matr. diſp* 18. *num.* 8. *Azor. p.* 1. *l.* 13. *c.* 3. *Campanil.* Rub. 12. *c.* 16. *n.* 44. *Roder. tom.* 1 *qq. regul. q.* 2. *art.* 6. Miranda *tom.* 1. Pr*alat. regul. q.* 4. *art.* 15.

Qui tamen aliquam religionem ingredi uouit, uoti obligationi ſatisfacere non cenſetur ſi habitum Equitum D. Ioãnis aſſumat, ſiquidem uouẽtes hunc ſtatum eligere non intendũt, ſed eum in quo in communi à tumultibus, & ſecularibus curis longe uiuitur. *Sanch. de præcept. l.* 4. *c.* 16. *Bonac. de legib. q* 2 *pun.* 4 §. 6. & alij.

Qui non incidant in caſum.

1 *Exceptio.*

HOc uero caſu reſeruato non ligantur pueri uel puellæ, qui rationis uſu carent, illa enim ætas quidquid uidet ignorat. *L. 1. C. de falſa moneta. c. 1. de delict. puer. c.* 1. ubi *Barboſa de ſentent. excommun.*

Quinimo etiamſi monaſterii ſepta ingrediantur, in excommunicationem minime incidunt. *Sayr. lib. 5. de cenſ. c. 4. n. 21. Sa. in eſ horiſ. in v. pueri. Azor. p. 1. lib. 13. c. 8. q. 5.*

Vnde etiam ex quadam neceſſaria ſequela dicendum uidetur moniales quæ ipſos infantes introducunt non ligari *Nav. in comment. 4. de regul. num. 59. Fuſchus l. 2. de viſit. Eccleſ. c. 18. num. 25. Cord. in quæſt. caſuum conſc. q. 60. Sanch. l. 6. c. 16. num. 9. Barb. de Epiſcopo Alleg. 102. num. 32. Bonac. de legib. diſp. 1. q. 1. pun. 6. num. 7.*

Aliquib. tamen uiſum eſt, excommunicationem non effugere, qui infantem etiam non doli capacem intra ſepta Monaſterii exciperet. ut per *Comitulum in reſpon. caſuum conſcient. lib. 6. & q. 22.* ubi refert Illuſtriſs. Card. S. Seuerinæ, Summum Pœnitentiarium ſic conſultum olim reſpondiſſe.

Proinde in praxi fauore animæ hæc tutior pars eligenda eſſet. *Abb. in c. ex tenore. ext. qui fil. ſint leg. c. iuuenis vbi Barb. ext. de ſpõſ.*

Sapiẽtis eſt. n. dicere cum *Iob. c. 9.* Verebar omnia opera mea, ſciens, quod delinquenti non parceres. ut etiam tenet *Vgol. de off. Epiſc. p. 1. c. 21. §. 3. vt Nald. in v. clauſura num.* 4. & alij.

2 *Exceptio.*

SEcundo hoc caſu non afficitur, qui accedit ad monaſterium, ſed nihil cum monialibus, vel aliis incluſis loquitur, cum duo neceſſariò requirantur, acceſſio, & locutio: quò fit vt caſu ille non comprehendatur, qui è domo monaſterio contigua reciprocè, ſed honeſtè cum Moniali loquitur. *Graſſius l. c. num.* 23.

3 *Exceptio.*

TErtio, qui habens facultatem alloquendi aliquam non dolosè, ſed bona fide urbanitatis cauſa per accidens modicis, &

com-

compẽdioſis uerbis aliam Monialem alloqueretur. Cum in omni actu illud ſemper inſpici debeat, quod principaliter fit. *c. cum uoluntate. de ſentent. excom.* & regulariter paruitas rei ex communi DD. enuntiatione à culpa mortali excuſat, &c. *arg. c. at ſi quæſt. de ſimon.*

Vnde non incideret, qui monialem tantum ſalutaret, uel ab ea de ſuo ſtatu interrogatus reſponderet, &c. *Graff. l. 4. decis. c. 8. nu. 5. Finell. c. 5. num. 10. Flaron. p. 1. c. 1. §. 1. num. 5.*

Sicut etiam paruitas materiæ excuſat ubi non eſt perfecta clauſuræ uiolatio, ut ſi vno tantum pede monialis ſine licentia exeat. *Sãchez l. 6. c. 16. num. 70. Bonac. de clauſ. q. 1. pun. 8. num. 7.*

4 *Exceptio.*

QVarto, famuli, uel famulæ, quæ nomine Dominorum aliquã munera Monialibus, uel alijs in clauſura degentibus deferunt, ſiue aliquod licitum, & honeſtum uerbum, ſeu nuntium referunt. nam ut habetur *in l. non uidetur §. qui iuſſu. ff. de reg. iur.* Qui iuſſu Iudicis aliquid facit, non uidetur dolo malo facere, quia parere neceſſe habet. *Graff. p. 1. conſ. 22. de ſent. excom. num. 35.*

Famuli quando incidant in caſum.

FAmulos tamen, uel famulas incidere dicendum eſſet, ſi in rebus turpibus mediatores exiſterent, ut ſi internuntia, uel ſcripta etiam honeſta, ordinata tamen ad prauam amicitiam ineundam deferrent.

Quinimo cenſerem à caſu non eximi, ſi probabiliter dubitantes aliquid turpe, & obſcœnum in literis contineri, ut quia perſonæ ſunt ualde ſuſpectæ, ad ipſas moniales, uel alias in clauſura degentes perferrent; iuxta tradita per *Sanch. l. 1. de precep. c. 7. num. 26. Rebellum p. 1. l. 2. q. 14. num. 53. Zerulam in Praxi pœnit. c. 25. q. 17. Bonac. de mat. q. 3. pun. 14. & c. 10. num. 64.*

Pro utili autem praxi, in huiuſmodi dubiis, quando propria induſtria rei ueritas inueniri non poteſt, tutiſſimum remedium eſt boni, & doctiui uiri præſertim pii, & diſcreti Confeſſarii conſilium ſequi, iuxta illud D. Lodouici Galliæ Regis morituri ad filium ſalutis

monitum: Elige tibi Confeſſorem,& idoneum,& probum; qui ſapienter quid agere, quid fugere debeas, edoceat. *Sayr. lib. 1. cl. reg. c. 13. num. 7.*

Famulorum conditiones.

QVippe boni famuli (quaſi religioſi Deo) Domino ſuo ſeruire debent, uidelicet ſeruando paupertatem, caſtitatem,& obedientiam, paupertatem quidem ut ſtipendiis ſuis,& alimentis contenti Domino res non ſurripiant, quod eſſe ſolet eorum familiare uitium, iuxta illud,

Quid Domini facient audent cum talia fures?

Gloſ. in l. Iulianus ff. de act. empti Quos ſi calculatores deputas, Falcidiam,& Trebellianicam detrahere docent. *gloſ. in l ne diutius C. de num. lib. 12. Bonacoſſa in tr. de ſeruis,& famulis in proemio.*

Caſtitatem, ne ſcorta nutriant,& ne in domo inhoneſte uiuant. Obedientiam ut Domino obtemperent quidem; ſed ſecundum regulam, non contra illam, famulorum autem religio, & regula eſt chriſtiana lex, ad cuius præſcriptum uitam exigere debent. *c. Iulianus. 11. q. 3. Lauredan in Sylua mor. in v. famuli.*

Verum ut quidã Comicus ait, Famuli ſunt uelut pepones, è quibus uix in quinquaginta unum bonum reperias, quia Tot hoſtes habemus quot ſeruos. *D. Anton p. 2. tit. 6. c. 22. §. 1.*

5 *Exceptio.*

QVinto cooperantes ut allocutio fiat nõ incidũt, cum pœnalia extẽdi non debeant. Vnde *Imola in d. c. Monaſteria tit. de uit. & honeſt. cler.* ait, quod cum pœna illius textus ſoli frequentanti imponatur, conſentientes,& opem dantes & ſi peccent, caſu tamen reſeruato non innodantur.

6 *Exceptio.*

SExto, cum is caſus ſit tantum malus quia prohibitus, non incíderent, qui ignorantes hunc eſſe caſum reſeruatum, bona fide nec ad malum finem accederent, uel quia Confeſſarius monaſterii ſiue Præfecta aſſereret ſe poſſe licentiam concedere,&c. Vbi enim

non

non adeſt contumacia, uel inobedientia, non eſt peccatum mortale, & per conſequens, nec caſus reſeruatus, nec etiam cenſuram incurritur. *c. 2. de conſtit. in 6. Io. Bapt. Coſta de facti ſciam, & ignor. cent. 2. d. 48. Burſ. vol. 3. conſ. 318. Borell. de Ed. Mag. l. 2. c. 11. Sanch. lib. 9. de mat. d. 32. q. 3. Barb. in c. 2. conſtit. & in c. 4. de ſent. excomm.* ubi tradit ignorantiam probari aſſertione dicẽtis ſe ignoraſſe. Vide *par. 1, c. 1. & 2.*

7 Exceptio.

SEptimo non incidit monialis quæ cum accedente ſine licentia loquitur, licet culpam aliquando mortalem, non effigiat cum in Edicti tranſgreſſionem particeps fiat. *Barch. in ſpec. monial. c. 9.*

In hac Vrbe ex ueteri uſu ſic recepto nonnulla Monaſteria excipi ſolent, ad quæ ex iuſta, honeſta, & rationabili cauſa accedentes, Superiorum licentia non egent, eo quòd ibi cancellorum repagulis obiectis moniales præſentes cerni non poſſint. &c. Cuiuſmodi ſunt Monaſteria Corporis Chriſti, D. Bernardini, & Angelorum.

Oculus quippe, & aſpectus impuri amoris ſedes dici ſolet, ſicut ille cecinit:

Si neſcis oculi ſunt in amore Duces.

Quare laudari ſolet Alexander Magnu quod dixerit, Dolores oculorum ſunt Perſicæ puellę, ſed ego eas tanquam inamines ſtatuas prętereo.

Et veriſſimum eſt illud philoſophi affatum: Nihil intellectum ſui iniecta notione ferire, quod non prius ex ſenſibus, oculorum prę ſertim, ſubintrauit. *Cornel. Ianſ in cõment. ſuper eccl. c. 9. Baldeſ in ſtim. ad virt. p. 1. c. 6. Arias. de mortificat. c. 15. Iuſtinell. in triumpho caſtit. p. 3. remed. 10.*

Praxis obſeruanda circa hunc caſum, &c.

PRaxis quam Pęnitentiarius, ſiue Confeſſarius erga eum, qui ſine licentia, uel cum ea ſed falſa, ad monaſteria acceſſit, obſeruare debet erit,

1 Obſeruatio.

PRimo ut interroget, an Epiſcopi prohibitionem ſciuerit, qua intentione, qua de cauſa, bona, an mala fide acceſſerit quid ibi, coram quibus locutus fuerit, an loquendo aliqua turpi, & moroſa dele-

delectatione affectus fuerit; vt dignoſcatur an ſacrilegè aliquid perpetrauerit, & ſic non ſolum in hanc partem caſus, ſed in priorem etiam inciderit.

Voluntate enim, & propoſito maleficia diſtinguuntur. Et non tantum attendendum eſt quod fit, quantum quo animo, *d. c. cum voluntate de ſent. excõ. c. ſi quandoque. 15. q. 6. c. aut. facta. de pæn. d. 1. arg. Graff. de caſ. reſ. l. 2. c. 21. num. 24.*

Vbi non ſoluens legatum pium cauſa faciendæ cõpenſationis cũ teſtatore, vel eius hæredibus, non incidit in caſum reſeruatum ab Epiſcopo poſitum; legata enim non debentur niſi deducto ære alieno. Et hanc regulam adducit, voluntas, & propoſitum, &c.

Vnde eſt illud: Tolle voluntatem, & non erit diſcrimen in actu; Quæ ſententia elegantiſſime memoratur *in conuiuio Platonis*, & ex parte à Gellio expoſita eſt *lib. 17. noct. Att. c. 20.*

Et quidquid agunt homines intentio iudicat omnes.

Item Intentio operi nomen imponit. *Titelmanus ſuper pſal 138.*

2. Obſeruatio

SEcundo ſi Edicti tranſgreſſor religioſus fuerit, illi ſignificandũ eſt, pœnas à S. Congregatione Cardinalium inflictas ipſo facto incurriſſe, licet ab officio, & voce actiua, & paſſiua ſe abdicare nõ teneatur, quando per huiuſmodi renuntiationem, & abdicationem, ſuum delictum manifeſtari poſſet, ac fama, honorque periclitari.

Quò in caſu illi conſulendum erit, ut omni ſtudio, & diligentia diſpenſationem à Superioribus per ſe, uel Confeſſarium petat, quã haud dubium quin Generalis, & Prouincialis concedere poſſint. *Sayr. lib. 3. claui reg. c. 9. num. 35. Roder. tom. 1. reg. qq. q. 20. art. 2.*

His qui ſe excuſare ſolent, ſe non mala intentione, quamuis ſine Superiorum facultate ad Monaſteria acceſſiſſe, ſed non eſſe ingreſſos, &c. à Pœnitentiario reſpondendũ eſt, inobedientiam illos reos, & trangreſſores Edicti Antiſtitum conſtituere, cum ipſius prohibitionem non ignorent. Illudque obijciendum: Obedientiam eſſe felicitatis matrem, illumque bonum uirum dici, teſte *Horatio*,

Qui conſulta Patrum, qui leges, iuraque ſeruat.

Vnde partes Pœnitentiarij, ac Confeſſarii erunt, acriter tàm moniales quàm illas alloquentes obiurgare, & grauem pœnitentiã præſeruatiuã ſi etiã in poſterũ ipsã obedictiam uiolauerint iniungere

ſe cum plures pœnarum grauitas, quàm Dei timor à voluntate peccandi arcere ſolent *c. 2. in Extrauag. de ſimon.*

Monitum.

PORRO Epiſcopi munus erit curare vt ſanctimonialibus congrua alimenta non deſint, certum eſt enim, & quotidiana experientia, compertum eſt ob neceſſarii victus defectum multa pericula, & inconuenientia conſequi, quia licet ob hanc cauſam corpore ſepta monaſterii non exeant, ſpiritu tamen cum ingenti iactura paupertatis, obedientiæ, ac caſtitatis egrediuntur.

Quæ mala vitari cupiens *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 3. ſtatuit vt illæ tantum moniales recipiantur, quæ monaſterii redditibus ali poſſint. *Morales in Matth. l.* 1. *n.* 36. *Barboſ. de Epo p.* 3. *Alleg.* 98. *arg. Tuſch. in v. moniales concl.* 335. Et nos *de Exam. p.* 3. *tr.* 3. *c.* 13. *q.* 11. *ſupp.* 3.

De ſexto caſu, qui eſt lenocinium in proprias filias, ac ſorores.

Cap. *VI.*

Lenocinij criminis grauitas.

LENONUM, lenarumque genus peſſimum, & omnium eſt maximè deteſtabile, quod *Iuſtinianus in Authenica de lenonib.* nefandum appellat. Hi namque peſſimis, & peſtiferis artibus, doloſiſque ſuaſionibus, ac fallaciis, probas, & honeſtas mulieres inficiunt, ac ſubuertunt. Vnde *Aegid. Maſerius in comment. ad Val. Flacc. & Io. de Platea in l. cum ſupra C. de re milit. lib.* 12. *&* Lud. *Peguera in deciſ. crimin. capit.* 19. *num.* 4. dixerunt, lenonum genus eſſe peſtiferum, nefandum, crudele, odioſum, peſſimum, & ſceleratum. Et dici lenones ab alliciendo, eo quod blandiendo ſeducant.

Et proculdubio maius, & grauius eſt delictum, quàm adulterii, cum adulteri in ſe tantum, & in fœminam peccent, lenones verò præter ſeipſos, duos alios ad peccatum pertrahant. vt dicit *Goff. in l. palā § lenocinium ff. de ritu nupt. &* Petr. *Gabal. in reſol. crim. caſu* 171. *&* M*enoch. cent.* 6. *de arbit. ind. caſu* 534. *& Farinac. q.* 143. §. *pœna lenocinii*. De quib. illud infelicitatis elogiū dici poteſt. Immolauerūt filios ſuos, & filias ſuas Dæmoniis, &c. Pſ. 105. Qui ne malo ſint exemplo, & vrbes inficiant, pellendi, & exterminandi eſſent. vt præcipit I*mp. in d. authen. de lenon.*

Sicuti & meretrices nedum de vicinia, ſed etiam de vrbibus honeſta.

An meretrices vt ab honeſtis matronis internoſcantur, aliquod ſignum deferre cogi poſſint.

Porro meretrices, vt ab alijs honeſtis matronis internoſcantur, aliquem amictum palam induere debent, ex quo omnibus turpis earum conditio appareat, & veluti commonſtretur; idque nō ſolum vt certum inter honeſtas turpeſque diſcrimen ſtatuatur, ſed etiam vt ipſæ quamquam in omnē licentiam dedecuſque proiectæ ea ſaltem inſigni, ac turpitudinis ſuæ nota, nōnihil commoueantur, coerceanturque. *Decius in l. ſemper in contractib. ff. de reg. Iu. Bermond. de pub. concub. rub. de ſtupro. num.* 32. *Menoch. de Arbit. Iud. cēt. 6. caſu* 535. *num.* 18. contra *Aegidium de Priuileg. honeſt. art. 9.*

Quinimo quæ eò progreſſæ ſunt, vt vulgato corpore impudicitiā profiteri non vereantur, ne earum licentiæ, ac fœditatis aſpectus cōtagiumque probarum conſtantiam labefactare, & cōuellere poſſit, domicilijs etiam ab honeſtis ſegregandæ ſunt, & in abditam vrbis partem procul oculis, & frequentia ciuium remouēdæ. *Nau. c. 27. n.* 195. *Graff. l. 1. deciſ. aur. c.* 28. *num.* 20.

Nihil eſt quod magis animas ad tartara detrudat quàm pellices, ac fornicatio, hominem enim dementant, iuxta illud *Oſeæ.* 4. Ebrietas, & fornicatio auferūt cor. Vnde Pontanus in *Dialogis*, & *Laured. in Sylua mor. v. meretrices* referunt de quodam Equite, & Armigero qui meretricem quām deperibat, ſuper pontem Ticini flumini Papiæ inuenit, quæ illi dixit. Si tu me vere amares, te de hoc ponte proijceres, quod vt audiuit, vt erat equo inſidens, cum ipſo ſe præcipitem dedit. Iure meretrices lupæ vocantur, vnde & lupanar dictum: quid enim armenta, & gregem magis quam lupę deſtruunt? ſed quid magis Chriſti oues, & gregem quam meretrices? vt merito ille dixerit.

Scribatur portis meretrix eſt ianua mortis.

Propterea Concionatores qui in ſacra pagina canes dicuntur, vt oſtendimus. *in 3. p. de Exam. Eccleſ. tr.* 15. *c. 2. q. 3. Reſol.* 1. in has lupas inuehi ac latrare debent, &c. Confeſſarij pariter cum tempore Paſchatis ad eos accedunt, non debent eſſe canes muti, ſed monitis ſalutis, ac conſilijs illas iuuare debent. iuxta *c. quod quidam. ext. de*

Panis & remiſſ. Zerula in praxi Epiſc. p. 1. v. lupanar. §. 3. Fagundez. de Præcep. Eccl. Præcep. 2. l. 1. c. 4. num. 7.

Concubinarij an à Prælatis ad tempus tolerentur.

QVi etiam cauti eſſe debent circa Canonicam regulam quod de duobus malis minus eſt eligendum *c. quod David. 22. q. 4.* vt propterea illi doctrinæ adhæreant, Prælatos poſſe ſine culpa ſubditũ ad tempus in concubinatu tolerare, ſi crederent deteriorem futurum, ſi ad concubinam dimittendam compelleretur, vt aliqui tenuerunt vt *Abbas in c. vt clericorum ext. de vita, & honeſt. cler. & Diaz. in Pract. crim. can. c. 73.* & nonnulli alij, illa enim poſitio cui innituntur, procedit vbi duo mala vrgent, & vtrumque euitari nequit, ita vt alterũ ſubire ſit neceſſe. &c. vt explicat *Cagn. in l. quoties ff. de reg. Iu. & Cacheran. Deciſ.* 137.

Et ſane miſeri cõcubinarij vt in ſuis libidinibus vt ſues volutarentur fingerent ſe peiora, ac grauiora cõmiſſuros. &c. vt tradit *Decian. lib 6. rerum crim. c* 21. *De quare Conc. Trident. ſeſſ.* 24. *de refor. c.* 10. *& Farinac. in Praxi de delict. car. q.* 138. *Graff. l.* 2. *Deciſ. aur. c.* 76. *& de caſ. reſ. l* 1. *c.* 18.

Hinc multi Epiſcopi publicorum concubinariorum abſolutionẽ ſibi reſeruant tales qui dicuntur, qñ de crimine conuicti apparent ꝑ ſententiam, vel per ipſorum confeſſionem in iudicio factam, vel per facti euidentiam, quæ nulla tergiuerſatione celari poteſt. *Abb. in c. veſtra ext. de cohab. cler. & mul. Azor. p. 3. l. 3. c. 5. & 6.*

Vbi tradunt publicum concubinarium etiam dici non ſolum qui domi, ſed etiã in alienis ædibus concubinã habet, & ſolet cum ea commiſceri. *Vide de Exam. p. 1. tr. 7. c. 23. q.* 104.

Quomodo uero in praxi ſacramenti pęnitentiæ miniſter circa meretrices ſe gerere debeat conſule, quę ſcripſimus *in 1. p. de Exam. Eccl. tract. 5. cap. 13. q. 82. & tr. 7. c. 23. q. 103. & par. 2. c. 24. q. 76.*

Lenocinij pœna.

LEnocinij etiam atrocitas ex inflicta pœna deprehenditur, ĩnã vbi lenocinium committẽs eſſet parens, maritus, vel frater, pęna mortis vindicatur, cum hoc crimen eò grauius ſit, quò ab his admittitur, qui ſuorũ honorẽ tueri dẽnt, *in d. auth de lenon. §. ſãcimus.*

Iure etiam Cæſareo variis plecti ſolẽt pęnis lenones iſti, nam infamia notantur, & propterea viliſſimæ perſonæ reputanẽ, ita ut nec teſti-

teſtimonium ferre poſſint, & factione teſtamenti tàm actiua, quàm paſſiua priuentur.

Iure etiam Pontificio tanquam infames, & irregularitatis labe infecti à quibuſcunq; ordinibus excluduntur *c. ſi cuius ubi gloſſ. d. 34. Maiolus de irregularitate l. 5. c. 41. num. 1. Vgol. de irregularitate c. 60. §. 1 num. 3 & Menoch. l. c. num. 46.*

Vnde ex his ſatis liquet, quot, & quantis rationibus motus Illuſtriſſimus Archiepiſcopus hunc lenocinii caſum reſeruauerit.

Quinam parentes in caſum incidant.

INcidit autem in hunc caſum, & eo comprehenditur?

1 *Comprehenſio.*

PRimo pater, vel mater, etiam ſi ſemel tantum propriam filiam proſtituerit; cum vt lenones dicantur vnicus tantum actus ſufficiat. arg. quod tradit C*aballus l. c. num. 12. §. Item lex. Iulia Inſt. de pub. Iud. Lopez. in ſcholijs ad Diaz. in Prac. can. c. 90. T uſch. in v. diſpoſitio concl. 499.*

2 *Comprehenſio.*

SEcundo, etiam ſi naturalem filiam proſtitueret, cum filia naturalis ita ſanguinis coniunctionem cum parentibus habeat, ſicuti legitimè nata, ac proinde ipſius honeſtatem tueri, ac conſeruare tenentur.

Et generaliter admonet Sapiens. E*ccleſ. c. 7.* Filiæ tibi ſunt, cuſtodi corpus illarum. *Henriq. lib. 11. de matr. c. 19.* vt dixi *in Commen. de hum. vita Stap. p. 2. c. 20.*

3 *Comprehenſio.*

TErtio, ſi parentes filiæ viduæ pudicitiam, vel honorem venderent, cum negari non poſſit, quin filia dicatur. *Menoch. num. 10.* Imo etiam ſaltem quoad patrem idem dicendum de filia nupta, quæ de legibus Romanorum non in viri, ſed in patris poteſtate eſſe dicitur, illis tamen duobus caſibus exceptis, videlicet concubitu, quem carnis debitum noſtri vocant, & obſequialibus operibus, in quib. viri ditioni ſubeſt. Sicq; intelligitur illud Euripidis dictũ:

Mulier enim egreſſa paternam domum,
Non amplius parentum eſt, ſed mariti.

Tiraq. l. 1. connub. num. 2. & 12.

4. *Comprehenſio.*

QVarto, incidunt parentes etiam ſi nullum per hoc quæſtum, uel lucrum facerent, ſed tantum falſæ amicitiæ cauſa, uel aliqua alia humana ratione moti conſenſerunt, ut filia ſui corporis alteri poteſtatem faceret.

Et ita tanquam principles delinquentes puniuntur, ut pote qui contra naturalem æquitatem peccent, ex qua non præſumitur quod filius uel filia mandato parentum delictum committant. Imo ſalubre conſilium à parẽtib. capere cenſentur. *Alciat. reg. 1. pręſumpt. 2. Curtius ſenior. conſ.* 41. *Menoch. de præſumpt. l. 6. pręſump.* 56. *& ſcribentes in c. afferte. ext. de præſump.* ubi pater uel mater non præſumitur qui filii, uel filiæ ſalutem non diligit.

5. *Comprehenſio.*

QVinto, etiam ſi aliàs filia ſui corporis copiam alteri factura erat, & Parentes non obſtiterunt; nam faciens, & conſentiẽs pari pœna puniuntur *c. 1. de officio deleg. c. quanta. de ſent. excommun.* iam autem qui facile impedire poteſt, & non impedit, cum ad hoc teneatur, conſentire uidetur. ut ibi ſupra tradit *Abb. & Nau. in c. non inferendæ. concl. 4, nu.* 18. 23. 43.

Clarum eſt autem parentes legibus tùm charitatis, tùm iuſtitiæ ad tria erga filios, uel filias teneri, uidelicet ad educationem, eruditionem, & correctionem. *Sayr. lib. 7. clauis regię c. 7. num.* 4. *Morales in* Matth. *lib. 1. tr. 9. num.* 24. & nos *in d. comment. de Stat. p. 2. c.* 20. *& in 1. p. de Exam. tr. 7. c. 22 q. 99.*

Nec dubium, quin admonere, & etiam cum opus eſt, aliquam moderatam pœnam infligere debeant, etiam ſi correctionem moleſtè ferant, iuxta illud Sapientis:

Cum moneas aliquem, nec ſe velit ipſe moneri;
Si tibi ſit charus, noli deſiſtere cęptis.

Partes enim boni medici ſunt ægro non parcere, etiam ſi oblatã medicinam ægro animo ferat. At omnis medicina habet ad tempus amaritudinem, ſed poſtea ſanitatis fructu compenſatur.

Et ex Patrum ſententia æque obſeruandus eſt medicus ungens, & pungens; ſicut æque laudandus eſt Deus cum punit, & cum ſupplicio

plicio eximit, utraque enim ſunt curationis, utraque amoris ac bonitatis.

6 *Comprehenſio.*

SExto incidunt, qui ob paupertatem filias proſtituunt, cum ei nõ ſit ignoſcendum, qui paupertatis prætextu turpiſſimam uitam ducit. *l. palam ff. de ritu nupt. c. quoniam. ext. de ſimonia. Surd. de alim. tit* 8. *priuileg.* 40. *Tiraq. de temp. pœn. cauſ.* 13.

Licet ſecus ſit in furto, quod ob neceſſitatem permittitur. *c. ſi quis ubi Barb. ext. de furtis. Decius in l. quæ propter ff. de reg. iur.*

Cur in caſu neceſſitatis furari, non autem fornicari liceat.

VBi illam communem afferunt rationem, quod tunc furti deformitas ceſſat, eo quod in neceſſitate omnia ſunt communia: Fornicatio autem cum intrinſecè mala ſit, nunquã licite permitti poteſt; unde mortem potius quis pati debet, quàm illi conſentire, *c. ſacris. ext. de his, quę vi. met. ve cauſa.*

Parentes tamen ex ui patrię poteſtatis filiũ ob famis neceſſitatẽ uendere ualent *l.* 2. *de pat. qui fil. diſt. Cagnol. in l. non debet ff. de reg. Iu. Tiraq. de utroq. retr.* §. 26. *gloſſ.* 1. *Aſcan. Clement. de poteſt. eſſectu.* 1.

7 *Comprehenſio.*

SEptimo, ſi propriorum filiorum marium pudicitiam proſtituerent, cum hoc ſit longe grauius ſcelus, per ea quæ tradit. *Graſ. conſ.* 1. *de cognat. ſpirituali num.* 45. & quæ dixi ſupra de caſu ſodomiæ, & de copula filiæ ſpiritualis.

Et p à nobis tradita *in p.* 3. *de Exam. Eccl. tr.* 13. *c.* 3. *q.* 13. ubi reſoluimus, ea quæ de ſolicitatione filiæ ſpiritualis Põtificiis Sanctionibus cauentur ad pueros extendi. &c.

Qui non incidant in caſum.

NOn incidunt in caſum, nec eius reſeruatione afficiuntur;

1 *Exceptio.*

PRimo, ſi ipſis parentibus repugnantibus, turpidini filia ipſa cõſenſerit, etiam ſi parentes in eadem domo cohabitent, & poſtmodum de pretio ab amaſio dato ut paupercs uiuant.

Porro

Porro hic notandum uidetur, filiam quæ poſt 25. annum turpiter peccauit, nec legitima, nec dote neque alimentis priuari poſſe, caſus enim patris culpæ aſcribitur, qui tandiu eam in matrimonio collocare diſtulit. *Authen. ſed ſi poſt C. de inoff. teſtam. Io. de Amicis conſ. 91. Mang de imput. leg. q. 51. Merlin. de legit. l. 4. tit. 1. q. 5. Ant. Theſſ inq 7. Forenſ. l. 1. q. 70. Sanch. l. 4. de mat. d. 24. Bonac. tom. 1. d. 6. q. 1 pun. 6. §. 3.*

2 Exceptio.

SEcundo, ſi ipſorum parentum conſenſus, uel conniuentia exitũ non habuerit, ut quia filia conſilium non approbauerit, uel ipſam pœnituerit, &c. cum ut ſæpe diximus, caſus reſeruatus de actu perfecto, & conſummato intelligitur. Et fauet Cōſtitutio Pauli IV. & Sixti V. de temeraria thori ſeparatione, in qua pœna ultimi ſupplicij contra parentes, & maritos lenones filiarum, & uxorum inflicta, non habet locum niſi re ipſa proſtituerint. *Farin. q. 144. n. 33.*

3 Exceptio.

TErtio, auus, uel auia, cum caſus reſeruatio ſtricti iuris ſit, & termini proprie intelligendi ſint; & ſi aliàs lato ſumpto uocabulo parentum nomine Superiores utriuſque ſexus in infinitum comprehendantur. *l. appellatione parentis. ff. de ver. ſignif. vbi Alciat.*

4 Exceptio.

QVarto, Tutores excluduntur, & ſi aliàs à iure dentur: Primo, ut pupillos à criminibus intactos conſeruent. Secundo, ut eorum res ab impiorum iniuria tueantur, & eas augeãt. *c. omnis ætas 12. q. 1. Tab. & Arm. in ver. tutela. Nauar. c. 25. num. 66. Mol. de iuſt. & iur. diſp. 223. Rebel de oblig. iuſt. l. 17. q. 1.* ut tradidimus *p. 1. de Exam. tr. 7. c. 17. q. 82.*

Cum enim impuberes ob ætatis imbecillitatem ſe ipſos tueri neſciant, naturali rationi congruit, ut à prudentioribus firmum animi iudicium habentibus regantur, & defendantur. *l. 1 ff. de minor.*

Et nos *in Comment. de Hum. vita Stat. p. 2 c. 16. oblig. 3. & de Exam. Eccleſ. p. 1. tr. 7. c. 17. q. 81. & p. 2. tr. 10. c. 3. q. 5.*

5 Ex-

5 *Exceptio.*

QVinto, eadem ratione non ligantur patres, vel matres ſpirituales, vt ſunt patrini, vel matrinæ, quæ filias, vel filios de ſacro fonte ſuſceperunt. *c. vos ante omnia. de conſec. d. 4.*

Et ſi dicatur ſpirituales filios plus diligendos quàm carnales; quia religioſiores ſunt copulæ mẽtium, quàm corporum. *gl. in c. Pitacium. 30. q. 3. Tiraquel. de temp. pœnis. cau. 21.* ſi quidem parentes hoc loco intelligi debent, à quibus quis eſt genitus, & per quos huius vitæ vſuram accepit.

Eiſdem fere modis & rationibus, incidit in caſum maritus, & ab eo eximitur quib. & parẽtes. Quibus addo, quod & ipſe maritus eò grauius delinquit vxoris adulterio conſentiendo, quò magis tenetur eius pudicitiam conſeruare, adeò vt ſolum retinendo vxorem in adulterio deprehenſam, vel alias patiendo, vel ipſius adulterio conſentiendo, leno de iure ciuili, & in foro externo dicatur, & lenocinii pęna puniatur. *Far. q. 144. §. retentio.*

Quomodo autem probetur vxoris audulterium, & qualiter mariti lenocinio reflectatur, explicat *Rimin. Iun. vol. 2. conſ.* 160. *Crauetta conſ.* 205 *Burſat. vol. 4. conſ.* 435.

Et in foro conſcientiæ, cum ſuſpicionẽ participationis in crimine vxoris retinendo euitare apud homines non poteſt, eam à ſe abdicare tenetur: quia ſcandalum amputare eum oportet, ne in peccatũ vxoris conſentire cenſeatur: communis eſt DD. ſentẽtia *in 4. ſent. d. 36. Bonacin. de matrim. q. 4. punct. 5. num. 13. Barboſa in c. 3. de adult. & ſtup.*

Et eadem eſt ratio, quando dimiſſio ad eius correctionem, & emendationem neceſſaria iudicaretur. *c. ſi vir. ext. de adult.*

Quot modis uxor caſtigetur.

QVandoquidem *D. Chryſoſtom. in homil. 26. in Matth.* docet tribus modis vxorem malè moratam caſtigare, primo admonẽdo, quia multum proficit doctrina iuſtitiæ.

Secundo ſi Dei timorem non ſentit, improperando, vel vt homines erubeſcat: cum pudor ſæpè ſit vitiorum frænum; ſi nec ſic corrigatur,

gatur,faciẽdum eſt,quod Sapiens præcipit, Duram baculo percute. Et ad tempus abdicanda eſt, quia eſt uirtus in verbis,herbis, & in lapidibus. *D D. in 22. q 65. art. 2.*

Proinde incidit in caſum,& à forenſibus tribunalibus ut leno caſtigatur maritus conniuens,& non impediens. *l. mariti ff. de adult. & tradit Thom. Ferrar. cant. 14. num. 6. & Brunus in tract. de confiſcat. bonorum. q. 1.*

Hinc dicimus, incurrere in caſum,& pæna externi foripleẽti poſſe maritum illum, qui fingens ſe ſomnum capere, permittit aliquẽ ad ſuam vxorem accedere; uel dedita opera in aliquo loco moratur, ac hoc ut eius coniux adulterium committat, & cum impedire poſſit, illud, patitur; ut enim ait Damaſus Papa *in c. qui poteſt. 23. q. 3.* Non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Non tamen incurrit uir ille.

Quando maritus in caſum non incurrat.

1 *Exceptio.*

PRimo, qui uxoris adulterium ſuſpicans, illam cum idoneis teſtibus obſeruat, ut eam poſſit de adulterio conuincere, quò reſipiſcat,& in futurum caueat; quia non eſt eius peccato conniuere, ſed eius malitia ad proprium commodum uti; per ea quæ tradit. *Sanch. lib. 10. de mat. diſp. 12. num. 52.*

Quo etiam in caſu diuortium facere poſſet modo de alterius adulterio moraliter ſit certus, ut qñ ipſa adulteriũ cõfiteretur, uel nudus cũ nuda, uel ſola cũ ſolo in lecto eſſet deprehẽſa. *c. literis de præſum.* Nõ tñ uerba amatoria; aut zenia uxori ab adultero miſſa, aut oſcula, & amplexus ſufficiunt, niſi aliæ circunſtantiæ concurrant. *Maſc. de Probat. concl 59. Menoch. de præſumpt præſumpt. 41. Sanch. l. 10. de matrim. d. 12. num. 41. Bonac. q. 4 pun 5. nu. 8. Barb. in c. d. literis. ext. de præſumpt.* Sicuti etiam.

2 *Exceptio.*

SEcundo, ſi adulterio uxoris præter intentionem remotam cauſam præbet, ut ſi uir matrimonialium legum oblitus, uel eas contemnens, adulterium committat, & ipſa etiam uices rependat, prouerbiali illi ſententiæ, male intellectæ dans locum:

Fian.

Frangenti fidem fides frangatur eidem.

l. cum proponas. C. de pactis. c. peruenit el. 2. ext. de iure iu. Menoch. *conſ.* 1. *num.* 364. *Tuſch. in v. fides concl.* 337. *Tiraq. l.* 13. *connub.* Ariſtoteles namque *l.* 1. *Oecon. c.* 4.

Primum, inquit, leges ſint uiro ad uxorem, ut iniuria ceſſet, ſic nec ipſe iniuriam patietur.

Et cum plerumque uiri uxoribus prębeant occaſionem libidinis, ex hoc ortum uideri poteſt, quod *Gulicl. de mente laud. in clem. cum ex eo. de ſententia excom. & Tiraq l* 9. *conn. num.* 232. aſſerunt quod alicubi uiri ex uxorum adulterio puniuntur, ueluti ipſius criminis auctores Arg. *Sanch. l.* 10. *d* 8. *nu.* 29. *&* 30. *Molſ. tr.* 4 *c.* 14 *n.* 54.

Vbi tradũt q̃ licet unius coniugis adulteriũ ſit occultum, & probari nequeat, in foro tamen conſcientię non eſt tutus, & per conſequẽs diuortium contra alium coniugem proſequi nequit etiã alter ſit cõuictus, quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur.

Occultus tamen adulter in eodem conſcientiæ foro iure exigendi debitum non priuatur, vt per eundem. *Sanch. l.* 1. *d.* 68. *num.* 4. *Bonac. q.* 4. *pun.* 5. *num.* 20.

3 Exceptio.

TErtio, ſi bonam opinionem de uxore habens illam ſæpius abſque delectu uagari permittat, uix enim aliud eſt, quod magis mulierum pudicitiæ obſtet.

Siue etiam ſi frequenter abſit, cum uere dicatur maritorum abſentiam uxores impudicas reddere, quod ille his uerſibus indicat:

Sit mora tuta breuis, lenteſcunt tempore curæ,
Vaneſcitque abſens, & nouus intrat amor.

4 Exceptio.

QVarto, ſi ludo, Venere, uel gaſtrimargia res dilapidans, uxorẽ penuria premi permitti, ob quam poſtmodum cauſam uxor ipſa coniugalia iura uiolat. Idem dicendum, ſi ob auaritiam illam in his quæ ad uictum ſpectant egere ſinit (recte enim quidam Sapiens rogatus cui ſimilem auàrum diceret, Cani reſpondit, in præſepe, ille namque nec fœno ueſcitur, nec ut equus eo ueſcatur patitur. Vnde etiam à SS. Patribus auaritia per porcum deſignatur, qui nõ niſi poſt

mortem vtilis eſt) egeſtas namque ingens eſt telum, & nil dira neceſſitate fortius, vt eſt in Prouerbiis apud Manutium. *Sanch. l.* 10. *d.* 5. *num.* 7. *Gutierez. c.* 129. *num.* 8. *Bonac. q.* 4 *pun.* 5. *num.* 14.

Sed, vt dixi, paupertatis, vel neceſſitatis ratio eam ab adulterij culpa non vindicat. *c. quoniam. ext. de ſimonia. Tiraq. de temp. pœnis cauſa.* 13. *Surd. de alim. tit.* 8. *Priuileg.* 40.

Coniugum obligationes.

VIri diligere debẽt vxores ſuas, nec eſſe amari ad illas, ait *Apo. ad Coloſſ. c.* 3. *Et ad Epheſ. c.* 5. Viri, inquit, debent diligere vxores, vt corpora ſua. vbi D. *Thomas lect.* 8. tradit, ob hunc amorem, vtrumq. coniugem honeſtè, & pacificè viuere dẽre; ſiquidẽ propria coniugum in ſuo ſtatu perfectio ad duplicem virtutum ordinem præcipue refertur; prout quædam ſpectant ad mutuam vnionem inter ſe ipſos, & cum ſuis cognatis conſeruandam, vt ſcilicet mutuo ſe iuuent, ſimul viuant, & alter alterius onera portet, vt ſic Chriſti legem adimpleant, vt enim ſunt vna caro, ita propter animorum concordiam decet eſſe vnum vtriuſq. ſpiritum. Aliæ vero ad bonam filiorum educationem, familiæ, & temporalium rerum gubernationem pertinẽt. Vt egi *in tr. de human. vita ſtatibus, & eorum obligat. p.* 2. *c.* 19. & tradit nouiſſime *Stepb. Menoch. in Inſtit. Oecon. l.* 2. *c.* 7.

Quando frater in caſum.

EXplorati itidem iuris eſt incidere in turpem, & grauem lenocinii caſum fratres illos, qui ſororum ſuarum pudicitiam exponunt. Nec dubium, quin contra charitatis, & iuſtitiæ leges hac in re peccetur, cum magna debeat eſſe inter frates, & ſorores beneuolẽtia, & neceſſitudo, vt meritò qui aliquo inſigni amore quempiam proſequitur, aut ab aliquo ſingulariter amatur, frater hoc eſt fere alter, aut alter ipſe, qualis eſt verus amicus, appelletur. Quis enim eſt amicior, quam frater fratri? *Salustius in Iugur. & Gell. l.* 13. *c.* 10. Quod & Menander expreſſit, cum ſic exclamauit;

O quam ſuauis inter fratres concordes amor.

Tiraq. de temp. pænis cauſa 22. *Menoch. conſ.* 62. *num.* 11. *Maſcard.*

de

de probat. conc. 462. num. 8. vt dixi *in comment. de hum. vita Stat. par. 2. cap. 22.*

Si autem frater alterius fratris, vel ſororis iniquitatem diligit, quo quæſo amore illum proſequi cenſetur? Hinc eſt vt ſicut frater alteri fratri egenti alimenta quib. honeſtè ſuſtentetur, præbere tenet, & ſorori pauperi dotē præſtare dēt, qua iuxta generis, & familiæ conditionē cōmodè nubere poſſit. *DD. in c. 3. de arb.* ita etiā eius honorem, & decus ſemper tueri, & conſeruare eum oportet: adeò vt tuta conſcientia religionem ingredi nequeat, ſi in impudicitiæ crimen ipſa ſoror incideret, aut illius periculum ſubiret, ſi à fratre in ſæculo dimitteretur. *Azor. p. 2. l. 2. c. 40. q. 1. & 8. & p. 1. lib. 12. c. 1. q. 8. arg. Tuſchus in v. charitas. concl. 220.*

Vbi tradit conſanguineis potius quam exteris eſſe ſubueniendum. *c. non ſatis diſt.* 86. *Abb. in c. 1. ext. de rebus Eccl. non alien. Mātica de coniect. vlt. volunt l. 6. tit. 3. num. 24.* Me*noch. conſ.* 321. *nu.* 3. *Iuſtin. in Tob. c. 2. verſ. 1. in Doc.*

Quod procedere etiam in religioſis viris cum iura ſanguinis deleri non poſſint, ſi per obedientiam liceat, probat *ex DD. Nigron. in tr. de affectu propinq. moder.* §. 18.

1 *Quando frater hoc caſu non ligetur.*

NOn incideret autem in caſum, quando ſoror eſſet iam matrimonio coniuncta, & illius curam, vel correctionem eius marito relinqueret; cum enim in ipſius viri poteſtatem tranſeat, ſi nauſragetur, ipſi imputandum eſt; ſiquidem, vt *l. c. ait Gellius*: ſoror ſic appellata eſt quod quaſi ſeorſum naſcitur, ab eaque domo ſeparatur, in qua nata eſt, & in aliam familiam transgreditur. vt dixi ſupra ex *Stob. ſerm.* 71. & 75. & *Tiraq. l. 1. connub. num.* 12.

3 *Praxis obſeruanda circa pœnitentes lenones. &c.*

Quid circa confeſſionem obſeruandum.

CIrca confeſſionem obſeruandum eſt, non ſufficere, ſi pœnitens fateatur ſe lenocinium commiſiſſe, ſed quo ſciatur, an ſit ea-

ſus reſeruatus, ipſius ſpecies exprimenda eſt, vt quod fuit erga filiã, vxorem, & ſororem; tum quia ex aliquorum ſententia hæc ſpecie differunt, tùm quia ſaltem hæ circunſtantiæ multum aggrauant, cũ pater, vel mater proſtituendo filiam, vel filium magis peccet contra pietatem filijs debitam, quàm frater, cum ſororem, vel fratrem, proſtituit, & eorum pudicitiam, honeſtatemque proſcribit.

Sicut etiam vir contra matrimonij leges magis delinquit, cum vxorem exponit, quàm frater, &c. per ea, quę ſupra diximus.

Secundo, explicandus eſt numerus peccatorum, quoties ſcilicet pœnitens cauſam directam, vel indirectam lenocinio præbuit, &c. cum apud omnes conſtet, pœnitentem iure diuino numerum peccatorum mortalium, quorum memoriam habet confiteri debere. *Nauar. conſ. 12. de pęnit. & remiſſ. Zerula in praxi* Pœnit. c. 12. q. 36. & alij.

Quid in abſolutione ſeruandum.

QVò ad abſolutionem, oſtendat peccati grauitatem, & ad dolorem, deteſtationemq; eum inducere conetur, & loci mutatione iterum delinquendi occaſiones amputet. Hæc enim ſunt, quæ & ille Ethnicus conſuluit:

Et loca ſępe nocent, fugite loca conſcia veſtri
Concubitus, cauſas illa doloris habent.

Si quid notabile iſti lenones accepiſſent ab his, qui ſui iuris non ſunt, vt ſunt filij familias, religioſi, & huiuſmodi, ad reſtitutionem aſtringat. *Nau. c. 17. num. 31. Graff. lib. 2. deciſ. aur. c. 124. num. 10. Sayr. in cl. reg. l. 10. tr. 5. num. 37.*

Vnde acceptũ pͨcipuè à religioſo ob actũ meretriciũ ſuo monaſterio reſtituendum eſt cum ille vllius rei dominiũ non habeat, nec aliquid in eleemoſynam ſine Superioris licentia dare poſſit; nec ipſe Præfectus ad huiuſmodi prauos vſus illam concedere ualeat: *Nau. Comment. 1. de regul. num. 21 & conſ. 3. de ſtatu monach. num. 33. Azor. tom. 1. l. 12. c. 12. q. 5. Molina tom. 1. de Iuſt. diſp. 94. & 140. & tom. 2. diſp. 276. Leſſius l. 2. c. 18. dub. 11. num. 83. & c. 41. dub. 8. num. 73. Bonac. de largit. mun. diſp. 3. pun. 6. num. 26. Sanct. de apoſtaſia c. 6. dub. 2. num. 12*: contra R. *bell.* Bannes. *& Lopez.* ab eo relatos.

At *Fagnd. de pręcept. l. 8. c. 6. n. 16.* tenet à reſtitutionę excuſari

ob

ob bonam fidem, qua ab illis acceperunt, & q melior ſit poſſidentis conditio, &c.

Licet autem promiſſio facta lenoni non valeat, cum turpis ſit ſi tamen promiſſum ab eo, qui dominus eſt tradatur, donatio ſubſiſtit *l. mercedem.* C. *de condict. ob turpem cauſam.*

Sicut etiam quamuis promiſſio facta mulieri nuptæ de opere fornicario à iure improbetur, & inualida ſit: poſt tamen operis executionem, quod quis pollicitus eſt, ratione datæ fidei in foro conſcientiæ adimplere tenetur. *Bonac. de infra cit.*

Et ipſa nupta, quod ſibi ab his, qui ſui iuris ſunt datum eſt, ſibi retinere poteſt, & clam marito ſic acquiſitum in proprios vſus conuertere, quod idem de filia familias, & ſorore pari ratione dicendũ eſt. *Graff. l. c. & conſ. 1. de furtis, & Sotus lib. 4. de iuſt. & iu. q. 7. art. 1. Bonac. tom. 2. d. 1. q. 3. pun. 3. num. 12.*

Quæ pænitentia lenonibus iniungendę.

GRauis pœnitentia pro modo culpæ iniungenda eſt. Et ſi peccatum eſt publicum, publicam etiam pœnitentiam ſi ad tollendum ſcandalum ita pro communi bono expedire uidebitur, infligere licebit.

Et præter infamiæ notam, quam incurriſſe ab Epiſcopo declarandum eſſet, gladio excommunicationis per aliquod tempus feriri par foret, ac demũ palam in eccleſia abſolui debere. per ea quæ *p. 1. c. 6. diximus.*

Imponendum erit, ut ſi in futurum in tale, ac tantum ſcelus dilabatur, talem ac tantam pœnam perſoluat.

Per aliquod temporis ſpatium ſi pœnitens ſit huic delicto aſſuetus, differenda eſt abſolutio, & ſacratiſſimæ Euchariſtiæ perceptio. Interim ei ſuadendum, ut ſæpius confiteatur, vt ſalutaribus monitis ad uitæ emendationem, & bonam frugem traducatur. *c. quod quidam. ext. de pæn. & remiſſ.*

Det monita ſalutis, ꝑut grauiſſima animaduerſione parentes dignos eſſe, ſed præſertim matres, ſi uitæ ſuæ honeſtæque diſciplina filijs exempla non præbeant, per antiquum eſt enim, filias plerumque matrum mores referre ſolere. *Ezechiæ. cap.* 16. Vnde D. *Ambr. l. 3. de virg. de* Herodiade loquens.

Quid

Q[u]id ait potuit filia de adultera matre diſcere, niſi damnum pu doris? *Morales in Matth.l 1.tr.9.nu.24.* Et fraternam correctionem adhibeat, cuius finis eſt, proximum cum prudentia, & charitate de ſuis culpis admonere, vt ſe emendet. iuxta illud Eccleſiaſtici conſilium *c.19.* Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat non feci, aut ſi fecerit, ne iterum addat facere, &c. *Lud. à Ponte de chriſt. hominis perfect. p.1.tr.3.c.9.*

Cum huiuſmodi perfrictæ frontis, & proiecti pudoris hominib. non tàm doctrina, quàm obiurgationibus agendum.

Epiſcopo initiando inter alios ritus baculus in manus datur, atq; hoc illi tùm occini ſolet: Accipe baculum paſtoralis officij, vt ſis in corrigendis vitijs piè ſæuiens, iudicium ſine ira tenens; per quod ſignificatur, ſacerdotibus in muneris ſui functionibus ſanctæ ſeueritatis arma interdum eſſe adhibenda. B*eſſeus libr. 2. de ſacerdotio c. 19.*

Quem diſciplinæ rigorem illa etiam uirga indicat, quàm Pœnitentiarii dum confitentes audiũt, in manibus geſtare ſolent; Quò alludit illud Dauidicum, Virga directionis virga regni tui Pſal 44.

Nam vt ait D. *Hier. ep.* 83. Latratu canum, baculoque Paſtoris lu porum rabies deterrenda eſt.

Sed ut admonet D. *Benedictus in ſua regula cap. 44. vbi Turrecrim.* In ipſa correctione prudenter agat, ac ne quid nimis, ne dum nimis cupit eradere æruginem, frãgatur vas. *Tymp. in ſpec. boni Magiſt. p.5. ſigno 69.* Vt dixi *in 1.p. comment. de Exam. tract. 7. c.7. q.31. & c. 22 q.99.*

At correctiones etiam acres à pœnitente libenter accipiendæ sũt tanquam animi morbo laborantis medicinę. &c. *Gal. lib. de cognoſc. ac cur. in mor. Roderiq. de perfect. relig p.2. tit.8.c.4.*

De ſeptimo, & vltimo caſu, qui eſt ſolutio Quadrageſimæ ſine licentia in ſcriptis, nec non doloſa fides, ſeu doloſa licentia ſoluendi Quadrageſimam per Medicos, aut alios Deputatos facta ſeu conceſſa. Cap. VII.

Eſſe in eccleſia poteſtatem condendi leges ad mortalem culpam obligantes.

PRo huius caſus dilucidatione ante omnia prænotandum eſt.

1 *Obſeruatio.*

PRimo apud omnes vt certum, & exploratum eſſe, penes Eccleſiam eſſe poteſtatem leges ſanciendi, quæ hominum conſcientias obſtringant, vt in primis *in Conc. Conſtant. ſeſſ.* 8. & 15. diffinitũ eſt, & ex ſacris literis apertè colligitur: ait enim *Apoſt. ad Roman. cap* 13.

Omnis poteſtas à Domino Deo eſt, & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. *cap. omnis. ext. de cenſibus cap. illud. ext. de maior. & obed.*

Ideò Superiorum mandata ſpernentes Deũ ipſum ſpernunt, qui Eccleſiæ Prælatis dixit; Qui vos ſpernit me ſpernit. *Luc. c.* 10. & *Mat. c.* 18. *Lud. Carb. lib.* 7. *de legib. d.* 1. *Sayr. lib.* 3 *de cl. reg. c.* 16. *n.* 8. & 12. *Regin. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 18. *num.* 174.

Quinimo hæc obedientiæ virtus quæ Superioribus iuſta præcipientibus debetur, Ethnicis ipſo iure naturæ duce incognita nõ fuit. Hinc enim extat illud Poetæ:

Eſt legum ſeruanda fides, ſuprema poteſtas,
Quod mandat, fierique iubet, parere neceſſe eſt.

Camillus Borellus *de Magiſtrantibus l.* 3. *c.* 4. Bellarm. *tom.* 1. *l.* 3. *de laicis. c.* 11. *Molin. de Iuſt. tr.* 2. *d.* 27. *Barb. in collect. c.* 1. *de conſtit.*

Et cum Heſiodus magna cum ſapientiæ opinione primas partes tribuiſſet per ſe ſapienti, ſecundas ei, qui recta monenti parebat; hanc eius ſententiam Zeno Citteius correxit, & primas partes ei tribuit, qui recta monenti obtemperat, ſecũdas ei, qui per ſe ſapit; quia inquit, hic nihil habet præter intelligentiam, ille autem & effectum habet.

Sanè enim qui optimè intelligunt, & ex ſe ſapiunt, rariſſimè id quod ſciunt, præſtant; ſed & præterea qui ſalubria præcipienti obtẽperant, maximè viro in dignitate, & auctoritate conſtituto, idque ex Dei maximi ordinatione, præter operis effectum, habet etiam obedientiæ meritum, Saluatoris noſtri exemplum, & omnium aliarum virtutum cuſtodem humilitatem. *Thomas.* Staplet. *in Dominica* 1. *poſt* Epiph.

Proinde iure tàm naturali, quàm diuino, & humano, vnusquiſque

quæ ad ſeruandas leges à Superiorib. ſancitas aſtrictus eſt cum in animæ foro ad lethalem culpã, vel uenialem iuxta materię quantitatẽ obligãdi vim habeant. *Farinac in Praxi crim. p. 1. q. 17. num. 4. Roder. tom. 2. q. reg. q. 21. art. 3. Surd. conſ.* 301. De qua re cõſulenda ſunt ꝑ nobis tradita *in comment. de Exam. Eccleſ. tr. 6. c. 6. q.* 24.

2 Obſeruatio.

SEcundo etiam obſeruandum, quod licet aliqui cenſuerint, quadragenarium ieiunium eſſe de iure diuino ſancitum, communis tamen Theologorum ſententia eſt, iure tantum humano, & Apoſtolica traditione, & generali Eccleſię conſuetudine coli, & obſeruari, vt tradit *Azor. p. 1. c. 23. q. 1. Cou. l. 3. var. reſol. c. 20. num. 4. Nau. c. 21. num 12. Viual in eand. aur. c. 15. num. 11. Fagund. p. 4 l. 1. c. 5. n. 5.*

Cuius inſtitutionis duplex afferri ſolet ratio. Prima eſt, ut Chriſtum Redemptorem noſtrum imitemur, qui ſacro ſuo ieiunio Quadrageſimalem abſtinentiam conſecrauit.

Altera eſt, ut totius anni decimam partem corporis afflictione Deo offeramus. ut habetur in *c. Quadrageſima. de conſecr. d. 5. Gemínian. conſ. 37. Dec. in c. ad audientiam. ext. de reſcrip. Bellarm. tom 3. lib. 2. c. 16.* ubi plures alias cauſas inſtitutionis eiuſdem ieiunii refert.

Quod quidem ieiunium tanta religione, quondam à piis uiris, & tam exacte cuſtodiebatur, ut B. Laur. Iuſtinianus ueterum Sanctorũ exempla ſecutus, ſeptuagenarius, & infirmus, nunquam induci potuerit, ut carnibus ueſceretur. ut per *Bern. Iuſt. in eius vita. & Daur. in catech. hiſt. tom. 2. c. 4. tit.* 11. ubi etiã affert exemplũ Stanislai Hoſij Card.

3 Obſeruatio.

TErtio, præmittendum eſt, quadruplex eſſe ieiunium.

Quadruplex ieiunium.

1 Ieiunij ſpecies.

PRimum ſpirituale, cum uidelicet homo à culpis abſtinet, de quo ait. *D. Aug.* relatus *in c. ieiunium. de conſecr. d.* 5.

Magnum, & generale eſt ieiunium, abſtinere ab iniquitatibus, & illicitis uoluptatibus ſæculi. Et de hoc etiam loquitur. *D. Bernard.*

ſerm.

ſerm.3. Quadrag.& D.Leo in ſerm. de ieiunio ſeptimi menſis. Et Plutarchus in tr. de cohibenda iracundia dum ſcribit, Magnum quoddā ac diuinum exiſtimabam ieiunum eſse à malitia.

Et ad hoc ieiunium ſeruandum fideles omni tempore aſtringuntur; cum *Eccl.c.*21.admoneamur: Quaſi à facie colubri fuge peccatum.

2 *Ieiunÿ ſpecies.*

SEcundum eſt morale, uel philoſophicum, quod in recto & moderato uſu cibi ſecundum normam temperantiæ conſiſtit. De quo *Plato* dicere ſolebat: In die parce ſemel commedatur, aut bis parciſſime. Item, Tria eſſe in vita ſaluberrima: Citra ſaturitatem ueſci, otia fugere, & à Venere abſtinere.

Nam & Ægyptijs morbos uel ieiunio curare ſolebant, uel uomitu, aſſerebant enim ex ciborum ſuperfluitate omnes morbos creari. Ideo tradunt Galenum ſeuera cibi, potuſq. abſtinentia 140. annos uixiſſe. *Tiraq. de nobilit. c.* 31. *num.* 69. & 130. *Leſſius l.* 4. *c.* 2. *Dub.*10.

Vt pnde Democritus dicere ſoleret, homines à Deo quidē ualetudinem precari, cuius tamen uim in ſemetipſis neſciant, dum enim haud ſobrie, & inordinate uiuunt, ſuæ ipſi ualetudinis ſunt proditores. *Max. ſerm.*27.

3 *Ieiunii ſpecies.*

TErtium dicitur naturale, quod in bene ualentibus ad ſacroſanctæ ſynaxis ſumptionem, & rem ſacrā faciendam requiritur, & minimæ etiam rei, quæ per modum cibi, uel potus ſumitur, prægustatione uiolatur. *c. liquido. de conſ. d.* 2. *D. Thom. in* 3. *p. q.* 80. *art.* 8. *vbi Suar. d.* 68. *ſect.* 4. *Val. tom.* 4. *diſp.* 6. *p.* 3.

Excepto tm̄ mortis articulo in quo homo non ieiunus per modū uiatici cōmunicare poteſt non ſolum ſemel, ſed ſępe in eodem morbo, &c. Non tamen ad uiaticum moribundo præbendum ſacerdoti non ieiuno celebrare licet. ut ſcripſimus *in* 3. *p. de Exam. tr.* 13. *c.* 4. *reſol.* 2. & *c.* 5. *q.* 16. & alibi & *Fagundez p.* 3. *l.* 3. *c.* 5. *num.* 22. *Vgol. de off.* Epiſc. *p.* 1. *c.* 13. §. 1.

4 *Ieiunii ſpecies.*

QVartum Ieiunium, eccleſiaſticum nuncupatur, quando ſcilicet ex eccleſiæ præſcripto à cibis abſtinemus; quod quadra-

Fff geſi-

geſimale tempus, vigiliarum, & aliorum quatuor temporum præceptum in ſe continet. Sub quo etiam illa comprehenduntur, quæ ſecundum conſuetudines locorum, vel Synodales Conſtitutiones ab Epiſcopis ſtatuuntur.

Et diffiniri ſolet, vt ſit victus parſimonia, & ciborum abſtinentia ex Eccleſiæ ordinatione, & conſuetudine,

Et eſt religionis, & temperantiæ actus, cultus inſuper Dei, & pœnitentiæ opus, ob quatuor quippe cauſas ab Eccleſia inſtitutum.

Cur eccleſiaſticum ieiunium ſit inſtitutum.

PRimo ad carnis ſuperbiam atterendam, & concupiſcentias reprimendas, ſi quidem iuxta Comici dictum: Sine Cerere, & Baccho friget Venus.

Hinc conſultiſſimè Eccleſia Quadrageſimale Ieiunium initio ferè hyemalis æquinoctij indixit: tunc enim ex ſolis acceſſu caro vigere incipit, ſanguis feruere, & ſpiritibus luxuriã laceſſentibus repleri.

Qua ratione homo non ſolum hoc eccleſiaſtico, ſed etiam naturali, ac diuino præcepto ieiunare tenetur, cum aliter ſpirituali ſuæ ſaluti cõſulere nequit, vt qui lethaliter delinquendi periculo ſe exponit, niſi ieiunio carnis ſuperbiam nõ compeſcet. Et hoc oẽs cuiuſcũque ætatis, & conditionis, & quocunque tempore obligat. *Nauar. conſ. 3. tit. de pœnit. & remiſſ. Tolet. l. 6. c. 3. Couar. l. 4. var. reſol. cap. 10 num. 2. Fagundez. p. 4 l. 1. c. 5. num. 3.*

Secundo vt hominum mens ad ſuperna eleuetur.

Tertio, quò homines apud Deum mereantur.

Quartus finis eſt culparum expiatio, & pro ipſis apud Deum ſatisfactio.

Quos quidem fines ſancta mater Eccleſia in miſſæ præfatione explicãs; Corporali, inquit, ieiunio, vitia comprimis, mẽtem eleuas virtutem largiris, & præmia. *Tolet. lib. 6. ſummæ c. 2. Azor. l. 7. c. 33. q. 3. Leſſ. lib. 4. c. 2. dub. 10.*

Tria autem hoc eccleſiaſtici ieiunij genus requirit.

Primo, vt non niſi ſemel in die comedatur. Conſuetudo tamen ſerotinum ientaculum induxit, cuius quantitas boni viri arbitrio dimittitur: quæ tamen communiter trium, vel quatuor, vt aiũt, vnci-

rum pondere diffinitur, Et ſi *Fagundex p. 4. l. 1. c. 4. nu. 13.* nimis lar-ge & licenter ad octo uncias illam extendat.

Secundo, vt hora cõpetenti cibus ſumatur. Vt notaui *in Commẽt. de Exam. p. 1. tr. 3. c. 4. q. 46. & tr. 6. c. 20. q. 89. p. 2. tr. 8. c. 7. q. 19. & p. 3. tr. 15. c. 5. q. 5.*

Tertio, vt à carnibus, ouis, & his, quæ ſementinam ducunt originẽ abſtineatur. *Valẽt. p. 3. d. 9. q. 2. p. 5. Leſſ. l. c. dub. 5. Tol. l. c. Azor. c. 10. q. 10.* Vide quæ diximus *in 2. p. de Exam. eccleſ. tr. 8. c. 7.*

Et ad hoc omnes fideles obligantur, niſi impotentia, neceſſitate vel melioris boni pietate excuſentur. *Caiet. v. ieiunium. Nau. c. 21. num. 13.* & eſt communis DD. ſententia, & praxi con probata.

A qua temerarium eſt recedere: cõmunes enim ſententię DD. amplectendæ ſunt, & ſingularitates, & nouitates fugiendæ *Gutierez. tom. 2. pract. qq. l. 3. q. 13. Abb. & alij in c. Capellanus. ext. de Ferijs.* vt dixi *p. 1. de Exam. tr. 5. c. 9. q. 60.*

Hinc *Simancas in cathol. Inſtit. tit. 50.* ſuſpectus ait in fide merito cenſeri poteſt, qui nouas, & ſingulares opiniones aſſerit in morali materia, eaſq. contra cõmunes, & receptas ſentẽtias tuetur, &c.

In diebus autem ieiuniorum præſertim Quadrageſimæ, carnis, ouorum, & eorum, quæ ex lacte conficiuntur eſus interdicitur: quia illorum vſus, & comeſtio delectationem ſenſui ingerunt, & ad Venerem ſummè prouocant. *Archid. Prap. & Gemin. in c. dexique d. 4.*

Ratio reſeruationis huius caſus ſolutionis quadrageſimæ.

VNde qui contra eccleſiæ prohibitionem illa comedere audet graue proculdubio ſcelus admittit, & cum eccleſiaſticas ordinationes, & ſpirituales claues contemnere videatur, in foro exteriori, ſe de hæreſi ſuſpectum reddit; quandoquidem. vt ait *D. Greg. relatus in c. ſi qui ſunt d. 81.*

Peccatum paganitatis incurrit, quiſquis dum chriſtianum ſe aſſerit, Sedi Apoſtolicæ obedire contemnit. *Felyn. in c. ad abolendam n. 2. ext. de hæret. Pegna in 3. p. ad. Direct. Inquiſit. comment. 24.*

Sicut etiam ſemel ſaltem in anno non confiteri, nec in Paſchate S. Euchariſtiam recipere malæ credulitatis ſuſpicionem pariunt, vt proinde etiam hic caſus à nonnullis Ordinariis reſeruatione afficiatur. *Graff. de caſ. reſ. l. 2. c. 20.*

Quo fit vt iure merito,& optima rõne,hic caſus ſolutionis quadrageſimę ab Illuſtriſſimo reſeruetur.

Quinam incidant in caſum.

1 Comprehenſio.

INcidit autem in hũc caſum, qui Quadrageſimam abſq. licentia in ſcriptis obtenta ſoluit,carnes,vel oua,ſeu lacticinia, non ex contemptu tantum, ſed etiam gulæ illecebris allectus comedens, vel etiam ius ſeu liquorem ex carnibus confectum potans(paria enim ſunt carnes comedere,& oleribus coctis in iure carnium veſci) *D D. in c.fin.d.30.* Quod eſt contra *Angelum,& Caiet.in v.ieiunium* qui cenſent,ex vi iuris poſitiui ieiunium ad mortalem culpã non obligare,niſi adſit contẽptus, vel finis refutatio interueniat.

Quorum opinio,ut falſa ab omnibus Doctorib. communiter exploditur. *Con l.4. var.reſol.c.20. Io. Metina C.de ieiunio q.7. Val.p.2. Carbo.in tract.de v.eccleſia.praeceptis q.de ieiunio Sayr. lib. 3.clauis reg.c.6.num.*12.ubi etiam refert Canonem 68.Apoſtolorum, iubentem,clericum huiuſmodi ieiunia frangentem deponi,& laicum excommunicari.

*Conc.Grangenſe can.*19.percipit eos excommunicari,qui in dicta ieiunia ſine neceſſitate ſoluunt,certum eſt autem neminem dignum eſſe excommunicatione niſi ob mortalem culpam , ut conſtat. *ex c. nemo* 11.*q.*3.

Et confirmat communis catholicorum uirorum ſenſus,qui à ieiunii uiolatione tanquam lethaliter ſauciante animam abhorrent. *Bellar.l.2.de bonis op.c.7.8.& 9. Regin.p.1.l.4.c.15.num.*190.

Quod veritatem habet non ſolum cum quis carnibus illis dieb. veſcitur,verum ẽt cũ oua, & lacticinia comedit, communi vſu,& conſuetudine ſic interpretante.contra *Fagundex de praecept. eccl.p.4.l.1.c.2.num.*12.& alios ab eo ibi relatos

Licet autem hic ſcriptura deſideretur, ſi tamen licentia,verbo tenus à Deputatis in aliquo particulari caſu daretur,in foro conſciẽtiæ caſu reſeruato non afficeretur,iuxta aliàs à nobis tradita ,& per *Sanch.de praecept.l.6.c.7.num.69.Suar.de legib.l.6.c.19.num.2. Salas.12.d.20.ſect.9.Coch.de exemp.p.1.q.7.*

2 Com.

2 *Comprehenſio.*

SEcundo incidit, qui Quadrageſimam violauit, etiam ſi perfectus eſſet, nec vnquam lethalem culpam contraxiſſet, & carnem ſuam edomuiſſet; quia carnis repreſſio non eſt ſola cauſa, propter quam indictum eſt ab eccleſia ieiunium; ſed ſunt aliæ multæ, vt eleuatio mentis in Deum, meritum obedientię, &c. quę ad obligationem ieiunij imponendā ſufficiũt. *Caſtren. in ſumma contra hæreſes in v. ieiunium. Roder. p. 1. ſumma. c. 196. nu. 3. Sayr. l. c. c. 7. num. 13. gloſ. in Clem. ad noſtrum. tit. de hæret.*

3 *Comprehenſio.*

TErtio incidunt tàm mares, quam fœminę, cum à lege nulla fiat exceptio. *arg. Dec. & Cagnol. in l. 2 ff. de reg. iu.* & tàm ciues Bononienſes, quàm peregrini à loco domicilij abſentes. *arg. c. illa d. 12. vbi gloſſ.* illa carmina ſubiungit.

Si fueris Romæ, Romano viuito more,
Et ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi.

Portius in § ſed quod Inſtit. iure naturali.

4 *Comprehenſio.*

QVarto, qui tranſacta media nocte carnispriuij ob ingluuiem vetitis cibis veſcuntur.

Omnes enim vnius diei eccleſiaſticæ obligationes à media nocte vſque ad alteram mediam noctem protenduntur, ac terminantur. *l. more Romano. ff. de ferijs Beia par. 1. reſponſ. caſuum conſcientiæ. caſu. 2.*

5 *Comprehenſio.*

INcidunt quinto loco medici, & deputati ad licentias concedendas, ſi dolo facultatem ſoluendi Quadrageſimam concedant. *Io. Metina C. de ieiunio q. 9. Codronchius. de tuta, ac chriſtiana medicatione. lib. 1. c. 47.* vt dixi *de ſtat. p. 2. c. 8.*

Sicut etiam à caſus reſeruatione non eximitur qui licentiam obtinuit ex cauſa, quam falsò Superiori, & medico narrauit, etiam ſi poſtmodum iuſta cauſa ſuperueniat, huiuſmodi enim licentia ratione erroris, & fraudis, inualida eſt. *arg. Bonac. de clauo Iura. q. 4. pun. 4. num. 20.*

Qui

Qui non incidant in caſum.

1 *Exceptio.*

PRimo, qui tantum ieiunium ſoluit, vt qui bis in die comedit, vel præfinitam horam præuenit.

Nam cum, vt dixi, tria ſint, quæ ieiunium conſtituunt, vnica comeſtio, debitum tempus, & abſtinentia à carnibus, ouis, & quæ à lacte originem trahunt; qui duobus primis modis ieiunium frangit, ſi cibis uetitis non veſcatur, in caſum minime incidere dicendum eſt: Quod ex communi praxi comprobatur. *Zanett. in tract. de foro conſcient. num.* 102.

2 *Exceptio.*

SEcundo. Non incidunt pueri, vſu rationis carentes, & doli haud capaces, & ſenes etiam decrepiti, qui ad inſtar infantum delirare ſolent. *Caiet.* 22. *q.* 147. *ar.* 8. *Tiraq.* ut dixi *in* 1. *p. c.* 3. *pag.* 47. *de temp. pænis cauſa* 8.

Vt etiam immunes ſunt à caſu, qui ex ſubreptione, inaduertẽtia, uel ob defectum iudicij plenè deliberati, ſeu etiam ob materiæ paruitatem, arbitrio boni uiri diffiniendam, Quadrageſimam uiolant, per ea quæ ſcripſimus ſupra *p.* 1. *c.* 3.

3 *Exceptio.*

TErtio qui ex rationabili cauſa in caſu extremæ neceſſitatis, ut ob famis inediam, & annonæ inopiam, carnes, & alios uetitos cibos comederet *c.* 2. *de obſeru. ieiunii.*

Nam inter cæteras neceſſitates nulla ſæuior eſt, quàm fames. Vnde & Prouerbio effertur, uentrem auribus carere, propterea quod vbi de fame agitur, honeſtæ rationes aliquando non admittuntur. *Tuſch. v. famis. concl.* 79.

Vt proinde Principis ac Magiſtratus tàm ſæcularis, quàm Eccleſiaſtici partes ſint prouidere ut neceſſaria ad uictum populo non deſint. ut dixi *p.* 2. *de Exam. tr.* 9. *c.* 2. *q.* 2. *& Borel. de Magiſt. l.* 3. *c. Tympius ſigno.* 12. *Duar. in Bulla Cęnæ. l.* 1. *c.* 2. *q* 4.

Et neceſſitas naturalis quæ ab ipſa natura prodit, ut edere, bibere ueſtibus indui, &c. iuſtam cauſam præſtat alienandi feuda, fideicõmiſ-

miſ-

miſſa, & alia huiuſmodi, alienari & diſtrahi prohibita. *Menoch. de arbit. iud. l. 2. cent. 2. caſu* 182. *num.* 26. *Graff. de arbit. Confeſſ. l. 2. c.* 44. *Duar. l. c. Barboſa in c. 5. de vſuris.*

Idem de illis honeſtis perſonis dicendum videtur, quibus panis tantum ſuppetit, ſed non aliud victui commodum, ſi per plures dies huiuſmodi ciborum penuria laboraret. *Angles in q. de ieiunio. diff.* 4.

Sicut etiam Carthuſianus, vel alius, qui abſtinentiam à carnib. vouit eas comedere poteſt, (& tenetur, ſi ad uitam tuendam illi neceſſaria ſint. *Bonac. de legibus d.* 2. *q.* 8. *pun.* 2. *num.* 16. *Molf. tr.* 9. *c.* 9. *num.* 68. contra alios ab ijs relatos.

Nam ob neceſſitatē multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, *l. quæ propter. ff. de reg. Iu. vbi Dec. & Cagnol. Sayg. in claui reg. l.* 7. *c.* 2. *num.* 8 *Graff. l.* 2. *Deciſ. c.* 34. *n.* 31. *& de caſ. reſ. l.* 2. *c.* 29. *n.* 25 vbi tradunt non affici caſu reſeruato ob violantes feſta ſi qs ob neceſſitatem laborat. Faciunt cumulata per *Felynum in c. querelam. ext. de iure iur. Iaſon. in l.* 1. *de off. eius Barbat. vol.* 3. *conſ.* 1.

4 *Exceptio.*

QVarto, qui in aliquo vrgenti caſu (vt puerperis aliquando accidit) interdictis in Quadrageſima cibis veſceretur, ſi Epiſcopum, vel Deputatos, & medicos facile adire non poſſet. *D. Tho.* 22. *q.* 147. *art* 4 *Graff. l.* 2. *deciſ. aur. c.* 37. *nu.* 15. *Azor. lib.* 7. *cap* 29 *q.* 2. Idem dicendum de his, qui ægrotis huiuſmodi cibos præparatos prægustant, & etiam de morbo laborantibus, qui in iure, vel liquore carnium, quæ coquuntur, aliquid medicinale ſumunt. *Reginal. p.* 1. *prax. fori pœnit. lib.* 4. *c.* 14. *num.* 166.

Odor an nutriat, & in caſum incidere an faciat.

SIcuti etiam à ieiunij fractione excuſatur, & per conſequens à caſu eximitur, qui odoratione nidoris, ex carnibus exhalantis, & alijs rebus odorem ſpirantibus, quodammodo nutritur, hoc enim dici non poteſt comeſtio ieiunii præcepto prohibita; quoniã ex multorum ſententia, talis odor eſt quædam leuis ſubſtantia, quæ in nutrimentum odorantis nō conuertitur, ſi quidem in nutritione in ſubſtantiam nutriti corporis cibi fit conuerſio, vt qđ in ea deperditum

eſt,

eſt,naturalis caloris actione reſtauretur,id quod huiuſmodi odores naribus excepti facere non poſſunt,ſed ſolum naturam debilitatam confortare,& eius vires roborare dicuntur. Vt proinde falſum eſſe videatur,quod Pythagorei tradunt,non nulla eſſe animalia,quæ odore victitent, nec enim per ſupra dicta vero conſentaneum eſt, *Abulen.ad c.6.D.Matth.q.167.& idem Reginal.l.c.num.172.Molf. tr.10.c.5.num.11.Fagundex.p.4.l.1.c.4.num.14.*

Nonnulli tamen referunt paniscalidi odore ad multos dies v. g. 7.vel 8. uitam produci poſſe ut per *Auctorem Theat.vita hum.vol.17. l.2.v.vita conſer.inſtrumenta.*

Fatui cuiusdam prudens iudicium.

VNde etiam illud hoc loco ſilentio prætereundum non eſt fatui illius Pariſienſis prudens iudicium,qui egeni,& mendici cuiusdam, & tabernarij controuerſiam miro modo compoſuit; nã cum caupo ab ipſo mendico pecuniam peteret, quod ad culinæ ſuæ fumum,& nidorem panem ueluti ſuauius comederat: fatuus ex ſono pecuniæ tabernario ſoluendum iudicauit.

Quam quæſtionem Cato,aut Gratianus, iuſtius dirimere non potuiſſet,ut aiunt. *Io. And.& Panor.in c.ad noſtram ext. de conſuet.* Vbi illam inferunt aſſertionem,non eſſe inconueniens aliquando ab inſipientibus conſilium petere, quandoquidem interdum minori reuelatur,quod maiori denegatur *l.potiores C.de off.Rect.Prouinc.*

Sępe etiam ſtultus fuit opportuna locutus.

Tiraq.l.11.cõnub.nu.5.& Menoch.l.2.de arbit.Iud.cent.6.caſu.539.

Et ſicut nemo eſt tàm malus,& improbus, quin interdum boni quippiam faciat. *c.quid ergo.de pænit.d.3.* Sic nemo eſt tàm infirmi conſilij,tàm hebetati ingenii,tàm infimæ notæ,quin interdum quippiam dicat ad rem accommodatum, & neutiquam ſummis uiris aſpernandum. Vnde *D.Benedictus in ſua regula.c.3.vbi Turrecrem.* mandauit fratres omnes etiam inferiores,& laicos ſeu conuerſos ad conſilium,& capitulum uocari,quia multa paruulis patifieri ſolent, quæ maioribus abſconduntur.

Et imprudentes nonnunquam in aliqua re eleuatiorem habent intellectum quã aliqui prudentes ac ſapiẽtes. ut per *Boer.deciſ.23. num.*

num. 57. Rebuffum in Authen. habita v. Examinatione *C. ne filius pro patre Caſſan. in* Catologo *gloriæ mundi par.* 11. *conſid.* 9.

5 *Exceptio.*

QVinto, qui alios dies, quam Quadrageſimales ſoluit, ut qui in die Veneris, uel Sabbathi, uel uigiliæ carnes comederet, &c. cum caſus tantum de Quadrageſima loquatur. *Vgol. de offic. Epiſc. p. 1. c. 16. §. 3. num. 3.*

6 *Exceptio.*

SExto, Qui comedit carnes in ſexta feria, quando Saluatoris noſtri natalis dies in illum etiam diem, uel ipſam ſextam feriam incideret: tunc enim licite carnes eduntur, his exceptis, qui uel uotĩ uinculo, uel regulari inſtituto ab eſu carnium abſtinere coguntur. *c. ult. ubi Barb. de obſeruat. Ieiunii. Layr. l. 6 cl. reg. c. 8. num.* 11. *Azor. c. 26. q. 3. Sanch. lib. 4. de praecept. c.* 11. *num.* 61. Et nos alibi.

7 *Exceptio.*

SEptimo, qui iuſto metu, & in conſtatem uirum cadente (qui Iudicis, & boni arbitrio uiri diffinitur ex *Menoch. l. 2. de arb. Iud. caſu* 354. *Graff. de arbit. Confeſſ. l. 2. c. 39. & Tuſcho. v. metus concl.* 215.) quadrageſimale ieiunium uiolat. Finge namque fœminam hæretico uiro nuptam, quam tamen catholicos ritus ſeruare ſinit, at eã ieiunare non patitur, nõ quod id odio, & contemptu Chriſtianæ religionis id faciat, ſed quod ea ieiunia maximo ſibi incommodo, ac detrimento eſſe dicat: tunc uxor illa, ut maioris boni iacturam deuitet, communem ſcilicet domus perturbationem, & diſcordiam, à lege Ieiunij libera exiſtit, & per conſequens in caſum non incidit, &c. Regulariter enim iuſtus metus, & in conſtantum hominem cadens, tranſgreſſione legis humanæ uel diuinæ excuſare ſolet, modo rem intriſece malã non prohibeat, & metum inferens in cõtemptũ ipſius legis hoc non faciat, ut dixi *in 1. p. de Exam. tr. 5. c. 8 q. 50. & q. 56. Azor. c. 29. q. 7. Dian. tr. §. 8. q. 1. Corrad. in reſp. mor. q. 2. Sãch. de præcept. l. 1. c. 18 Salas de legib. d. 11. ſect. 1. Vaſquez p. 2. de cenſ. Diſp. 6. ſect. 3. Bonac. tom. 2. Diſp. 2. q. 8. pun. 2.*

eſt,naturalis caloris actione reſtauretur,id quod huiuſmodi odores naribus excepti facere non poſſunt,ſed ſolum naturam debilitatam confortare,& eius vires roborare dicuntur. Vt proinde falſum eſſe videatur,quod Pythagorei tradunt,non nulla eſſe animalia,quæ odore victitent, nec enim per ſupra dicta vero conſentaneum eſt, *Abulen.ad c.6.D.Matth.q.167.& idem Reginal.l.c.num.172. Molf. tr.10.c.5.num. 11.Fagundez.p.4.l.1.c.4.num.14.*

Nonnulli tamen referunt panis calidi odore ad multos dies v. g. 7.vel 8 uitam produci poſſe ut per *Auctorem Theat.vitæ hum.vol.17. l.2.v.vitæ conſer.inſtrumenta.*

Fatui cuiusdam prudens iudicium.

VNde etiam illud hoc loco ſilentio prætereundum non eſt fatui illius Pariſienſis prudens iudicium,qui egeni,& mendici cuiusdam, & tabernarij controuerſiam miro modo compoſuit; nã cum caupo ab ipſo mendico pecuniam peteret, quod ad culinæ ſuæ fumum,& nidorem panem ueluti ſuauius comederat: fatuus ex ſono pecuniæ tabernario ſoluendum iudicauit.

Quam quæſtionem Cato,aut Gratianus, iuſtius dirimere non potuiſſet,ut aiunt. *Io. And.& Panor.in c.ad noſtram ext. de conſuet.* Vbi illam inferunt aſſertionem,non eſſe inconueniens aliquando ab inſipientibus conſilium petere, quandoquidem interdum minori reuelatur, quod maiori denegatur *l.potiores C.de off.Rect.Prouinc.*

Sæpe etiam ſtultus fuit opportuna locutus.

Tiraq.l.11.cõnub.nu.5.& Menoch.l.2.de arbit.Iud.cent.6.caſu 539.

Et ſicut nemo eſt tàm malus,& improbus, quin interdum boni quippiam faciat. *c.quid ergo.de pænit.d.3.* Sic nemo eſt tàm infirmi conſilij,tàm hebetati ingenij,tàm infimæ notæ,quin interdum quippiam dicat ad rem accommodatum, & neutiquam ſummis uiris aſpernandum. Vnde *D.Benedictus in ſua regula.c.3.vbi Turrecrem.* mandauit fratres omnes etiam inferiores,& laicos ſeu conuerſos ad conſilium,& capitulum uocari,quia multa paruulis patifieri ſolent, quæ maioribus abſconduntur.

Et imprudentes nonnunquam in aliqua re eleuatiorem habent intellectum quã aliqui prudentes ac ſapiẽtes, ut per *Boer.deciſ.23.*

num.

num. 57. Rebuffum in Authen. *habita v.* Examinatione C. *ne filius pro patre Caſſan. in* Catologo gloriæ *mundi par.* 11. *conſid.* 9.

5 *Exceptio.*

QVinto, qui alios dies, quam Quadrageſimales ſoluit, ut qui in die Veneris, uel Sabbathi, uel uigiliæ carnes comederet, &c. cum caſus tantum de Quadrageſima loquatur. *Vgol. de offic* Epiſc. *p.* 1. *c.* 16. §. 3. *num.* 3.

6 *Exceptio.*

SExto, Qui comedit carnes in ſexta feria, quando Saluatoris noſtri natalis dies in illum etiam diem, uel ipſam ſextam feriam incideret: tunc enim licite carnes eduntur, his exceptis, qui uel uoti uinculo, uel regulari inſtituto ab eſu carnium abſtinere coguntur. *c. ult. ubi Barb. de obſeruat. Ieiunii. Nayr. l.* 6 *cl. reg. c.* 8. *num.* 11. Azor. *c.* 26. *q.* 3. *Sanch. lib* 4. *de precept. c.* 11. *num.* 61. Et nos alibi.

7 *Exceptio.*

SEptimo, qui iuſto metu, & in conſtatem uirum cadente (qui Iudicis, & boni arbitrio uiri diffinitur ex *Menoch. l.* 2. *de arb. Iud. caſu* 354. *Graff de arbit. Confeſſ l.* 2. *c* 39. *& Tuſcho. v. metus concl.* 215.) quadrageſimale ieiunium uiolat. Finge namque fœminam hæretico uiro nuptam, quam tamen catholicos ritus ſeruare ſinit, at eã ieiunare non patitur, nõ quod id odio, & contemptu Chriſtianæ religionis id faciat, ſed quod ea ieiunia maximo ſibi incommodo, ac detrimento eſſe dicat: tunc uxor illa, ut maioris boni iacturam deuitet, communem ſcilicet domus perturbationem, & diſcordiam, à lege Ieiunij libera exiſtit, & per conſequens in caſum non incidit, &c. Regulariter enim iuſtus metus, & in conſtantum hominem cadens, tranſgreſſione legis humanæ uel diuinæ excuſare ſolet, modo rem intriſece malã non prohibeat, & metum inferens in cõtemptũ ipſius legis hoc non faciat, ut dixi *in* 1. *p de Exam. tr.* 5. *c.* 8 *q.* 50. *& q.* 56. *Azor. c.* 29. *q* 7. *Dur. tr.* §. 8. *q.* 1. *Corrad in reſp mor q.* 2. *Sãch de pręcept. l.* 1. *c.* 18 *Salas de legib. d.* 11. *ſect.* 1. *Vaſquez p* 2. *de cenſ. Diſp.* 6. *ſect.* 3. *Bonac. tom.* 2. *Diſp.* 2. *q.* 8. *pun.* 2.

8 *Exceptio.*

OCtauo, qui facultate à medicis, & deputatis conceſſa utitur, quam ſibi iuſtè, & cum ratione tributam eſſe arbitratur, quãuis in ea re fallatur, & ſenſui, uel uoluptati indulgeat. *Leſſius, cap.* 2. *dub.* 5. Idem *Corrad. l.* 1. *q.* 201.

Imo nec medicus, quidem concedens incideret, ſi iuſtam cauſam ſubeſſe putaret, ob quam comedendi carnes, uel oua facultatem cõcederet, quæ tamen ex parte rei falſá deprehènderetur.

Si quidem cauſa quælibet, ſeu credulitas iniuſta, & ut DD. dicunt, etiam fatua, ac beſtialis, excuſat à dolo, & à delicto *Curt. Iun. conſ.* 132. *Ant. Gabriel. l.* 7. *concl.* 8. *Clarus in* Praxi *crim. q.* 60. *verſ. & generaliter.*

Admonitio ad medicos.

QVa in re illud medicos admonuerim, prudentes, ac pios eos eſſe oportere, ut in diebus Ieiuniorum infirmis illud tantum concedãt, quod infirmitas poſtulauerit, grauiter enim peccant, & inique agunt, cum indiſtinctè illis indulgent: & cum ſe ouis, ac lactariis cibis tueri ſe facile poſſunt, uſum etiam carnis permittunt. *Io. Metina. C. de* Ieiunio *q.* 5. *&* 9. *Io. Baptiſta Codronch. de tuta ac Chriſtiana med. ratione l.* 1. *c.* 26.

Sobrietas ſanitatis parens.

PRæſertim cum ut etiam ipſi dicunt, multi ſint morbi, quibus nõ ſolum abſtinentia non officit, ſed etiam multum prodeſt. ut D. *Hier. relatus in c. ne tales, & c. legimus, de conſ. d.* 5. auctoritate Hippocratis, & Galeni comprobat. *arg. Aluarez. tom.* 2. *de vita ſpirit. l.* 5. *p.* 1. *c.* 4.

Et re ipſa experimur, quam verum ſit, quod vulgo dicitur. Vilis, ac tenuis menſa eſt bonæ valetudinis parens. *Tiraq de nobilit. c* 31. *num.* 430. *Card. Paleot. in Archiepiſc. Bonon p.* 7. *ſerm.* 12. *Leſſius l.* 4. *de Iuſt. & Iu. cap.* 2. *dub.* 10. *Et in libello de vera ratione bonæ valetudinis.* & nos alibi ſæpius præſertim *in Comment. de ſtat. p.* 1. *c.* 9.

Monitum.

FIxum in medicorum animis illud eſſe debet; Deo in primis ſer- uiendum, propriam conſcientiam numquam fallendam, & mu- nus cuique aſſignatum fideliter eſſe exequendum.

Inter conditiones, quæ in chriſtiano medico exiguntur, eſt pietas & religio, vt aliquod remedium ægroto non conſulat, quod diuinæ, vel eccleſiaſticæ legi repugnet, ſeu in animæ detrimentum vergat; & ita corporis curam gerere debet, vt animam, quæ potior eſt, neuti- quam negligat: vt dixi *in Comment. de humana vita ſtatib. p. 2. c. 8. & in arte theorica, & practica adiuuandi infirmos, p. 1. c. 3.*

9 Exceptio.

VLt. ex aliquorũ placito in caſum non incideret qui dubitans mediã noctem Bacchanaliũ elapſam eſſe cibis vetitis veſcitur cum poſſeſſio ſtet pro libertate. *Bonac. de cont. 1. q. 1. p. 2* § *incidenti.*

In praxi tamen reſolutio illa non recipitur, eo quod fauore ani mæ tutior pars accipi debet. *c. iuuenis. ext. de ſponſ. c. 2. ext. de ieiu- nio Tuſch v. anima concl. 333. Vaſquez. 1. 2. q. 18. ar. 6. d. 65. c. 3. Sa- las. q. 21. ſect. 8. d. 1. nu. 152.*

Vt proinde qui ambigẽs an media nox pręterierit, vetitos cibos co medit, reus violatæ Quadrag. habeatur, & caſu reſeruato afficiatur.

Praxis obſeruanda erga pænitentem, qui ſine facultate Quadrageſi- mam ſoluit, &c.

Quid circa confeſſionem obſeruandum.

PRimo circa confeſſionem interrogandum eſt, an ex intellectus errore huiuſmodi eccleſiæ præceptum tranſgreſſus fuerit, an ex ſola paſſione, & gulæ vitio: quia ſi primo modo deliquit, hæreticus fuit, & in Bullam Cœnæ Domini incidit. Secundo verò caſu, & ſi re uera hæreticus non fuit, ſuſpectum tamen de hæreſi in foro externo ſe reddidit, & in hunc caſum incidit per ea quæ ſupra dixi, &c.

Secundo inquirendum, an alios ſeduxerit, vel alteri ſciens, & vo- lens malum exemplum, & ſcandalum præbuerit: quia tenetur con- trariam veritatem docere, & in rectam viam reuocare, & talem cir-

cunſtantiam in confeſſione aperire. *Nau. in c. conſideret §. animaduertere de pœnit. diſt. 5 Zerula in praxi pœnit. cap. 12. q. 6. Carbo. de reſtitutione q 9.*

Tertio quoties tranſgreſſus ſit hoc præceptum, tùm quia conſuetudo magis aggrauat delictum, & hæreſis ſuſpicionem auget, tum quia qui carnibus, vel alijs cibis vetitis veſcendo ieiunium frangit, toties mortaliter peccat, quoties comedit, &c. id quod, quò ad alios cibos de iteratis comeſtionibus eodem die non contingit, *Azor. c. 9. q. 2. Leſſ. d l. 4 c. 2. dub. 3.* & alij

Si autem illa etiam die quo comedit carnes, alicuius vigiliæ præceptum occurrerit, cum illa præceptorum multiplicatio malitiam tranſgreſſionis augeat, nonnulli Doctores aſſerunt, eam circunſtantiam tanquam notabiliter aggrauantem eſſe in confeſſione explicandam. Et ſi alijs verius videtur, illam non ita ponderare, vt neceſſariò ſit in confeſſione detegenda, ſed cum vna ſit malitiam, & turpitudo præceptum illud violare, ſufficiat dicere, ſe vnum Quadrageſimæ diem ſoluiſſe, &c. Præcepta enim ex ſe peccata eſſentialiter nō diſtinguunt, ſed diſtinctio ex obiectis, & virtutibus quibus huiuſmodi defomitates opponuntur, deſumitur. *Vaſquez. 1. 2. q. 72. ar. 6. d. 58. Sanch. de mat l. 9 d. 15. num. 6. Bonac. tom. 2. d. 2. q. 4. pun. 4. num. 30. Molfeſ. l. 8. c. 7. num. 22.*

Circa abſolutionem conſideranda.

CIrca abſolutionem videndum primum, vt ab excommunicatione abſoluatur, ſi vt dixi, propter hæreſim in illam incidit. Grauitas delicti illi proponenda eſt, & ad contritionem inducendus.

Nam vt ait *D. Anſelm. ſupra Pſal. 6.* Medicus ægroto conſitenti infirmitatem ſuam medicinam negare non debet; & animæ perſuadendum, in quæ mala ſe præcipitauit, vt ex difficultate ſanationis magis ſibi in futurum caueat. Quod enim facile ſanatur, non multū cauetur.

In pœnitentia iniungenda curandum erit, vt non ſolum præteritum ſcelus vindicet, ſed etiam à futuro tueatur.

Et cum medicinæ per contrarium fiant, nam ex Hippocratis aphoriſmo, omnis immoderata diſcreſia iuuatur à contrario, & læ-

ditur

ditur a ſimili; quod & tradit *D. Greg. Hom. 32. in Euang.* & quis in eo in quo deliquit puniendus ſit, in Paſchali feſtiuitate ſacra communione interdicendus eſt, & ſi fieri poteſt, illi inhibendum, ne per totum anni circulum carnes comedat. Sic enim præcipitur *in Concilio Tolet. 8. can. 9. & refertur ab Archidiacono in c. denique d. 4. & Sayro lib. 3. cl. reg. c. 6. num. 12. & aliis. Arg. Conc. Froniu. c. Mediol. tit. de obſeruat. Ieiunii c. 12. & c. 13.*

Vbi etiam dicitur in §. *fin.* quod ægroti cum ob corporis inualetudinem ieiunare non poſſunt cibum intimo animi dolore, & gemitu capere debent. *Rodolfin. de dieb. quadrag. num. 34.*

Illis etiam, vel ſimilibus verbis eum increpare poterit, quibus D. Hieronymus Sabinianum illum helluonem, & uentri deditum inſectatur, cum inquit, Deum ventrem vis habere pro Chriſto, ſeruis libidini, gloriaris in carne, & confuſione tua, & quaſi pinguis hoſtia in mortem propriam ſaginaris. *Hier Epiſt. in Sabin.*

Alia etiam addet, quæ prudentia dictante nouerit expedire; quandoquidem ſicut peritus medicus uno collyrio omnium oculos non ſanat: ſic Pœnitentiarius in diuerſorum hominum vulneribus diuerſis medicamentis, & remedijs utitur. ut ait idem D. *Hieron. in proœmio Epiſt. ad Epheſios; & refertur in c. neceſſe d. 29.* Quò ſpectat illud Naſonis:

Nam quoniam variant animi, variabimus artes &c.

Et ut ſapienter à D. *Greg. III. prologo 3. p. paſt.* ſcriptum eſt, Non una eademq. cunctis exhortatio, aut remedium congruit: quia non cunctis par morum qualitas aſtringit; ut enim uaria ſunt corporum temperamenta; ſic animarum diuerſæ ſunt, & diſcrepantes propenſiones & uires. *Gabr. Palaot. in Arch. Bonon. p. 1. c. 7. Reſign. de diſcipl. chriſt. perfect. lib. 3. c. 23.*

Documentum.

Vnde eius partes ſunt, unũ potius bene audire, quam uiginti perfunctoriè, ut ait *Caiet. in v. confeſſor.* Et qui in tota uita ſua nihil ageret, quam ut hominem unum accuratè uias Domini doceret, & ad Deum traheret, is ſane tanquam Angelus operam ſuam utiliſſime collocaret. *D. Bern. l. 4. de conſid. Alph. Roder. tr. de exerc. perfect. p. 3. tit. 1. c. 18. Poſſeu. in Biblioth. ſelect. lib. 4. cap. 1.*

Quid

Quid cum medico obſeruandum.

SI cum medico agendum ſit qui dolo facultatem Quadrageſimã ſoluendi conceſſerit, &c. admoneat eum grauiter animam ſuã ſauciaſſe, & dum alteri prodeſſe cupit, valde miſerabiliter ſibi ipſi ob fuiſſe. Vnde in *c, cum infirmitas. ext. de pœnit. & remiſſ.* medicis optimum conſilium datur, vt nil conſulant infirmis, quod in propriæ, vel alienæ animæ periculum tendat. Et vt ait D. A*mbroſ. relatus in c. contraria. de conſ. d.* 5. Multoties diuinis ac eccleſiaſticis præceptis contraria iubent, à ieiunio enim reuocant, lucubrare non ſinunt à meditatione abducunt, &c. Et tamen vel Epictetus philoſophus dicere ſolebat, magis neceſſarium eſſe animæ, quam corpori mederi, cum præſtet mori quàm male viuere. *Ant. in* M*eliſſa p.* 1. *ſerm.* 58. Ideo Medici cum ad Doctoratus gradum promouendi ſunt, coram Epiſcopo iurare tenentur ſe Pij V. ſanctionem ſeruaturos, vt cum ad infirmum vocàntur, eum ad procurandam animæ ſalutem moneãt, ac inducãt. *Graff. l.* 20. *de caſ. reſ. c.* 26. *Sanch. in ſum. l.* 3. *c.* 16. B*onac. tom.* 2. *d.* 4. *q.* 1. *pun.* 16. B*arb. de Epiſc. p.* 3. *Alleg.* 91. De quorum officio, & obligat. egi *in Comment. de ſtat. p.* 2. *c.* 8. *& de Exam p.* 1. *tr.* 7. *c.* 19. *q.* 89. *& p.* 2. *tr.* 8. *c.* 3. *q.* 10. *& p.* 2. *tr.* 14. *c.* 1. *q.* 9.

Finis Secundæ Partis.

PARS

PARS TERTIA

DE CASIBVS RESERVATIS Prælatis regularibus.

Vbi primum agitur de ſtatu religioſorum in communi, & de præambulis ad hanc materiam. *Cap. I.*

IN primis obſeruandum eſt, religioſos quidē dici poſſe omnes, qui ſanctè, ac piè Deum colunt; eo quòd religio virtus ſit, qua Deo debitus cultus exhibetur, D. *Thomas 22. q. 186. art. 1. Malderus tract.* 10. *cap. 1. dub. 1. Suar. de religione l.* 1. *c.* 1. & nos *de ſtat. p.* 1. *c.* 22.

Quinam dicuntur proprie religioſi, &c.

PEr anotomaſiā tñ quandam cōſtat religioſos in Eccleſia noīari conſueuiſſe eos, qui peculiari vitæ inſtituto, & nominatim tribus votis, paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, ſe totos diuino cultui addixerunt.

Et religioſi nuncupantur, quià tum baptiſmi, & diuinæ legis præſcripto, tùm trium votorum vinculo, & obligatione iterum Deo obſtricti, & religati ſint. Velut alijs placet, à relegendo, eo quòd quæ ad diuinum cultū pertinent, diligenter pertractant, & quaſi relegāt. *Abb. in c. eccleſia. nu.* 3 *ext. de conſtit. Graff. de l.* 3. *deciſ. aur. c.* 1. *n.* 1.

Vnde etiam dici ſolent Therapeutæ, ideſt Dei cultores. *D. Dionyſ. de Eccl. hier. c.* 6. D. *Ant.* 3 *p. tit.* 16. *c.* 1. *Valēt. to.* 3. *d.* 10 *q.* 4. *p.* 1.

Qui & regulares dicuntur à regula, quæ illis normam bene viuendi tradit. *c. regula d.* 3.

Eorum namque vita nō ſolum eſt ordinata, & inſtructa, ſed adeò compoſita, vt ordo ipſe dici poſſit; vnde ſi qua in mundo Paradiſi imago exprimi valet, ea nuſpiam aptius, quàm in monaſterio, vbi regularis obſeruantia cuſtoditur referri ſolet. *Hier.* Gratianus *de regulari diſciplina c.* 1.

Et religio tali modo ſumpta diffiniri ſolet, ut ſit ſtatus quidam,

per tria uota, obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, ad chriſtianam perfectionem tendens. *D. Thom. l. c. & q. 184. art. 5. Azor p. 1. lib. 11. p. 24. q. 11. Leſſ. l. 2. de iuſt. & in c. 41 dub. 8. Valent. 3. to. d. 10. q. 4. p. 1. a Hieronym. Platus de bono ſtatus religioſi cap. 2.* Reginal *in praxi fori pœnitentialis, tom. 2. lib. 18. c. 24.*

Quænam ad religioſum ſtatum conſtituendum requirantur.

EX quibus uerbis tria notabilia pro religioſis inferuntur.

Primum notabile.

PRimum hunc ſtatum firmum, ac ſtabilem eſſe debere, religionis enim ordo non ſolum iure ſcripto, ſed etiam per ſe in firma triũ uotorum obligatione conſiſtit, ut homo ita certa promiſſione ad religioſa opera obligetur, ut iam illi integrum non ſit, uel ceſſare, uel etiam uelle ceſſare.

Deinde, ut hæc obligatio non ad certum, ac definitum tempus, ſed ad totam uitam ſuſcipiatur, cum certò ſciatur, quanta ſit humanæ creaturæ mutabilitas, ex qua fit, ut homo propoſitum, promiſſũ & uotum mutet. ut dixi *p. 3. de Exam. tr. 15 q. 25. reſol.* 1.

Atque religioſis uiris maius periculum ſubeſſe ſolet, quia Dæmon eos tum ex inſidijs, tum apertis inſultibus inuadit, atque ad retrocedendum ſollicitat, rigor domeſticæ diſciplinæ, caſtitatis obſeruandæ difficultas, paupertatis anguſtiæ, obedientiæ ſeruitus graues uidentur, ac uoluntatem ſi non proſternunt, & ad fugam impellunt, labare certe, ac uacillare cogunt incautam, & Ægyptum cogitare. Præclara, & celebris eſt Iuris regula, Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt *c. quod ſemel. de reg. Iur. in 6.* At ut de iure uera eſt, ita de facto quandoq. vt humana fert miſeria uiolatur.

Vnde & ii ex *D. Thoma 22. quæſt. 189. art. 9.* alios ad religionem inducentes non ſolum non peccent ſed etiam multum mereãtur, peccare tamen eos continget, ſi ui inducant, ſi per ſimoniam, uel mendacijs, uel religionis deformatæ ingreſſum perſuadeant, periculũ enim ſubeſt ne retrocedat, uel malum ſortiatur finem *Vecchius c. 1. d.* 1.

Huic autem firmitati, uel maximum pondus adiungit etiam Summi Pontificis auctoritas, quam in conſtituendis religioſis inſtitutis

ſimulque confirmandis, ut Chriſti uices in terris gerens adh ære ſoler. *c. fin. ext. de relig. domibus & c. religionum. eod. in tit. lib. 6. Vaſquez l. 2. q. 96. ar. 4. diſp. 165. Sanch. de præcept. l. 5. c. 1. Molfeſ. tr. 11. & 12. nu. 25.*

2 Notabile.

EX quo etiam ſecundo loco conſequitur, ad conſtituendum aliquem religioſum profeſſionem neceſſario requiri, cum monachum non faciat habitus, ſed profeſſio *c. porrectum. ext. de regul. Io. And. & Abb. in rub. tit. de reg.* Quæ præter uſitatam profitendi formam tres præcipuas conditiones exigit.

Ad profeſſionem requiſita.

PRimo, ut in manibus eius fiat, qui illam recipiendi plenam poteſtatem habet. Eius namque eſſentia in ſui ipſius traditione & Superioris acceptatione ex parte Dei cōſiſtit, ita ut hic contractus ultro, citròque obligatorius intercedat, quo profeſſus fidem ſuam Deo obſtringit, & religioni obligatur, è cōtra religio ipſa ad eum alendum, retinendum, & ex religionis inſtituto cum eo agendum obſtringitur. *Azor. l. 12. c. 4. q. 5. Valēt. d. 6. q. 6. p. 5. Arrog. 22. q. 88. art. 7. Sanch. lib. 7. de mat. d. 25. & de præcept. l. 5. c. 4. q. 2.* ubi reſoluit non eſſe ſolius Præfecti ad religionis profeſſionem admittere, ſed etiam maioris partis conuentus conſenſum exigi niſi præſcripta conſuetudo, aut religioſis ordinis ſtatuta aliud habeant, &c.

Secundo, ut is qui profeſſionem emittit, ætatis ſuæ annum 16. expleuerit.

Tertio, ut poſt ſuſceptum habitum, annum integrum probationis abſoluerit. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 15. Regin. l. c. c. 26.*

Quomodo Religioſus ad perfectionem tendere tenetur.

3 Notabile.

TErtio infertur, religioſum de quacunque regula exiſtat, ſiue agendi, ſiue contemplandi, ſiue mixtum uitæ genus ſectetur, teneri ad perfectionem tendere, cum religio ſit Chriſtianæ, ac Euangelicæ perfectionis ſtatus, uirtutum gymnaſium, & pœnitentię exercitium.

citium. D. *Thom.* 22. *q.* 186 *art.* 1. *Val. d.* 10. *q.* 4. *p.* 4. *Azor. l.* 11. *c.* 24. *q.* 11. *Sanch. de praecept l* 6. *c.* 5.

Quam obligationem conſiderans *Nau. in c. cum dicatis.* 12 *q.* 1. Sic grauiter aſſerit: Concluſio eſt terribilis multis religioſis, qui nec actualiter, nec uirtualiter habent animum ſe in dies magis in charitate perficiendi, neque curant plus quàm boni clerici ſæculares, uel laici ad eam tendere.

Vnde & *Bannes* 22. *q* 33. *art.* 3. ait religioſum teneri ex officio, & ui profeſſionis ſub pœna peccati mortalis ſe diſponere, ut ad obeũda munia ſui ordinis ſit idoneus; quia ſecundum media, quæ in religione habentur, ſtudium ad perfectionem aſſequendam adhibere debet, aliàs cum contemnit, lethali ſcelere ſe obſtringit, iuxta illud proloquium,

Sicut uenire ad Monaſterium ſumma perfectio eſt, ita non perfectè uiuere ſumma damnatio eſt, *Ioan. Turrecrem. ſuper* Reg. D. *Benedicti c.* 58.

Religioſus debet eſſe ſemper Auguſtus, quod eſt Romanorũ Imperatorum nomen, ideſt ſemper in uirtutibus augeri, cum ei neceſſe ſit in uia Dei ſemper procedere, ac proficere. Nam ut ait D. *Bernar. ep.* 253. Nolle proficere deficere eſt, non progredi eſt regredi.

Perfectio religioſa in quo conſiſtat, & quomodo acquiratur.

Et ſic ait D. *Anton.* 3. *par. tit.* 16. *c.* 1. §. 1. cui omnes ſubſcribunt.

IPſa perfectio charitatis eſt finis religionis: ſtatus autem religionis eſt quædam diſciplina, & exercitium, perueniendi ad perfectionem, ad quam aliqui peruenire nituntur diuerſis exercitiis, ſicut medicus ad ſanandum uti poteſt diuerſis medicamentis, &c.

Et *Caſſianus collat.* 1 *c.* 7. quem refert, & ſequitur D. *Thom. in d. art.* 1. dicit, religioſa exercitia pro cuiuslibet religionis inſtituto eſſe quoſdam gradus, quibus ad perfectionem charitatis peruenitur. *Azor. l. c. & Miranda in Man. Prelat. regul. tom.* 1. *q.* 1. *ar.* 2. *Oſorius tom.* 3. *conc.* 1. *ad religioſos.*

Item diſciplina clauſtralis ſi ſtrenuè ſeruetur, ad magnam perfectionem ducit, ab æterna damnatione liberat, & in cæleſti Regno altiſſimè coronat, inquit *Tho. de Chempis lib.* 1. *de diſcipl. clauſt c.* 1.

Que-

Quemadmodum religioſi qui ordinis ſui regulam, & propriarũ conſtitutionum iura obſeruant, fideliterque cuſtodiunt in terris Angelicam potius, quàm humanam vitam agunt, & eò propriùs Deo accedunt, quò diſciplinam quam profeſſi ſunt arctius colunt. Sic à tramite ſui inſtituti paulatim deflectentes, & terrenis negotiis ſe implicantes uerendum eſt, ne à perfectionis culmine, ad quod tendere debent decidentes, eis propterea merito exprobari poſſit. Filij huius ſæculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.

Tanta humana fragilitas, & ad res mũdanas, caducaſq. propenſio, vt neceſſe ſit niſi ſæpius ad cœleſtia meditãda, & propriũ finẽ conſiderandum, animus reuocetur, de humano puluere etiam religioſa corda ſordeſcere. vt ait. *D. Leo. ſerm. 4 de Quadrag.* Tria ſunt inquit *Perald. in ſumma vit. ac vir. in tr de ſuperbia*, quæ religioſos ordines deſtruunt. Primum nimia præceptorum multiplicatio, Secundum ſingularitas. Tertium rerum temporalium amor. Quippe pietas olim opulentiam eccleſiæ genuit, ſed tandem corruptis moribus filia matrem ſuffocauit.

Propterea conſulunt Doctores, vt religioſi ſæpe ſecum deputent, an in virtute proficiant; an verò deficiant, vt enim corpore ſeneſcimus, nec aduertimus, ſic etiam ſpiritu; & ad inſtar domus vetuſtate collabimur, niſi renouemur. Suadent etiam vt ſingulis ſaltem annis ſecedant, & a negotiis uacent, & plus ſolito rebus ſpiritualibus incũbant. D. *Baſil. in conſtit. Monaſticis. c. 5.*

Ad virtutum profectum adiumenta.

CArolus Borromæus cuidam à ſuis documentum petenti qua ratione progredi, Deo placere, & ad Cœlum peruenire poſſet, hoc dedit: Qui quotidie in via Dei progredi cupit oportet,

Primo, vt quotidie incipiat, hoc eſt quotidie conari debet vt Deo eo feruore ſeruiat, ac ſi eo die primum inciperet. Nam vel teſte *Seneca epiſt. 72.* Magnà pars profectus eſt velle proficere. *Margot. in* Monitis *ſacris p. 2. Monit. 67.*

Secundo, coram Deo actualiter ambulet.

Tertio, ſolum Deum omnium ſuarum actionum finem ſtatuat. *Cornel. à Lapide in Comment. in Exodum. c 13. verſ. 21. Veridicus chriſt.*

chriſt.c.36. vbi ad comparandam chriſtianæ vitæ perfectionem tradit tria ſuppetere præſidia nempe frequentiori audiendarum concionum, faciendæ peccatorum confeſſionis, ac ſacroſanctæ communionis vſui aſſueſcere.

Regula proprij ordinis in promptu à religioſis haberi debent.

IDcirco renouanda ſæpe vota, & propriæ conſcientiæ ratio reddēda, & ne per negligentiam, vel obliuionē regularem obſeruātiā violent, propriæ cuiuſque ordinis regulæ vel leges tanquam manuale ſpeculum ſæpius inſpiciendæ.

Siquidem cuiuſque religionis regulæ aphoriſmi ſpirituales dicuntur: nam vt in medicina finis eſt corporis ſanitas; officium medici eſt curatio: præceptionis curandi, & ſanandi aphoriſmis continentur: ſic in ſpirituali medicina regulari finis eſt religioſa perfectio: officium eſt regularis directio, & gurbernatio; pręcepta, & aphoriſmi, quibus medicus vtitur, ſunt regulæ, & propriæ cuiuſq; ordinis conſtitutiones. *Victor. Vmbert in reg.* D. *Auguſt.c.vlt.*

Et quemadmodum periti Iuris Canonici, ſiue moralis Theologię de quacunque re propoſita iudicium prompte ferunt, liceat ne an ſecus: Ita religioſum eſſe oportet ſuæ regulæ, ſuique Iurisperitum vt ſtatim atque aliquid faciendum ſuggeritur, intelligat regulam ei mente applicando, nùm iure ſui ordinis fieri poſſit.

Religioſus orationi incumbere debet.

INtelligat etiam non mereri nomen religioſi, qui quotidie orationi mentali non vacat, & tandiù diuina myſteria, & beneficia meditatur, quandiù per ſui ordinis conſtitutiones, & facultatem licet: anima enim dum in Deum eleuatur, perficitur, *Caiet.* 22. *q.* 82. *art.* 3. Et *vt S.* E*phr. tom.* 2. *paran.* 4. ait:

Oratio, & lectio duo ſunt ſpiritualia vbera, quibus in religioſo ſpiritus alitur,

Et hic eſt præcipuus religioſæ contemplationis fructus, vt eius affectus in Deum exardeſcat: ardens enim fit in nobis cor, dum Deum per orationem alloquimur, vel ipſe nobis per lectionem loquitur.

Ebul.

Ebullit in nobis ſpiritus, dum per contemplationem cordi noſtro ſubiiciuntur incendia.

Duæ nobis inſunt præcipuæ animæ vires, intellectus, & voluntas præcurrit intellectus, ſubſequitur voluntas; præcedit cognitio, ſubſequitur appetitus. Vnde non ineptè nonnulli Doctores animam noſtram aquæ, pietatis ardorem calori comparant; vt namque calor ab aqua refugit, niſi eum ſuppoſiti ignis ardor foueat, ita ab anima facile pietatis ardor elabitur, niſi eam lectionis, & orationis inflammet incendium.

Et rectè *D. Bernard. ſerm.* 18. *in Cant.* Orando, inquit, bibitur vinũ lætificans cor, uinum ſpiritus, quod inebriat, & carnalium uoluptatũ infundit obliuionem.

Vt etiam omittam religioſos, & alios eccleſiaſticos pro populo orare teneri, cum peccata populi. i. oblata pro peccatis comedere dicantur, *Oſeæ c.* 4. ubi Ribera. Et habetur in *c. ipſi ſacerdotes* 1. *q.* 1. ubi ſubditur: Qui quanto digniores fuerint, tãto facilius pro neceſſitatibus pro quibus clamant, exaudiuntur.

Quem finem ingreſſurus religionem ſibi præfigere debeat.

ET quia infœlicem ſortiuntur exitum, quæ mala ſunt inchoata principio, quia ubi Chriſtus non eſt fundamentum, ibi nullius boni operis eſt ſuper ædificium, *cap. cum Paulus.* 1. *quæſt.* 1. proinde maxime curandum, ut qui religionem eſt ingreſſurus ritè ſit diſpoſitus.

Maxima autem diſpoſitionis pars in eo conſiſtit, ut finem, uel ſcopum ſibi præfigat, quò per tria uota ab illis tribus horrendis monſtris carne, Dæmone, & mundo ſe tueatur, de quibus extat illud Baptiſtæ Mantuani diſtichon, à *D. Ioanne* 1. 2. *Epiſt.* mutuatum.

Ambitioſus honos, & opes, & fœda voluptas,
Hæc tria pro trino numine mundus habet.

N*au. in c. cui portio num.* 8. 1 2. *q.* 1.

Ideo Præfecti religionum uel ab eis Deputati in nouitiorum receptione debitam inquiſitionem facere debent, quæ oritur uel ex obligatione iuris naturalis, an. ſ. quis ſit idoneus, & à Deo uocatus & recta intentione ductus; uel ex Iure Pontificio. i. Sixti V. Conſtitutio:

rutione, uel ex eo quod in cuiuſque religionis ſtatutis decernitur. *Graff l.3.Deciſ.aur.c.5.num.5. Vecch.in Praxi nouit.Diſp.6.Dub.1.* ubi etiam *Diſp.6.Dub.2.* ex communi reſoluit ſuperiores aliquem ad ordinem recipientes aliorum fratrum conſilium, & conſenſum adhibere teneri.

An religionem ingreſſurus conſilium petere debeat.

HAc autem diuina inſpiratione concepta, quæ dictat mundum, vt fallacem, & proditorem eſſe fugiendum, quoniam quòd in eo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, de ipſo religionis ingreſſu nihil conſultari oportet, quandoquidem religionis inſtitutum Chriſti Domini conſilium eſt, & ipſius religionis ingreſſus eſt melioris vitæ ſuſceptio; vnde qui de hoc dubitat Chriſti authoritati plurimum derogat, qui de religioſa vita amplectenda conſilium dedit: quò tamen ad modum, & religioſi ordinis conditiones, & qualitates, in quem coaptari cupit, illos conſulere debet, qui prodeſſe, & non obeſſe poſſunt. iuxta illud *Tob.c.4.* Conſilium à ſapiente ſemper inquire. *D.Thom. 22.qq.189. art.10. Azor.lib.12.c.1. Platus.de bono ſtatus relig.lib.3.33.*

Propterea ſapienter faciet, ſi inueſtigare, ac perquirere ſtudebit vt inſtruatur, in quo monaſterio obſeruantia magis vigeat, quę ſint tutiores conſtitutiones, quæ regula arctior: quæ obligationes, & alia, quibus aptius, & plenius Deo deſeruire poſſit. *Cardin.Palęotus in Archiepiſcopali.ſerm.14.p.7.*

Quid in actu profeſſionis religionem ingreſſus agere debeat.

ET quia, vt quidam S.vir dicere ſolebat, religioſa vita nil aliud eſt quàm perpetua crux, & iuge martyrium, eo quod religioſus ſe ipſum vincere debet, & perpetuò ex voto obtemperare, propterea præcipuè religionis difficultates tyronibus aperiendæ ſunt. *Petr. Morales in c.1.Matth.l.1.tr.11.num.14.*

Nouitij exercendi, & probandi.

ET eorũ ſpiritus anteq̃ in religionem accipiant, diligẽter, & accuratè probandus eſt, & poſtquam ſunt recepti, cum exquiſito

dele-

delectu, ad religionis habitum, vel profeſſionem admittendi, vt diſertis verbis tradit *Caſſianus lib. 4. inſtitut. c. 3. & Ribera in Oſeam prophetam c. 2. Vecchius de nouit. Diſp. 9. Dub. 15.*

Hac de cauſa vt hoc negotium prudentiori iudicio fiat, multi DD ſenſerunt quod quãdo penes Abbatem, vel collegij Præfectum eſt nouitios ad religionem admittere, non ſolum conſilium audire, ſed etiam maioris partis cõuentus cõſenſum, ut dixi, ſequi teneatur. *Roderiq. in qq. reg. to. 3. q. 17. art. 7. Nau. conſ. 9. de conſt. Sanctarel. de apoſt. c. 2. dub. 1.* Laurent. Iuſtin. dicere ſolebat, maxime penſitanda eſſe eorum propoſita, qui ſe ad religionem conferrent, ne dum ineptus ſuſcipitur, aptus ab eo corrumpatur. Item cum nimium numerus augeretur, vitæ rigore atque monaſticum rigorem diutius conſiſtere non poſſe. vt per *Bernard. Iuſtin. in eius vita c. 6.* Videantur Decreta Clem. VIII. pro inſtitutione *Nouitiorum apud Quar. in v. monaſteria. & Nald. v. religioſus. num. 40. Ludou. à Ponte de chriſt. perfect. tom. 3. tr. 5.*

B. Catherina Genuen. Documenta.

Vnde ſæpe illis inculcandum quod B. Catharina Genuenſis facere ſolebat. Spiritus. n. ſanctus, ei ſuaſit vt in tyrocinio ſuo tres ſibi regulas præſcriberet. Primo ut nunquã diceret, volo vel nolo; cũ religioſus ſit mundo mortuus, qui nec velle nec nolle habet. *c. 2. de tr. ſiam. in 6.* meum & tuum, frigidum verbum, quidquid et ſi malorum in vitam noſtram inuehens, à ſe abdicare ſtuduit, vt exactam paupertatem ſeruaret. Tertio vt reprehenſa non ſe excuſaret, ſed accuſaret, ſi etiam in modico religioſas leges violaſſet, cum ſciret culpam quæ excuſatur geminari, &c.

Et cum inter alia quę ad conſequendam chriſtianæ ac religioſę vitę perfectionem conducunt, ſit frequens confeſſio, & communio, vt per *Baron. tom. 11. Anno Dom. 1074. & Io. Verid. chr. vitę c. 36.*

Circa horum duorum ſacramentorum frequentationem tyrones potiſſimum inſtituendi ſunt. Quod vero ad confeſſionem attinet, ex Decreto Clem. viij. Magiſtro nouitiorum confiteri debent. de quo *Quar. in v. Monaſterij. & Conuentus.* adeo vt multi DD. ſenſerint confeſſionem alteri quã ei factam inualidam eſſe: quod aſſerere nunc non auſim. *Vide Roder. tom. 1. qq. regul. q. 21. art. 11. Molf. tr. 7. c. 14. num. 80.*

An

An autem nouitij à religione recedentes in censuras, ac irregularitates, a quibus abſolui diſpenſatique in eadem religione fuerunt, reincidant, videantur Bonac. tom. 2. Diſp. 4. q. 2. pun. 7. §. 4. num. 28. Molf. tr. 11. c. 15. num. 89. Barthol. de Vecchis de nouitiis Diſp. 9. Dub. 25. Vbi reſoluit nouitios vi priuilegiorum abſolutos, vel diſpenſatos, ſi ex religione diſcedant, in eoſdem laqueos non relabi.

Quid in actu profeſſionis faciendum ſit.

IN ipſo actu profeſſionis, uel paulò antequam profeſſio fiat, quę ante annum 16. expletum fieri non debet *Cōc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15.* à uitiorum colluuione expurgandus animus, & interior renouatio comparanda eſt, quæ in tribus potiſſimum conſiſtit, uidelicet rectitudine intentionis, puritate affectionis, & recordatione bonę operationis, per quam ſibi bene conſcia memoria eniteſcit. D. *Bernardo in tr. de gratia, & libero arbitrio ad finem.*

Spiritualibus meditationibus ante uacandum, ut tyro intelligat, quanti ponderis, & momenti res ſit, quam aggreſſurus eſt, & quid Deo promiſſurus, &c.

Dum profitetur, holocauſta medullata offerat Deo. *Pſalm. 65.* Ideſt eius profeſſio ſit tanquam ſacrificium illud, quod totum nulla prorſus parte in alium uſum reſeruata, in Dei honorem incendebatur: nam religioſus per profeſſionem omnia quæ habet, uel habere poteſt, Deo offert, cum per paupertatis uotum omnia externa bona ipſi defert; per uotum caſtitatis proprii corporis bonum Deo conſecrat; per obedientiam uero bonum animę, quod eſt propria uoluntas, cum omnibus potentiis, & habitibus animę, ipſum offerre palam eſt. *ex* D. *Thom. 22. q. 186. art. 7.*

Præterea hoc holocauſtum medullatum eſse debet, quod ex cordis uiſceribus, atque intimo animo omnipotenti Deo ſeruiendi proficiſcitur; ita ut obiici nequaquā illi poſſit, quod Iſaias dicebat *c. 30.* Væ filii deſertores, ut faceretis conſilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum.

Quid facta profeſſione religioſus agere debeat.

FActa profeſſione, & ſui ipſius dedicatione, per quam mortuus mundo factus eſt *l. Deo nobis* C. *de Epiſcopis. & cler. c. placuit.*

il 1.

N. 16. *q.* 1. *Fuſar. de ſubſt. q.* 430. religioſus conſtanter ſibi proponere debet, poſt hac exemplo SS. Magorum aliam prorſus uiam ſequi, & omnia vetera renouare, ita vt oſtendat, cum nominis mutatione vitæ etiam genus mutare, & ſe nõ verbis tm̃, ſed rẽ ipſa, & quotidianis operib. ſeculo iam renuntiaſſe, ac in Chriſti Domini familiam tranſiſſe, vt propterea iuxta propriæ religionis media ad chriſtianam perfectionem tendere conetur. *Sanch. l.* 6. *de præcept. c.* 5.

Ideo ex laudabili more religionem ingreſſis ſeculare nomen mutari ſolet, vt oſtẽdant ſimul cum nomine veterem hominem exuere, & nouum ſecundum Deum inducre. *Menothius de arbit. Iud. ca. Ju* 318. *Morales in Matth. l.* 3. *tr.* 8. *num.* 33. *Card. Palæot. l. c.*

Scitè namque D. Ægidius roganti quidnam eſſet religio, reſpondit: Curia magni regis, inquam ingredi cuius datum, & nullius reputatur artis, at nõ ita bene, ac competenter in ea conuerſari. Notabat autem plures religionem ingredi, & manere irreligioſos, ac vt ait vulgus, cucullam non facere monachum. *c. porrectum. de regul.*

Monitum.

VBi obſeruandũ ex *Conc Trid. ſeſ.* 25. *de reſor. c.* 19. illũ tanquã religioſũ cõpellendũ eſſe in emiſſa pfeſſione manere, q intra quinq. annos poſt eã non oſtenderit ſe ui metu ue coactum, & quidẽ antequam habitum abijciat; cauſaſq. quas prętendit, corã Superiore ſuo, & Ordinario deduxerit, &c. *Barboſ. de Epiſc. p.* 3. *Allegat.* 101. & nos *in* 3. *p de Exam. tr.* 15. *c.* 8. *reſol.* 1.

Introductio ad opus, &c.
Cur religioſi aliquando in peccata labantur.

SVpponendum eſt enim religioſos, & ſi tot donis ornatos, & tot theſauris ditatos, infirmitatis tamen humanæ labe interdum vexari, ſapientiæ normam prætergredi, & à virtutum ſplendore degenerare; & cum viatores ſint, & Angelicam perfectionem non profiteantur, & lutea uaſa portent, ut ait Apoſtolus, ipſius humanæ imbecillitatis miſerias experiri; vt proinde mirandum non ſit ſi etiam pro communi religionum bono, regularium Præfectis aliquos caſus reſeruare neceſſarium ſit. Varijs ſiquidem ſacrarum litterarum exẽ-

plis docemur, etiam eos qui à Deo ipſo electi fuerunt, vt alijs præeſſent, miſerabiliter aliquando lapſos fuiſse.

Sicvt alia exempla omittam, in Apoſtolico ipſo ſenatu (tremendo quidem omnibus exemplo ſed ſumma Dei prouidentia) Iudæ contigiſſe nouimus, vt omnes perpetuò timere, ſibique ipſi diffidere diſcant.

Cur religioſi aliquando labi à Deo permittantur.

NAm permittit quandoque Deus eos, qui ſapientiores, & ſanctiores videntur, miſerè prolabi, implerique faciem ipſorū ignominia, vt eorum ſuperbiam, & elationem reprimat, & ipſi Diuinum nomen diligentius quærant, iuxta illud *Pſal.* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Et vt cæteri humiliores, & cautiores reddantur, ſeu vt aliorum imbecillitatis miſereri diſcant, ſiue etiam vt maiori ſpiritu, ac feruore ad pœnitentiam reſipiſcant. Quod in Petro Apoſtolo Apoſtolorum Principe, Chriſtique ipſius Vicario declaratum fuiſſe conſtat. *c. fid. lior d.* 50. *D. Baſil. in reg* 62. *c.* 81. *Platus de bono ſtat relig. lib.* 3. *c* 24. *Cardin. Pal. de ſacri Conſiſt. Conſul in concl membro* 3. *Oſorius tom.* 3. *in concione* S. Iacobi. § *ſed certe. vet.* Morales *in Comment. in* 1. *capit. Mat. lib.* 1. *tr.* 11. *num.* 2. *Azor p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 24. *q.* 12. Et facit quod tradit *D. Thom.* 22. *q.* 186. *art.* 10.

Religioſi an in eodem genere peccati grauius peccent, quam laici.

VBi docet, quod licet religioſi peccatum magna ex parte ſit grauius, quam ſæcularis, quatenus vel ex maiori legis uel præcepti contemptu, aut cum aliorum offenſione, aut ex pleniori rei agendæ ſcientia, vel ex maiori negligentia committitur, nihilominus tamen verè affirmat, religioſum ex alia parte minus peccare, quia minus libere, & voluntarie delinquit, nimirum quia aut occaſione incitatus, aut animi perturbatione commotus labitur, & peccat. Item minus voluntarie peccat, quia renitente ratione quod non debet malum agit, cum tamen laici liberius peccare ſoleant minus obſiſtente, & repugnante ratione. Ex quo etiam fit ut religioſi uiri in peccatum lapſi citius, & facilius reſipiſcant, & ad ſaniorem mentem redeant,

deant, cum tamen laici mente obſtinata diutius in delictis perſiſtant eo quod maiori uoluntatis affectu malis inhæreſcant. Idem *Azor. lib. 4. c. 20. q. 8. Platus de bono ſtat. relig. l. 3. c. 24. & ſeq.*

Vbi ex DD. tradit eorum peccata licet mino: i magis apparere, quia ipſa ſtatus dignitas facit ut aduertatur quidquid uel leuiter ab ea diſſonet, ut in ueſte nobili, aut in candido panno uel minima labes dedecet. Et licet aliqui religioſi aliquando cadant, & in peccata labantur, non propterea de omnibus male iudicandum, nec ipſi religioni tribuendum.

Cum autem, ut dixi, contingat aliquos religioſos clauſos à rationis tramite deflectere, & nemo ſine crimine uiuat, nec ſit qui non erret. *Caſtren. in l. quamuis. ff. de condit. & demonſtrat.* Non eſt quod ſeculares homines inde ſcandalum ſumant, uel contra religioſos ordines obloquantur; nec ob turpes aliquorum lapſus damnandũ eſt religionis cõſilium; neq. ob iſtorum caſus de toto cœtu iudicandũ, nã

Non res in vitium, ſed male facta cadunt.

Eſt iſta huius miſeræ uitæ quandiu peregrinamur à Domino fragilitas, ut quemadmodum Saluator prædixit, neceſſe ſit euenire ſcãdala, ita ut qui hoc miretur, ignorare uideatur ubi uiuat, & qualis etiam ipſe ſit, qui hoc in alijs miratur.

Homo lapſui ſubiectus eſt.

ADeò humana conditio lapſibus eſt ſubiecta, ut meritò Crates negaret, inter homines quempiam inueniri poſſe, qui non aliqua in parte laberetur, addens, nullum reperiri malum punicum, in quo aliquod ſupputre granum non deprehenderetur; nec tam bonum uinum, quod ſuas fæces non haberet.

Vnde & Sophocles.

Mortalium res ſi cunctas examines,
Inuenies in pleriſque turpitudinem.

Et in nullis peccare diuinitatis eſt potius quã humanitatis *l. 2. C. de vet. Iu. enucl.* Mantica *de coniect. vlt vol. l. 12. tit. vlt. num. 92. & de Tacit. & amb. tom 2. l. 27 tit. 7. num fin.*

Quare Caſſianus cum illuſtrem Paphnutii illius patientiam commemoraſſet, qui ab altero Monacho furti accuſatus, ultrò innocens

pœnam ſubijt;nec inquit,peruerſos,atque execrabiles quoſque ſanctorum uirorum numero inſertos latitare miremur;quia dum huius ſæculi area conculcamur,atque conterimur,neceſſe eſt etiam paleas igne perpetuo deputandas inter electiſſima frumenta miſceri. hæc ille.*collat.*18.*c.*16.*Plat.l.c.c.* 25.

Athenagoras *apol. pro chriſt.* ait:Puniri improbos;malitiā in peccāte eſſe,non in profeſſione crimen. *Et D. Chryſoſt hom.*4.*in Iſa.* Si Chriſtianus fuerit improbus,nec incuſes profeſſionem,ſed re bona utentem male.

Congregationes non improbandæ ſi in eis aliqui peccent.

VNde *D. Aug.in c.quantumlibet.d.*47.Quantumlibet, inquit, uigeat diſciplina domus meæ,homo ſum, & inter homines uiuo,nec mihi arrogare,audeo,ut domus mea melior ſit,quàm arca Noe,ubi inter octo homines reprobus unus inuentus eſt,&c. Orbem uniuerſū hoc euertere dicit *D.Chryſoſt.l.*3.*cōtra vitup.vitæ monaſt.* quod monachos velint eſſe homines perfectos,ceteris licere putent negligentius viuere.

Et D. *Baſil.in conſtitut.monaſt. c.*7. Veluti inquit,ſi omnino aſceta corporis,ac materię expers eſſet,aut nullum prorſus,aut quam minimum cibum aſſumere illum uolunt.

Etſi ex huiuſmodi diſciplina quempiam animaduerterint,qui nō uſquequaque inclementer corpus tractet, ac uel tantillum illius neceſſitati ſubueniat,hunc conuitijs,calumniſq.proſcindūt,deriuataq; ab uno in cunctos proteruia,uniuerſos pariter lurcones, quoſdam, & helluones appellant.

Et ut prudenter D.*Bonauent.lib.de ſex alis Seraphin.cap.*3.*& Ludou. de Ponte de chriſt. perfect. tom.* 2. *tract.* 4.*cap.* 5.§ tradidit,& nos alibi.

Non ea laudabilis eſt religio, in qua nullus peccans reperiatur, quia nulla huiuſmodi eſſe poteſt:ſed in qua nullus impunè peccare ſinatur: & peccandi aditus prẹcludatur, incorrigibiles eliminentur, & boni foueantur,&c.

Et recte dicit *Cicero lib.*3.*de legib.* Vitia quidem Tribunatus pręclare Quinte proſpicis;ſed eſt iniqua in omni re accuſanda, pręter miſsis bonis,malorum enumeratio,uitiorumque ſelectio.

Por;

Porro ſcimus homines ob naturæ corruptionem procliues magis eſſe ad vitia carpenda, quàm ad virtutes commendandas. Quod quidam ſymbolo Solis eclipſim paſſi hoc lemmate ſignificauit.

Non habet niſi defecerit inſpectorem. Non debet aliquis alterius odio prægrauari nec alteri per alterum iniqua conditio inferri *c. nō debet de reg. iu. in 6. l. non debet vbi Dec. & Cagn. ff. eodem tit.* Lilium eſt inter ſpinas religio, ait quidem ex Patribus, ſi ſpinæ ibi pungunt ibidem flores olent, & ſanant. *Finus Hom. 16.*

Prouiſio ne religioſi in grauia peccata ruant.

AD continendos ergo religioſos homines in officio, nè turpiter labantur, ſed propriæ profeſſioni reſpondeant, multi frequentiores caſus à Superioribus religionum reſeruari poſſunt, quandoquidem *vt ſup. 1. c.* dictum eſt, quod facilè abſoluitur facilè cōmittitur, & facilitas veniæ incentiuū tribuit delinquendi. *c. eſt iniuſta. 23. q. 4.* Et Terentiana etiam ſententia,

Deteriores omnes ſumus licentia,
Quodcunque inciderit in mentem, volet, &c.

Vnde & M. Ant. Verus dicebat, difficile eſſe in maxima licentia ſibi moderari, & cupiditatibus quaſi frænos imponere.

Cui concinit dictum illud Platonis *dialog. 8. de republ. & 3. de legib.* Licētia vbi eſt, ibi nimirum quiſque propriam vitæ ſuæ formam conſtituit prout cuique placuerit; cum licētia ſit mater impudētię.

Quò ſpectat illud Claudiani.

In peiora datur, ſuadetque licentia luxum.

Si enim vir religioſus ita eſſet animo affectus, vt ſibimet lex eſſe vellet, & ex diuinorum præceptorum, religioſarumque ſanctionum præſcripto viueret, & vltrò quod honeſtum eſt ſequeretur, alijs præceptionib. vt vallis, muniri non oportere; quandoquidem Antiſtenes negabat ſapientem iuxta leges viuere, ſed ſecundum virtutis normam: ſentiens non ideò quid à iuſto vitari, quod hoc legibus interdictum ſit, ſed quod ipſa hominis ratio hoc diſſuadeat, quæ docet hominem, hoc eſſe honeſtum, illud turpe.

Proinde caſus etiam regularib. Deo dicatis reſeruantur, vt ſaltem metu pœnæ, & difficilioris veniæ, à grauiorib. exceſſib. cohibeantur.

Con-

Confeſſarij monaſterij caſus reſeruatos apud ſe habere debent. &c.

QVos quidem caſus monaſterij Confeſſarij apud ſe hr̃e, & ſæpe perpendere debent, ne ab ijs ſine facultate abſoluentes in alienam meſſem falcem mittentes peccent, & actum nullum reddant, omnes enim humani actus, vt rite, & valide conficiātur, ac conſiſtāt tria requirunt, nempe conficientis voluntatem, eiuſdem poteſtatem ac honeſtam, & iuſtam cauſam *Menoch. conſ. 75. num. 34. & 158. num. 30. gloſſ. in c. cum ſup. de eff. Deleg.*

Regulares ſiñ Confeſſarij abſoluentes ſuos fratres à caſibus reſeruatis eorum Superiorib. ſine ipſorũ licentia, in pęnas Decreti Clem. VIII. non inciderent. Nam ibi de Ordinariis locorum fit mētio, quę verba Prælatis regularibus non conueniunt, qui locorum Ordinarij non ſunt, ſed fratrum. *Gambarut. c. 3. num. 23. Arg.* quod traditur de Confeſſariis approbatis ab Ordinariis locorum tempore Iubilei, &c. *Bonac. tom. 1. d. 5 q. 7. §. 2.*

Hos autem caſus in ſequentibus capitibus breuiter explicandos ſuſcepimus. Sub quorum diſpoſitione, & legibus, moniales etiam regularibus ſubiectæ comprehenduntur, ſi Superior hos caſus uel aliquos ſibi etiam quò ad illas reſeruauerit.

Siquidem regulariter quæ in monachis conſtituta ſunt, in monialibus etiam quò ad eis proportionabilia, ſtatuta cenſentur. *Menoch. de arb. Iud. cent. 5. caſu 421.*

Et ſub maſculino nomine fœmininum comprehendi etiam in materia pœnali docet idem *Menoch. de adip. poſſeſſ. remed. 4. num. 61.* & alij apud *Sanchez. de precept. d. 6. cap. 16. num. 89.*

Monitum.

VBi illud obſeruandum, eſt regularem intra monaſterij clauſtra degentem, ſi extra notorie deliquerit, inſtante Epõ, à ſuo Superiore, vel eo negligente, ab eodem Epiſcopo puniri poſſe. *ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reg. c. 14. Nau. comment. 2. de regul. num. 63. Roder. tom. 2. qq. reg. q. 2. art. 6. & q. 63. art. 4.*

Imo in illis caſibus in quibus religioſi non obſtante eorum exemptione Epiſcopis ſubſunt, puniri ac cenſuris percelli poſſe multi ſentiunt, vt per *Ricc. in Praxi var. reſol. reſol.* 110. conformiter ad Bul-

lam

Iam Greg XV. de qua infra. Et ſi quò ad cenſurã cõtrarium teneat *Sanch. l. 7. de mat. d. 33. num. 23. & tom. 2. de præcept. l. 6. c. 1. num. 14. Barb. de Epiſc. p. 2. Alleg. 105. num. 13.*

Sicuti etiam ex aliquorum ſententia Epiſcopi monaſteria monialium non ſibi ſubiectarum ingredi nequeunt prætextu videndi quo modo clauſura ſe habeat, niſi in caſu quo viderint. d. clauſuram in aliquo monaſterio publice violatam fuiſſe, quæ ſi ab admonito ſuperiore non inſtauretur eius negligentiã ſupplere debebit *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. Miranda de monial. q. 2. ar. 14. concl. 3. Belloch. p. 2. q. 9. num. 192. Arg. Sanch. l. 6. de præcep. c. 15. num.* 10. contra *Nald. v. clauſura v. moniales num. 3. & Zecchius de repub. Eccleſ. tit. de monial. c. 2. & Barb de Epiſc. p.* 3. *Alleg.* 102.

Quorum tñ opinio magis in praxi recepta videtur. Nunc præſertim poſt Bullam Greg. XV. *de Exempt. priuileg. Incip. Inſcrutabili.*

De primo caſu in Põtificio Decreto poſito, qui eſt Veneficia, Incantationes, & Sortilegia. De ſecundo, qui eſt apoſtaſia à religione, ſiue habitu dimiſſo ſeu retento, quando eò peruenerit, vt extra ſepta monaſterij, ſeu conuentus fiat egreſſio. De tertio, qui eſt nocturna, & furtiua è monaſterio, ſeu conuentu egreſſio, etiam non animo apoſtatandi facta. Cap. II.

Primi caſus explicatio. ſectio. 1.

CIrca primum caſum, obſeruandum eſt ſub illis tribus ſuperſtitionum ſpeciebus expreſsè prolatis, ex eadem, vel maiori militante ratione, omnes alias ſpecies contineri. Nam vt tradit *Abb in c. ex tenore num. 6. ext. qui filij ſint legitimi*; & ſi pœnalis Cõſtitutio reſtringi debeat. *c. odia, de reg. iu. in 6.* quando tamen per illam animarum pericula deuitẽtur, de vno caſu ad alterum extendenda eſt, *vt ſup. p. 2. caſu 3. ſect. 3.* dictum eſt.

Huius peccati grauitas.

QVam graue autem ſit hoc ſortilegiorum, & ſuperſtitionum peccatum, & quomodo Confeſſarius quò ad praxim ſe gerere

rere debeat, in ſecunda parte caſu ſecundo ſatis diximus; & cum ibi tradita huic etiam caſui aptari poſſint, illuc recurrendum eſt, &c.

Hic tantum dicendum videtur, euenire non poſſe, vt hæc flagitia à religioſos viro perpetrētur, niſi in reprobum ſenſum ſit datus, & ſit de illorum numero, de quibus *D. Aug. ep.* 137. ſic loquitur.

Ex quo Deo ſeruire cępi, quomodo difficile expertus ſum meliores, quàm qui in monaſterjs profecerunt; Ita non ſum expertus peiores, quàm qui in monaſterijs defecerunt. *c. quantumlibet. d.* 47. Ita vt locum habeat illud philoſophicum enunciatum: Corruptio optimi peſsima. Et in huiuſmodi monſtrum illud *Iobi. cap.* 15. uſurpari poſsit: Bibit iniquitatem, ſicut aquam. Et etiam illud Sapientis: Comedunt panem in peccatis, & uinum iniquitatis bibunt. *Prouerb. cap* 4.

Talium certe qui ſic deplorate peccant uita iuxta & mors peſsima eſt; cum illi ſi non uerbis, at re ipſa dicere uideantur: Percuſsimus fędus cum morte, & cum Inferno fecimus pactū. *Eſaia. ca.* 28.

Et ut quidam Sapiens dixit: Qui ex balneo calent, uehementius frigeſcunt, & aqua frigidior eſſe ſolet, quæ prius caluit: Ita uehemētius ſe oderunt, qui prius amici fuerunt, & ſceleratiores ſunt, qui à pia uia ad impiam ſe tranſtulerunt.

D. etiam T*hom.* 22. *q.* 186. *art. vlt. ad* 3. tradit, ſi relgioſi his tenebris obſideantur, ut ex contemptu peccent, peſsimos effici, & maxime incorrigibiles, ſecundum illud *Ier. c.* 2. confregiſti iugum, dirupiſti uincula, dixiſti, non ſeruiam, in omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.

Peccati ſenſum cum homo amiſit, eius morbus pene incurabilis.

CErtè D. *Hier. in* 3. *c. Thren.* in peccati pęnam hoc contingere ſcribit, ut quis bonum uideat, quod facere debet, nec tamen facere queat: uerum longe grauiori pęna oriri, ne id quidem uideat.

Atque huc ſpectat, quod ait *Orig hom.* 8. *in Num.* Quemadmodū ij, qui uel Dæmone repleti, uel mente alienati ſunt, non ſentiunt ſi uulnerentur: ita nos cupiditatibus ſæculi amantes facti, uel uitijs inebriati ſentire non poſſumus, quanta vulnera, quantas contritiones animæ peccando conquirimus.

Ac

Ac proinde, vt eſt apud *D. Greg. lib. 5. mor. c. 28.* aptiſſime Iob impios velut à tinea conſumi ait: Tinea quippe damnum facit, & ſonitum non facit; ita iniquorum mentes, quia damna ſua conſiderare negligunt, integritatem quaſi neſcientes perdunt.

Vnde etiam *D. Bernardus lib. de conuerſ. ad cler. c. 4.* nullam aliam cauſam affert, cur in turpiſſima queque vitia proruamus, quàm internum ſtuporem; effuſus enim animus damna interiora non ſentit, atqui periculoſa res eſt, ac veluti incurabilis quidem morbus, cum homo peccati ſenſum amiſit.

Quò etiam ſpectat illud *Dauidis Pſalm. 103.* Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ; peccatores namq. vitijs obtenebrati, & mentis caligine circumſepti, belluino more de peccato in peccatum tranſeunt, & pp ignorantiã tanquam amentes, dãna propria non pcipiũt; iuxta illud Sapiẽtis. *Prouer. c. 23.* Et eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo. Vt autem docet communis Theologorũ ſchola, Deus peccantis animam grauiori ſupplicij genere punire non poteſt, quã ſi in alia plura crimina pro veterum ſcelerum vindicta illum prolabi permittat: Quod indicat illa Eccleſiaſtici comminatio: Vir multũ iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo eius plaga. *Eccleſ. c. 23.*

Tunc enim per poſtremum impœnitentiæ peccatum properat illa dies, qua Dominus ei ſicut fatuis virginibus dicet, Clauſa eſt ianua. *Io. Carthag. lib. 5. hom. 11.*

Monitum.

QVò ad abſolutionem tamen illud annotandum videtur, quod ſi pœnitens regularis in veneficijs, incantationibus, vel ſortilegijs conficiendis errorem in intellectu habuerit, excommunicatione in Bulla Cœnæ Domini contenta innodatus erit; proinde ad legitimum ac competentem Iudicem mittendus erit. Hodie enim omne hæreſis delictum ad Inquiſitores priuatiue quò ad alios Iudices ſpectat, non excluſo tamen iudicio Ordinarij coaſſiſtentis violatæ religionis Cẽloribus in cauſa propriæ ouis, ut decreuit S. P. Paulus V. In Bulla Incip. *Rom. Pontifex.* Adhibitis ſeueriſſimis pœnis contra Superiores religioſorum ſe quò ad hanc cauſam cum ſuis ſubditis in-

ſtomittentes *Ghiſlerius de Iud.regul.c 9. num. 10. Barb. de Epiſc.p.* 2. *Alleg.*40.*num.*39.*Megal.conſ.*21.

Imo in foro conſcientiæ religioſi à iuriſdictione Epiſcoporum exempti, poſſent uirtute *c.liceat.* ab hęreſi abſolui ſi cũ venia ſui Pręfecti eis ſe ſubijceret, dummodo tale priuilegium per Bullam Cænę Domini non eſſet reuocatum. &c. *Sanct. de hęreſi c.5.dub.1. Sanch. de precept l.4 c.39.nu.33. Molina tom 4. diſp.62.nu.5.*

Quo uero maleficia, & ſortilegia conficientes, ſi vt mors ſecuta ſit vltimo ſupplicio affici debeant. vide in Bulla Greg. XV. Incip *Omnipotentis.*

Secundi caſus explicatio. ſect. 2.

Apoſtatæ fugitiui, & eiecti differentia.

QVò ad ſecundum caſum obſeruandum eſt hæc tria nomina inter ſe differre, fugitiuum, eiectum, & Apoſtatam; nam fugitiuus proprie ille dicitur, qui obedientiæ iugum excutiens à monaſterio recedit, & ſe Præpoſito ad tempus ſubtrahit, ſiue habitum exuat, ſiue non. Eiectus eſt is, qui ob culpam ſuam extra monaſteriũ expellitur At Apoſtata eſt ſuſceptæ religionis deſertor, hoc eſt, qui à conuentu exit animo, & voluntate libere extra monaſterium viuẽdi, ſiue cum habitu diſceſſerit, ſiue non: cum habitus monachum nõ facit. *c. porrectum. vbi gloſſ. ext. de regul. Azor. p. 1. lib. 12. c. 16. q. 1. Leſſius l. 2. c. 41. dub. 15. & paſſim* DD *in c. fin de regul. & c. 1. extra de Apoſtatis. Sanch. de precep l. 6. c. 9. Sanct. de Apoſt. c. 1. Bonac. de clauſ. pun.* 11. §. 1.

Apoſtaſia quotuplex.

APoſtaſia autem (quod eſt nomen græcum, latinè ſonans defectionem ab his, quibus homo Deo coniungitur) triplex eſt, videlicet à fide, cum quis à chriſtiana religione recedit, quæ ad materiam hæreſis pertinet. D. *Th.* 22. *q.* 12. *art. 1. vbi Ban. Val. tom.* 3. *d.* 1. *q.* 12 *p.* 1. *Simancas in cathol. inſtit. tit.* 7. *Eymericus in* 2. *p.* Direct. Inq. *q.* 49. *vbi Pegna Regin. in foro* Panit. *lib.* 16. *c.* 5. *Malderus* 22. *q.* 12. *art.* 2. *ſect.* 2.

Apoſtaſia ab ordine etiam dicitur, per quam clericus ſacris initiatus

tiatus

ciatus habitum clericalem deſerit, vt laico more viuat; aut in minoribus conſtitutus, & beneficiu donatus clericatus inſignia non defert, animo etiam ſeculari, & laicali more viuendi. *Bannes l. c. Io: Baptiſta Corrad in reſp. caſuum conſcientiæ q. 26.* Graff. *lib. 3. deciſ. aur. c. 3. Sanch lib. 7. de mat. diſp. 45.*

Apoſtaſia à religione etiam reperitur, cum quis aliquam approbatam religionem profeſſus ſine Prælati licentia illam deſerit, animo non amplius ad illam, vel aliam redeundi, ſed laicalem uitam degendi; ut præter citatos. DD. tradit *Menochius. de arb. Iud. cent. 5. caſu 421. & cent. 6. caſu 546. Roder. in qq reg. tom. 1. q. 30. artic. 1. & Miranda in* Man. *Pralat. tom 1. q 51. art. 1. Farin. de hæreſi q. 183. §. 6. Duard. in Bulla Cœnæ* Domini *l. 2 can. 1. q. 16.*

Apoſtatarum pœna.

VNde ſi religioſus ſine licentia ſui Prælati cum animo numquã redeundi, à religione ſua recedat, etiam ſi habitum retineat, lethaliter delinquit, fit irregalaris, & infamis. *c. fin. de Apoſt. Vgol. de irregularitate c. 36. §. 4.*

Et etiam in excommunicationem, nemini tamen reſeruatam, incidit. *c. vt periculoſa. tit ne clerici, vel monach. lib. 6.*

Modo tamen, ut Auctores aſtruunt, tria concurrant,

Primo, ut uere in perpetuum, uel ad tempus habitum propriæ religionis dimittere cenſeatur; ita ut ex habitu, quem priori depoſito, aſſumpſit, talis ordinis religioſus non dignoſcatur,

Secundo, ut temerè dimittat, ideſt ſine rationabili cauſa, quæ boni uiri arbitrio diiudicabitur; nam aliquando habitus dimiſſio non temeraria, & ſine peccato eſſe poteſt, ut ex infra dicendis manifeſtum erit.

Tertio, ut talis ſit dimiſſio, quæ attentis circunſtantijs ſit apta ad periculosè vagandum, hoc enim per eam excommunicationem Sũmus Pontifex impedire uoluit. *Caiet. in v. excommunicatio. c. 61. Tolet l. 1. c. 38. Sayr. l. 3. de cenſ. c. 33 num. 9. Suarez. tom 5. d 23. ſect. 4. num. 27. Comitulus in reſp. mor. lib. 6. q. 8. Barb in c fin. ext. de Apoſt.* ubi ex Romana Rota, & alijs refert, ſi conſtaret habitum eſſe dimiſſum cum uoluntate ipſum reſumendi, non cenſeri contractam apo-

ſtaſiam, quæ inhabilitatem ad munera infert, ſed illam quæ excommunicationem tantum inducit. contra *Menoc. de arb. Iud. caſu.* 546. *num* 36. *Maſcard. de Probat. concl.* 12. & alios.

Multi etiam religioſi ordines priuilegio gaudent, ut diſcedentē abſque licentia à ſuo Prælato in ſcriptis obtenta, nullus excipere, aut retinere poſſit, aliàs in excommunicationem ipſo facto incurrat, quando recipientes poſtquam requiſiti fuerint, d. apoſtatam infra triduum ad proprium monaſterium non remiſerint. *Alex. Pereg. in compend. Priuil. cler. regul. in v. Apoſtata.*

Adde etiā, quia huiuſmodi Apoſtatæ excōmunicatione inſuper Prælatis religionum reſeruata pro cuiuſcunque ordinis inſtituto puniri ſolent, fieri de hæreſi ſuſpectos, non ſolum poſtquam per annū in ipſa perſtiterint, & inſorduerint; *ex Conc. Tri. ſeſſ.* 25. *de ref. c.* 25. ſed etiam ante annum, ſi relicta religione, quam profeſſi ſunt, matrimoniū contrahāt. *Pegna p.* 2. *q* 49. *Duar. in Bulla l.* 2. *can.* 1. *q.* 17

Quod ſi animo conferendi ſe ad alteram religionem laxiorem clā diſcederet, à crimine quidem Apoſtoſię excuſaretur, ſiquidem & ſi à ſtatu huius, non omninò tamen à religione recedit. *gloſſ. in cap.* 10. *de temp. ordinat. vbi Barb. Miranda in Man. Pralat. tom.* 1. *q.* 51. *concl.* 1. quamuis lethali culpa ſe obſtringeret, & ſi eſſet ex ordine Mendicantium, excommunicatione Summo Pontifici reſeruata innecteretur, niſi ad Carthuſianorum ordinem tranſiret. *Nau. c.* 27. *nu.* 106. *Suar. l. c. ſect.* 5. *num.* 11. *Sayr. l.* 3. *c.* 30. *num.* 8. *Bannes d. art.* 1. *Azor. l.* 12. *c.* 14. *q.* 12.

Et hæc excommunicatio hr. *in Extrauag. Mart. V. rub. de regul. incip. Viam ambitioſæ.* Quam tamen Cōſtitutionem. *Leſſius l.* 2. *c.* 41. *dub.* 13. *num.* 104. ait, non eſſe vſu receptam.

Apoſtatarum iniquitas.

QVàm graue autem ſit hoc apoſtaſię flagitium, & quanta cum rōne dēat à regularib. Prælatis in foro pęnitentiali reſeruari, ex his q̄ Salomō. *Prouer. c.* 6. ſcribit, facile colligi pōt. Homo, inquit apoſtata vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat; huic extemplo veniet perditio ſua, & ſubito conte-

retur,

retur,nec habebit vltra medicinam. D.*Thomas 22.q.12.art.1.*

Eſt primo apoſtata vir inutilis,quia cum charitatem,quæ eſt vita animæ,perdiderit,mortuus potius,quàm viuus cenſendus eſt. *Io.ſic. 4.c.charitas.de pęn.d.* 2. D.*Thom.22 q.24.art.6.& 7.*

Ore etiam peruerſo graditur,cum apoſtatæ proprium ſit ſtatui, quem deſerit detrahere, quò iuſtam deſertionis cauſam habere videatur.

Qui ſi religionem à qua recedit,apertè improbare nō audet,alijs tamen hoc agentibus oculis annuit.

Peculiare eſt etiam illis vagari,& nullo loco ſubſiſtere,quod multorum malorum,& ſcandalorum cauſam eis præbere ſolet, vt tradit *Climachus de obed.gradu,4.* vbi ait: Cordis hæſitatio, & infidelitas,locorumque mutatio offendicula ſemper,atque calamitates parere conſueuerunt.

Quippe vagatio non ſolum animæ,ſed etiam corpori ac crumenę officit,iuxta illud vulgatum, Petra mutabilis nunquam muſcum accipiet, *Graff.l.3.Deciſ.aur.c.4.num.97.*

Digito loquitur,quia ſic calumnias ſuas confingere ſolet,vt ſępe à Summo Pontifice,vel à ſacra Illuſtriſſimorum Cardinalium Congregatione diſpenſationes extra clauſtra manendi extorqueat, quæ in foro conſcientiæ nil valent,ſi quidem iuxta canonicam regulam; Per ſubreptionem obtenta nullius penitus ſunt momenti. *c.fin de fil. pres by lib 6. Sanch.tom.3.de matrim.diſp.21.Suar.tom.3.de relig. l. 6.c.27.num.5. Bonac.de leg.d.1.q 1.pun.5.*

Prauo inſuper corde machinatur malum: quia etſi apoſtatæ oretenus negotium ſuæ ſalutis agere prætexant, verè tamen ob illam cauſam ſtatum,& religionem deſerunt,ut libidini,& aliis prauis affectib. liberius vacare poſſint;quia vinum,& mulieres apoſtatare faciunt. *Eccleſ c.19.*

Omni tempore iurgia ſeminat,ideſt diſcordias concitat,quò multos ſecum ad apoſtaſiam trahat.

Tandem experientia rerum magiſtra docet, iſtos deſertores,& apoſtatas,Dei vltrices manus cum minus de hoc cogitant experiri & ſubito ſuperueniente interitu,ad æternos cruciatus detrudi;& cōſtare faciunt,quàm uerum ſit,minus malum exiſtere,uiam Domini non agnoſcere,quàm poſt agnitam retrocedere,cum nemo mittēs

ma-

manum ad aratrum, & reſpiciens retrò aptus ſit Regno Dei. *c. magna ext. de vot. Sur. tom. 3. in vita* S. *Roberti.* 8. *Iunij. Baron. tom.* 8. *anno* 1614. *& tom.* 10. *anno* 927. *Anton.* Daur. *in flor. exemp. tom.* 4. *tit.* 89.

Quo fit ut Apoſtatæ multis pœnis, vt ſupra dictum eſt, etiam in foro externo afficiantur. De quibus *Clarus* §. *fin. q.* 78. *Maſcard. de probat. tom.* 1. *concl.* 112. *Tuſch. v. apoſtaſia. concl.* 424. *Sanch. de præcept.* 6. *c.* 8. *n.* 19 *& ſeqq. Sanctarel. de apoſt. dub.* 3. *cap.* 2. *Bonacin. de clauſ. q.* 2. *pun.* 11. §. 3. *&* 4. vbi etiam §. 5. ait detinentes, ſeu recipientes apoſtatas excommunicationem nemini tamen reſeruatam contrahere, ſi poſtquam ab Ordinario loci in quo degunt admoniti, ab hoc non deſiſtant ex Bulla Pauli IV. Incip. *Poſtquam diuina.*

Vnde ex iam dictis facile dignoſci poteſt, quinam in hunc caſum incidant, & qui non incidant.

Quinam in caſum incidant, & qui non.

I *Comprehenſio.*

PRimo enim incidit, qui cum ſit profeſſus ſeu expreſsè, ſeu tacitè animo non redeundi, ſed excutiendi obedientiæ iugum, habitu abiecto, uel retento, è monaſterio diſcedit, quando eò peruenit, ut extra ſepta monaſterij, & fines clauſuræ pro religionis conſuetudine, quibus ipſa clauſura terminatur, ſit egreſſio; hic enim ut ſupra diximus, propriè apoſtata dicẽdus eſt. *ex Caiet. & Bann.* 22. *q.* 12. *a.* 1.

Diximus etiam expreſſe, uel tacitè, quia religioſus quis non cenſetur, niſi per expreſſam, uel tacitam profeſſionem religioni ſit addictus: ut autem tacitè profeſſus dicatur, tria requiruntur,

Ad tacitam profeſſionem requiſita.

PRimo ut habitum à Nouitiorum habitu diſtinctum gerat.

Secundo ut illum intra monaſterium per annum continuum deferat.

Tertio, vt eo habitu legitimè ſuſcepto ſciens, & volens aliquod opus perficiat, quod iure, vel conſuetudine, ſolis profeſſis competat, cuiuſmodi eſt ſuffragium in conuentu ferre, comitijs intereſſe, vel ſu-

perio.

perioris iuſſu ſacris ordinibus initiari. *Reginal. in foro pæn. lib.* 18. *cap.* 26. *num.* 386.

Quarto executioni actus quem tacita inducitur profeſſio ad eſſe debet eius auctoritas, ad quē illi religioni incorporare enim ſpectat. *Abbas in c. viduæ de regul. Menoch. l. 6. de Præſumpt. Præſumpt.* 83. *Beltram. in Annot. ad Deciſ.* 385. *Rota coram Greg. XV. Euſebius de profeſſ. d.* 13. *Dub.* 8.

2. *Comprehenſio.*

SEcundo, non ſolum in caſum, ſed etiam in iuris excommunicationem incidit, ſi habitum dimiſerit, quæ etiam in utroque caſu tàm ſcilicet dimiſſo habitū, quàm retento, à Prælatis religiorum ferri ſolet; cuius etiam abſolutio ipſis tantum reſeruari conſueuit, quandoquidem fruſtra tali cenſura percellerentur, ſi quilibet Confeſſarij ſine diſcrimine abſoluere poſſent.

3. *Comprehenſio.*

TErtio, incidunt non ſolum Sacerdotes regulares, & clerici ad chorum deputati, quos *Petr. Bleſſ. ſerm.* 47. Chriſti Redemptoris coadiutores appellat, quod in animarum ſalute Saluatori cooperantē; ſed etiam laici, uel conuerſi, qui coadiutores temporales dicuntur, & ſtrenue cæteros fratres in miniſterio Marthæ addiuuando, & muneri ſuo in ſimplicitate, & humilitate diligēter ſatisfaciendo, ad eandem mortalium ſalutem cooperari cenſentur. *Aluarez de vita religioſe inſtituen. ſect.* 1. *c.* 13. *Petr. Moral, l.* 3. *tract.* 11. *in ca.* 1. *Matth.*

Coqui cuiuſdam monaſterii exemplum.

QValis erat conuerſus ille, de quo Climachus *de obedientia gradu* 4. ſic refert: Non prætero ſilentio coqui monaſterii illius admirabilem, ſingularemque uirtutem. cum enim illum animaduerterem in tàm frequenti, perpetuo que monaſterio iugiter ſecum habitare, gratiamq. poſſidere lachrymarum, oraui ſupplex ut mihi quonam modo meruiſſet iſtiuſmodi gratiam, reuelare dignaretur. Qui tandem precibus fatigatus ita reſpondit: Nunquam me hominibus ſeruire arbitratus ſum, ſed Deo, & indignum me ipſum quiete omni iudicans, & huius ignis contemplatione, ſempiterni incendii iugi memoria compungor.

Alterius conuerſi erga B. M. V. pietas.

QValis etiam fuit ille ex Carthuſianorum familia, quem ſibi deuotum B. Maria uirgo ſuauibus, & ſalutaribus uerbis eſt cōſolata. Cum enim in cella grex aprorū qui Dæmones erant, illum eſſet laniaturus, miſericordiæ mater in extremo periculo affuit, ferū gregem, atque impurū expulit, conuerſumque trepidantem ſic allocuta eſt. Placet quod facis, tuique animi deuotionem Deo, mihiq; gratum eſſe noueris, fac ergo quod facis, & ex his ad meliora perſeueranter proficere ſtude. Atque ut tibi aliquid ſingulare in mandatis tradam, ſtude uilibus eſcis, complectere abiectas ueſtes, operi manuum deuotus inſiſte, ut refert. *De Cluniacenſ. lib. 2. mirac. c. 29.*

De quorum regularium Conuerſorum obligationib. uide in noſtris *Comment. de hum. vita. Stat p. 1. c. 23.*

1 Exceptio.

NOn incidit primo nouitius, nam ſine culpa retrocedere poteſt ſi cum probauerit, ſtatus ille ſibi non placeat. *c. religioſo. de ſent. excommun lib. 6. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 16. Fagundex p. 2. l. 8. c. 5. num. 8.*

Cum uerò recedit, non tenetur expenſas ſoluere, quas in eo alendo monaſterium fecit. *Gem. & Francus in. c. cum non ſolum. de regul. in 6. Azor l. 12 c. 3. q. 6.*

Nunc tamen poſt *Conc. Trident. decretum l. c.* aliud in praxi ſeruari ſolet. Et illum textum debere intelligi una cum fructib. inde perceptis, deductis tamen alimentis illius temporis, quo in monaſterio fuit. reſoluit idem *Azor l. 13. c. 9. q. 2 poſt medium. Nald. v. nouitius. Barb. in collect. Iuris Canon. in c. ſuper eo ext. de regul. & de Epiſc. p. 3. Alleg. 101. num 37.* Vt etiam nos diximus *in 3 p. de Exam. tr. 15. c. 9. q. 31. reſ. l. 5.*

2 Exceptio.

SEcundo, qui merito credit ſe non eſſe profeſſum, vt quia per uim uel metum cadentem in conſtantem uirum, profeſſionem emiſerit. *c. perlatum, ext. de his, qui vi met. ve cau. Conc. Trid. l. c. 19.*

vbi

Vbi licet multæ conditiones requirantur, omni tamen offenſione ſe \[...\] mota, & aliorum damno vitato. *Nauar. comment. 4. de regul. nu.* 77. *& ſeq.* exiſtimat, illud decretum non ſemper locum habere; nam ſi quis bona fide credat, ob vim ſibi contra ius illatam, profeſſionem irritam feciſſe, & ob id reclamare commodè poſſet, aufugerit, & habitum depoſuerit, Iudicemque adierit, pœnas apoſtatæ non ſubit: præſertim ſi ſecus facere nequiuerit. ſequitur *Azor. l. c. c. 4. q.* 10. idem *Barb. Alleg.* 104. *num.* 17.

3 *Exceptio.*

TErtio, qui etiam habitu dimiſſo recedit, ea tamen mente, vt redeat, & illum reſumat, etiam ſi illa receſſio, & habitus dimiſſio ad aliquod ſcelus perpetrandum fiat, cum non apoſtata, ſed vagus, & fugitiuus dicatur. Licet vt in ſequenti caſu dicemus, in excōmunicationem tùm à iure, tùm ab homine latam incidat.

4 *Exceptio.*

QVarto, qui abſque licentia à ſua religione diſcedit, etiam vt laxiorem ingrediatur, multominus vt ad arctiorem transeat. *Suarez tom. 2. de relig. tr. de voto. lib.* 18. *Sanctarel. de apoſtaſia. c.* 18. *dub.* 1. *Bonac. de clauſura. q.* 2 *p.* 9. §. 3. *diff.* 1. *Fagund. p.* 2. *l.* 8. *cap.* 5. *Abb. in c. fin. de apoſt. & c. licet. de reg.*

Sed vt ſupra dixi, multę religiones Pontificio priuilegio gaudēt, vt excepto Carthuſienſi profeſſi prohibeantur ad alium religioſum ordinem tranſire, abſque expreſſa Præfecti generalis, vel Prouincialis facultate.

Quod optima ratione factum eſt, cum ipſa quotidiana experientia doceat, quam infelix ſit illorum exitus, qui ex leui cauſa, & falſo prætextu proprium, & ſemel aſſumptum ordinem mutant, vt oſtendit. *Ferdinand. Caſtil. in hiſtor. Dom. p.* 1. *l.* 3. *c.* 5.

Propria religionis mutatio reprobatur.

PRoinde & ſi omnibus regularibus de iure integrum ſit, ad arctioris, vel perfectioris obſeruantiæ religionem tranſire; hoc tamen laudabile non eſt, niſi ob notabilem neceſſitatem, vel vtilitatem fiat.

Primo, quia qui tranſit inconſtans dicitur, vt late oſtendunt *Io.*

And.10.de Anan.Anchar.& Zabar.in c.licet.de regul. Inconſtantia vero,& variatio maxime in Deo dicatis viris reprobatur *c.cum aut. ext.de iure pat.Clem 1.de renunt.Iaſon in l quoties.C.de rei vendic.*

Secundo quod admonet *Apoſt.1 ad Cor 7.* vt quiſq. in vocatione, qua vocatus eſt, permaneat *gl in Extrauag.execrabilis.in v.vagandi tit.de præben* vbi ait, etiam mutationem, quæ ex iuſta cauſa non fit, multum damnoſam eſſe, ſiquidem Diabolus ad inſtar piſcatoris, vt piſces capiat, & in naſſam includat, prius aquam conturbat, & de proprio expellit loco; vt propterea locũ habeat quod dicitur. *Prouerb.c.27.* Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir qui derelinquit locum ſuum ſecuritatem n. animæ ſuæ amittit, & ſe damnationis propriæ periculo exponit, quod Dæmon maxime cõtendit. *Lud. de Pon.de perfect.hom to.3.tr.5.c.16.*

Tertio, quia ex hoc tranſitu plurima ſcandala ſubſequi ſolent.

Quarto, quia facilius quilque in ea religione proficit, in qua degere conſueuit, quàm in alia, in qua peregrinus eſt, & hoſpes, vt notat *D.Th.22.q vlt.art.8.Caſſiani.collat.14.cap.5.&* D. *Ant.3 p.tit. 16.c.4.* L*eſſi.c.41.dub.13.Menoch.l.c. Vecch.de nouit.d.15.dub.1.*

Quid autem agendum à Prælatis ne eorum religioſi ſubditi à ſuo ordine diſcedant, egregie docuit *D. Bernar.* in quadam eius epiſtola quam in 3. *tom qq.reg.q.52.ar.2.* recenſet *Roder.*

Aſſertionis limitatio.

NOn prohibetur tñ, quin iuſta ſubſiſtente cauſa, cum facultate Prælati laudabiliter etiam ad aliã laxiorem ordinem trãſire poſſit, vt ſi. v.g. in ſtrictiori regularis diſciplina ſit collapſa, ſi odia, & ſimultates in ea vigeant, ſi ipſe alijs ſit exoſus, ſi ob corporis debilitatem rigorem ferre nequeat, & huiuſmodi. DD. communiter.

Sæpe enim Dæmon perfectionis deſiderio flagrantes eò flectit, vt illorum deſideria euaneſcant; ſæpè etiam præpoſtero quodam feruore inflammat, vt plus oneris ſuſcipiant, quàm corporis vires ferre valeãt. Et in ſumma ad hoc omnes eius inſidiæ tendunt, ut modo ad nimium, modo ad parum impellat; ad quas euitandas acri tũ proprio, tùm aliorum iudicio, & conſilio opus eſt. *Plot. de bono ſtatu relig.l.3.c.36.* Vbi etiam tradit ſigna religionum, in quib. regularis obſeruantia vigeat.

An

At in caſu quod quis ex iuſta cauſa exeat, & ad alium tranſeat, quamuis in prima ſit profeſsus, nihilominus in ſecunda iterum profiteri debet, & tyrocinium integro anno peragere. *Leſſ. l. 2. c. 41. dub.* 13. *n.* 101. *Campan. in diuer. iur. can. rub.* 12. *c.* 9. *nu.* 11. *Nauar. conſ.* 60. *tit. de regul.*

Praxis obſeruanda erga regularem apoſtatam, &c.

Circa confeſſionem apoſtata interrogandus erit, quãdiù in apoſtaſia perſtiterit; tùm vt delicti grauitatem cognoſcat Pœnitentiarius, & quæ in illo tempore peccata tàm quò ad ſpeciem, quã quò ad numerum commiſſa fuerint, tùm quia cum excommunicationis vinculo ſit innodatus, ſi in illa per annum inſorduerit, de fide ſuſpectus redditur. *ex Conc Trid. ſeſſ.* 25. *de refor. c.* 3. *Menoch. l.* 2. *de arbis ind. cent.* 5 *caſu* 416. *n.* 54. Ideò quid de fide ſentiat interrogari etiam poterit.

An in apoſtaſia ſacrilegè coniugium inierit, quia matrimonium inualidum eſt, & in excommunicationem nemini tamen reſeruatã incidit. *Clem.* 1. *tit. de conſang. & affinit.*

An in eodem infelici ſtatu ſit ſacris iniatus, cum enim in ſuſpenſionem, & irregularitatem inciderit, abſq. Pontificia diſpenſatione in ſuſceptis ordinibus miniſtrare non poterit. *c. conſultationi. ext. de Apoſt. Graff. conſ.* 1. *nu.* 17. *tit. de regul. Sur. tom.* 5. *de cenſ d.* 31. *ſect.* 3. *Sayr. l* 4. *c* 13. *nu.* 16. *Decian. in tr crim. l.* 5. *c.* 71. *n.* 18. *Aldret. de relig. diſcept. tuenda. l.* 2 *c.* 18. *n.* 18. *Bonac. de clauſ. q.* 2 *p.* 11. §. 4.

An alios religioſos ſeduxerit, & ad retrocedendum induxerit, quia tot peccata admiſit, &c.

Quid in abſolutione conſiderandum.

Qvò ad abſolutionem aduertatur, vt prius ab excommunicationis vinculo abſoluatur ab illa enim, quæ iure communi lata eſt, cum nemini reſeruetur, cuilibet Confeſſario integrum eſt abſoluere. *c. nuper. vbi* Barboſa. *ext. de ſent. excom.*

Ab ea autem, quæ à Superioribus religionum infligitur, cum abſoluere nequeat, ab eiuſdem facultas petenda. Videat an ex contractu aliquo inito, uel delicto, in apoſtaſia admiſſo, quidquam alicui debeat; quia monaſterium ad quod rediit, ſi in eius vtilitatem conuerſum ſit, ſoluere tenebitur. *Molina de iuſt. & iur. tract.* 2. *d.* 140. *Nauar. conſ.* 7. *de ſolut. Emanuel Sà in Aphoriſ. in v. monaſterium.*

Acquiſita ab apoſtata cui nam acquirantur.

NAm & ſi apoſtatarum bona Cameræ Sedis Apoſtolicæ reſeruentur, quibus ipſos in ſæculo exiſtentes priuari contigerit, aut quę extra monaſterium decedentes poſt eorundem mortem inconſumpta remāſerint, *ex Conſtit. Greg.* 13 *incip. Officij noſtri partes. Azor. tom.* 1. *l.* 8. *c.* 3. *q.* 15. *Sanchez de precept. l.* 7. *c* 33. *nu.* 9. *Sanct Arell. de apoſt. c.* 3. Bonac. *de clauſ. q.* 2. *p* 12. §. 7. *Barb. in collec.* Iur. *Can. c. fin. tit. de regul.* Non tamen quæ etiam iniuſtè, & illicitè acquiſiuerunt, ſi ad ſuos ordines reuertantur, & in monaſterijs moriantur. Vnde monaſteria ipſa quatenus acquiſita bona ad ſe peruenerunt, omni ære alieno, & damno illato ſatisfacere tenētur. *Roder. tom.* 1. *q.* 30. *art.* 12. *& ſeq. Mirand. tom.* 1. *q.* 51. *ar.* 7. *&* 8.

pænitentiarij monaſterij munus.

MOnaſterij Pœnitentiarius cōſilio, obiurgatione, atque cohortatione, verborumq. medicamento efficiat, ut apoſtata malum, & infelicem ſtatū in quo uerſatus eſt, agnoſcat, non enim eius officium peccatorū abſolutione tm̄ finitur, ſed debet eſſe magiſter & dux animæ, & internorum morborum medicus, ac opportuna ad ægri ſalutem applicare remedia, nec in vno puncto ſuo deeſſe officio, vſq. dum Chriſto Redemptori cooperando, pœnitentis animā Cœlo lucretur.

Oleum tamen vulneribus ſauciati infundens illius ſpem erigat: Cum eccleſia nunquam redeunti gremium claudat. *gl. in cap. à nobis. ext de apoſtaſia.*

Vnde & à iure præcipitur religionum Superioribus, vt ſubditos apoſtatas, ac fugitiuos, quotannis benignè requirant, & ad caulam traducant. *c. fin. ext. de reg. Compend. Priuileg. Mend. in v. apoſtata: Nauar comment.* 2. *de regul. nu.* 36. *Syłueſt. in v. apoſtaſia q.* 6. & alii Et quidem Paſtor inquirere, & de ouib. ſuis curam habere tenetur. *c. quam ext. deg. Iur.* Quod innouatur per Decretum Vrbani VIII. Incip. *Sacra Congregatio.* vt infra.

Quomodo aūt hoc fieri debeat, & qua ratione ipſi apoſtatæ à Prelatis recipiendi ſint, qūo cum eis agendum, ac de congruo remedio prouidendum, hoc opus, hic labor eſt; nam cum hoc certam determina-

mina-

minationem non habeat, viri boni, ac prudentis arbitrio id relinquendum eſt. De qua re nonnulla vtilia tradit *Nauar. conſ. 75. de regul. & Miranda l. 1. ar. 5.*

Illud ut plurimum ſeruãdum videtur, vt leniter, & benignè prius excipiantur; Quandoquidem *Blando vis latet Imperio.*

Vnde D. *Gregor. 3. par. Paſt. adm.* 18. Equos indomitos, inquit, blanda prius manu tangimus, ut eos nobis plenius poſtmodũ per flagella, & calcaria ſubigamus.

Medici quoque ſolent amaris pharmacis mellita permiſcere, vt liquor guſtus ſuauitate illectus decipiatur, atq; ita humor lethalis amaritudine expellatur.

Pœnitentia imponenda.

NOn admodũ grauem pęnitentiam illi imponet; tùm quia nulla maior ſatisfactio eſt, q̃ quæ in religione perficitur. *c. admonere*, vbi *gloſ. 33 q. 2. D. Antan 3 p tit. 16 c. 10 Plat. de bono ſtatu relig l. 1 c. 14.* Vel illam iniunget per modum conſilij ſine ulla peccati obligatione, vt ſi hoc feceris tibi in ſatisfactione deſeruiat; ſic. n. in cõmuni abſolutione addimus, quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſi tali, &c. Oportebit tamen vt Pœnitentiarius pęnitenti exponat quid ſub conſilio, quid ſub præcepto illi imponat, ne ex cõſcientia erronea ſe peccare putet. Et verius dicendum uidetur cum hęc ſatisfactio ſacramentalis ſit illi cõe eſſe, ut ſi in lethali peccato impleatur, recedente fictione priſtinum ſortiatur effectum. *Molfeſ. tr. 7. c. 7. nu. 75. Bonac. d. 5. q. 5. tr. 3. pun. 4. Fagun. p. 2. l. 4. c. 4.*

Tùm etiam leuiorem infliget pęnam, quia & ſi à peccatis in foro pęnitentiali abſoluatur, religionis tamẽ Præfecto integrum erit etiam quò ad externum forum punire. *c. pen. vbi DD. ext. de apoſt.*

Cum autem apoſtatæ abiecto obedientiæ, & regularis diſciplinæ iugo, multis delictis, & tranſgreſſionibus in ſæculo aſſueſcant, vitam ſine Dei timore in licentioſa libertate agentes, illud obſeruandum erit, vt niſi tranſactis non paucis pęnitentis diebus, ad communionem admittantur.

Imò cum apoſtaſiæ peccatum toti cætui, uel monaſterio manifeſtum ſit, quò propriæ pęnitentis ſaluti, & aliorum ædificationi cõſulatur, aliquam publicam pęnitentiam iniungere expediet. *Pet. Sot. lect. 5. de remedys peccatorum.*

Regu-

Regulares Prelati poſſunt expellere incorrigibiles, & ad triremes mittere.

QVi etiam ita corruptis, ac d. prauatis moribus imbutus ſit, ut oĩb. vijs tentatis corrigend. ſe, & ad bonam frugem redeundi ſpes non effulgeat, à religioſo cętu expelli poterit. *Abb. & alii in c. ult. de reg. & c. cum ad monaſterium. de ſtatu monach.* Idq. conſtat ex regula D. *Aug c. 20. &* D. *Benedict. c.* 28. & ex praxi omnium religionum; quia ut D. Bernardus dicere ſolebat, *Epiſt. 2.* Praſtat, ut pereat vnus, quàm vnitas. Et reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellenda, ne totum corpus corrumpatur, & totum ouile intereat. *c. reſecandæ. 24. q. 30.* D. *Bonauen. in qq ſuper reg q. 14. dZor. l. 3. c. 16. q. 2. Leſſ. c. 41. dub. 14. Corduba ſuper reg.* D. *Franciſci q. 3.* vbi affert illud Apoſtoli *ad Galat.* 5. Vtinã abſcindantur qui uos conturbant. *Sanch. de precept. l. 6. c. 9. nu. 3. Sanctarel. de apoſt. c. 4. dub. 1. Barb. in collect. Iur. Can. c. fin. de regul.*

Quinimo in caſu, quo id maxime expedire uideatur, poſſunt regulares Prelati ſubditos ſuos facinoroſos, & criminoſos ad triremes ablegare; carcere. n. huiuſmodi perditos homines cõcludere nimis graue onus eſt religioni, & ſępe propter amicos fieri non poteſt; multaq. alia incommoda ſecum trahit. *Nauar. comment. 3. de regul. nu.* 52. *Miranda l. c. q.* 52. *ar.* 8. *Roder. l. c. q. 30. ar.* 14.

Et ſi multi non ſpernendi Doctores, quod attinet ad ſacerdotes ad triremes damnandos, ob ordinis, & officij dignitatem nõ approbent. *Diaz. in praxi crim. Can. c.* 145. *Viuald. in Candel. aureo tit. de degradatione. nu.* 38. *Graff. p. 2. conſ. 4. de regul. diff. 2. n* 6. Vide nũc Decretum Sanctiſs. Vrbani VIII contra religioſos apoſtatas, & fugitiuos, de quo mentionem fecimus ſupra, & *tr* 15. *de exam. Eccl. c. 9. q.* 31. *& Bonac. de clauſura q. 2 p.* 11. § 2. *&* 3. Vbi etiam *pun.* 12. §. 1. *ex* DD. & ipſo Decreto Sanctiſſimi declarat quis dicatur incorrigibilis, & ad quem ſpectet eum expellere. Et nos ante ſcripſimus in *2. par. de Exam. in tr. 12. c. 3 q.* 11. *& p. 3. tr. 15. c. 9. q.* 31.

Si ſpes ſubſit, vt ad bonam frugem ſit rediturus, proponat parũ prodeſſe bene cæpiſſe, ſi ante vitæ terminum deficiat. *c. incaſſum. de pænit. d* 3. nam & naues uela pandentes iter ſecundis vẽtis arripiũt, ſæpe tamen franguntur, & in ipſo curſu obruuntur, antequã portum conſpiciant.

Omni

Omni conatu ſtudeat ut ipſe pœnitens beneficio uocationis reſpondeat, & os cordis aperiat, ut attracto ſpiritu dilatetur: ſic enim fiet, ut uiam mandatorum, & conſiliorum eius facile currat, & ita curratut comprehendat.

Hortetur, ut peccata etiam leuia ſæpius confiteatur; nã q ſpernit modica, paulatim decidit. *Eccl. c.* 19 Et homines ſicut luna mutantur. *Eccl. c* 27. quæ dum decreſcere incipit, & aliquid de ſua luce amittere, in conſummatione minuitur; ideſt non deſiſtit, donec omnino lumen perdat. Ita homines cum in peccata venialia labi incipiunt, non ſiſtunt, donec in aliquod mortale ruant, quod ſuo pondere niſi pœnitentia præueniatur, ad aliud trahit.

Sæpius etiam Euchariſtiæ ſacramento muniatur, quia in illo caro corpore, & ſanguine Chriſti ueſcitur, ut anima de Deo ſaginet. ut ait *Tertull. lib. 2. de reſur. carinis.* Et teſte D. *Chryſoſt. hom.* 24. *in Epiſt.* 1. *ad Corinth.*

Hoc myſterium facit, ut dum in hac uita ſumus, terra nobis Cœlum fiat. *Lud. à Pont. tract.* 4 *c* 4. *Forn. l.* 3. *tr.* 1. *c.* 4. *p.* 1.

Si vult quietam, & contentam vitam degere in ſchola humilitatis, ipſam humilitatem ſectetur. *Matt. c.* 11. *D. Bernard. ſupermiſſus eſt. hom.* 4. Nam omnis inquietudo, & iniquitas per ſuperbiam regnat; proinde vt dicebat. D. Antonius nihil magis odit Dæmon, quã humilem, & Dei amantem. *Roſignol l* . , *perfect. chriſt. c.* 38.

Et ut abſoluendi facultatem à Generali, vel Prouinciali petat, quã ſi iniuſte deneget; poterit pro prima vice abſoluere. *Molfeſ. tr.* 7. *c* 21. *nu.* 44.

Proponat tandem ex reuelatione. S. Geltrudę *l.* 4. *cap.* 57. probos religioſos ſub Prælatorum ſuorum obedientia degentes, & in illa Domino fideliter ſeruientes, SS. martyrum choro in æterna gloria eſſe collocandos, vt etiam refert idem *Authr. tr.* 1. *c.* 11. *nu.* 57.

Tertij caſus explicatio. Sect. 2.

EXiam dictis ſatis conſtat, quid dicendum ſit circa tertium caſum, qui eſt nocturna, & furtiua è monaſterio egreſſio etiam animo non apoſtatandi facta.

Quam

Quàm damnoſa ſit regularibus vagatio.

CVius Edicti, & reſeruationis illa eſt potiſſima ratio, quod inter partes, & munia quæ religioſo incumbunt, illud eſt, quod ad clauſuram obligatur; ita ut nec Papa diſpēſare queat, vt regularis ſine cauſa extra monaſterium degat, cum ex voto ad illam perpetuò ſeruandam ſit aſtrictus. *Menoch. de arbit. Iud. cent. 6. caſu* 504. *ex c. placuit. 16. q. 1.*

Monaſteriū eſt carcer ſapiētię, ubi uincula ſunt uota. *Coriol. caſu* 2

Talis uero clauſura in eo conſiſtit, ut nullus regularis cuiuſuis ordinis ſepta conſtituta, ſeu limites ad eam ſeruandam determinatos, ſine Antiſtis ſui licentia exeat. *Nauar. comment.* 4. *de regul. n.* 29. *& ſeq. Reginal. in praxi fori pœnit. l.* 18. *c.* 28.

Hinc S. *Pachomius in reg.* 47. Nullus, inquit, nec ambulādi in monaſterio, neque extra murum procedendi habeat facultatem, niſi interrogauerit Præpoſitum, & ille conceſſerit. Idem præcipit D. *Baſil. ſerm.* 1. *de Inſtit. Monach.* Sic *D. Benedict. in reg. c.* 67. regulari vindictæ vult eum ſubiacere, qui prę ſumpſerit clauſtra monaſterij egredi, uel quocunque ire, uel quippiam quamuis parum ſine Abbatis iuſſione facere.

D. *Bernard. ſerm.* 66. *ad ſororē.* pertractans illū Ieremiæ locū. *c.* 4. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color eius optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum? hæc uerba infert; lapides ſanctuarii deſignant religioſos uiros, qui nunquam debent foris uagari, ſed in ſecreto monaſterij ante oculos Dei ſemper commorari; ſed diſperſi ſunt hodie lapides ſanctuarii in capite omnium platearum, quando religioſi uiri quærendo uana, & ſæcularia, foris uagantur, &c.

Ab omnibus ſapientibus hæc curioſitas vagandi, noua audiendi, uidendique atq. identidem audita referendi facilitas uituperatur.

Rumores neſcias, ait *Bonauent. tom.* 2. *tr. de infor. nouit. p.* 2. *c.* 24. Quia inquietant cor, & mentem diſtrahunt, & deuotionem exhauriunt, & tempus ſine utilitate conſumunt. Etiam quæ ſcis non omnia effundas quaſi uas ſine operculo, quod ſtatim cum inclinatur, effundit quidquid continet in ſe, & omni pulueri, atq. immūditiæ patet.

Et

Et idem 1. *p Spec par.3.c.5.* Religioſos uiros rumorigeruloseſſe non decet. Hinc & Cato.

Rumores fuge ne incipias nouus auctor haberi.

Et Horatius.

Percunctatorem fugito, nam garrulus idem eſt,

Nec retinent patula commiſſa fideliter aures.

Quæ duo vitia religioſo viro omnino indigna ſunt, vt dicebat *Hugo Lincolnienſis Epiſcopus*; vt apud *Sur tom.6.die* 17. *Nouembr.*

Clauſura, & ſolitudo quanti facienda.

PRoinde veteres monachi magni faciebant eos aſcetas, qui ſe in cœnobijs continebant: In hac cõſtantia magnũ diſciplinæ regularis partem locatam putabant; vagationem extra conſuetum monaſterium, & domicilium turpe vitium ducebant, & animę vagi monachi periculoſam, bonæq; eius exiſtimationi damnoſam, & noxiã experiebantur.

Vnde, & Eugenius Papa relatus *in c.placuit.il* 2. 16.*q.* 1. Monachus inquit ſit ſuo clauſtro contentus, quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita: Ita ſine monaſterio monachus.

Nam religioſus vagus in eadem ſe mundi pericula ſponte conijcit, vnde ſe in cõuerſione feſtinus proripuerat: ſi quidem repetit, quę deſeruit, reuiſit, quæ fugit, audit, videt, & haurit, quæ animum rerũ humanarum cupiditatibus complent, venenum hauſta porrigunt. *Petrus Morales in c.1.Matth.lib.*4.*tr.*8.*num.*47.

Quod probè dignoſcens D. Antonius, & ſi vir valde pius erat, in primis tamen in ſolitudine ignotus latere voluit. Sin vero ad vrbes, reipub. aut egenis opem laturus aliquando accedere cogebatur; rebus confectis ſtatim ad Heremum redire feſtinabat; piſces enim aqua ſuſtentari, & in terra emori, & ipſe dicebat; monachis ſolitudinẽ ſalutem, & ornamentum afferre, & grauitatem monaſticam inter homines perire, & ſcandala multoties oriri profitebatur.

Et inter varias cauſas, quæ alicuius publicę perſonæ maieſtatem, & authoritatem eleuant, merito immoderata facilitas, & familiaritas numerantur, quippe quæ hominibus ad contemptum feneſtrã aperiant: nam vt ille ait:

Minuit præſentia famam.

Arg.l.obſeruandum ff. de officio Præſidis. D. *Bernard. Senenſ. tom.*

 2. *ſerm.*

Alterius conuerſi erga B. M. V. pietas.

QValis etiam fuit ille ex Carthuſianorum familia, quem ſibi deuotum B. Maria uirgo ſuauibus, & ſalutaribus uerbis eſt cõſolata. Cum enim in cella grex aprorũ qui Dæmones erant, illum eſſet laniaturus, miſericordiæ mater in extremo periculo affuit, ferũ gregem, atque impurũ expulit, conuerſumque trepidantem ſic allocuta eſt. Placet quod facis, tuique animi deuotionem Deo, mihiq; gratum eſſe noueris, fac ergo quod facis, & ex his ad meliora perſeuieranter proficere ſtude. Atque ut tibi aliquid ſingulare in mandatis tradam, ſtude uilibus eſcis, complectere abiectas ueſtes, operi manuum deuotus inſiſte, ut refert. *De Cluniacenſ. lib. 2. mirac. c. 29.*

De quorum regularium Conuerſorum obligationib. uide in noſtris *Comment. de hum. vita. Stat p. 1. c. 23.*

I *Exceptio.*

NOn incidit primo nouitius, nam ſine culpa retrocedere poteſt ſi cum probauerit, ſtatus ille ſibi non placeat. *c. religioſo. de ſent. excommun. lib. 6. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 16. Fagundez p. 2. l. 8. c. 5. num. 8.*

Cum uerò recedit, non tenetur expenſas ſoluere, quas in eo alendo monaſterium fecit. *Gem. & Francus in. c. cum non ſolum. de regul. in 6. Azor l. 12. c. 3. q. 6.*

Nunc tamen poſt *Conc. Trident. decretum l. c.* aliud in praxi ſeruari ſolet. Et illum textum debere intelligi una cum fructib. inde perceptis, deductis tamen alimentis illius temporis, quo in monaſterio fuit. reſoluit idem *Azor l. 13. c. 9. q. 2 poſt medium. Nald. v. nouitius. Barb. in collect. Iuris Canon. in c. ſuper eo ext. de regul. & de Epiſc. p. 3. Alleg.* 101. *num.* 37. Vt etiam nos diximus *in 3. p. de Exam. tr. 15. c. 9. q. 31. reſ. l. 5.*

2 *Exceptio.*

SEcundo, qui merito credit ſe non eſſe profeſſum, vt quia per uim uel metum cadentem in conſtantem uirum, profeſſionem emiſerit. *c. perlatum, ext. de his, qui vi met. ve cau. Conc. Trid. l. c. 19.*

vbi

Vbi licet multæ conditiones requirantur, omni tamen offenſione ſe l mota, & aliorum damno vitato. *Nauar. comment. 4. de regul. nu.* 77. *& ſeq.* exiſtimar, illud decretum non ſemper locum habere; nam ſi quis bona fide credat, ob vim ſibi contra ius illatam, profeſſionem irritam feciſſe, & ob id reclamare commodè poſſet, aufugerit, & habitum depoſuerit, Iudicemque adierit, pœnas apoſtatæ non ſubit: præſertim ſi ſecus facere nequiuerit. ſequitur *Azor. l. c. c. 4. q.* 10. idem *Barb. Alleg.* 104. *num.* 17.

3 *Exceptio.*

TErtio, qui etiam habitu dimiſſo recedit, ea tamen mente, vt redeat, & illum reſumat, etiam ſi illa receſſio, & habitus dimiſſio ad aliquod ſcelus perpetrandum fiat; cum non apoſtata, ſed vagus, & fugitiuus dicatur. Licet vt in ſequenti caſu dicemus, in excõmunicationem tùm à iure, tùm ab homine latam incidat.

4 *Exceptio.*

QVarto, qui abſque licentia à ſua religione diſcedit, etiam vt laxiorem ingrediatur, multominus vt ad arctiorem tranſeat. *Suarez tom. 2. de relig. tr. de voto. lib.* 18. *Sanctarel. de apoſtaſia. c.* 18. *dub.* 1. *Bonac. de clauſura. q.* 2 *p.* 9. §. 3. *diff.* 1. *Fagund. p.* 2. *l.* 8. *cap.* 5. *Abb. in c. fin. de apoſt. & c. licet. de reg.*

Sed vt ſupra dixi, multę religiones Pontificio priuilegio gaudẽt, vt excepto Carthuſienſi profeſſi prohibeantur ad alium religioſum ordinem tranſire, abſque expreſſa Præfecti generalis, vel Prouincialis facultate.

Quod optima ratione factum eſt, cum ipſa quotidiana experientia doceat, quam infelix ſit illorum exitus, qui ex leui cauſa, & falſo prætextu proprium, & ſemel aſſumptum ordinem mutant, vt oſtendit. *Ferdinand. Caſtil. in hiſtor. Dom. p.* 1. *l.* 3. *c.* 5.

Propriæ religionis mutatio reprobatur.

PRoinde & ſi omnibus regularibus de iure integrum ſit, ad arctioris, vel perfectioris obſeruantiæ religionem tranſire; hoc tamen laudabile non eſt, niſi ob notabilem neceſſitatem, vel vtilitatem fiat.

Primo, quia qui tranſit inconſtans dicitur, vt late oſtendunt *Io.*

And.10.de Auan. Anchar.& Zabar.in c.licet.de regul. Inconſtantia, vero,& variatio maxime in Deo dicatis viris reprobatur *c.cum aūt. ext.de iure pat.Clem 1.de renunt.Iaſon in l quoties.C.de rei vendic.*

Secundo quod admonet *Apoſt.1 ad Cor 7.* vt quiſq. in vocatione,qua vocatus eſt, permaneat *gl in Extrauag.execrabilis.in v.vagandi tit.de præben* vbi ait,etiam mutationem , quæ ex iuſta cauſa non fit,multum damnoſam eſſe,ſiquidem Diabolus ad inſtar piſcatoris,vt piſces capiat, & in naſſam includat, prius aquam conturbat, & de proprio expellit loco ; vt propterea locū habeat quod dicitur. *Prouerb.c.27.* Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo,ſic vir qui derelinquit locum ſuum ſecuritatem n. anima ſua amittit, & ſe damnationis propriæ periculo exponit,quod Dæmon maxime cōtendit. *Lud. de Pon.de perfect.hom to.3.tr.5.c.16.*

Tertio,quia ex hoc tranſitu plurima ſcandala ſubſequi ſolent.

Quarto,quia facilius quiſque in ea religione proficit, in qua degere conſueuit,quàm in alia, in qua peregrinus eſt,& hoſpes, vt notat *D.Th.22.q vlt.art.8.Caſſiani.collat.14.cap.5.&* D. *Ant.3 p.tit. 16.c.4.* L*eſſi.c.41.dub.13.Menoch.l.c. Vecch.de nouit.d.15.dub.1.*

Quid autem agendum à Prælatis ne eorum religioſi ſubditi à ſuo ordine diſcedant, egregie docuit *D. Bernar.* in quadam eius epiſtola quam in 3. *tom.qq.reg.q.52.ar.2.* recenſet *Roder.*

Aſſertionis limitatio.

NOn prohibetur tñ,quin iuſta ſubſiſtente cauſa,cum facultate Prælati laudabiliter etiam ad aliā laxiorem ordinem trāſire poſſit, vt ſi. v.g. in ſtrictiori regularis diſciplina ſit collapſa, ſi odia,& ſimultates in ea vigeant, ſi ipſe alijs ſit exoſus, ſi ob corporis debilitatem rigorem ferre nequeat,& huiuſmodi. DD.communiter.

Sæpe enim Dæmon perfectionis deſiderio flagrantes eò flectit, vt illorum deſideria euaneſcant ; ſæpè etiam præpoſtero quodam feruore inflammat, vt plus oneris ſuſcipiant, quàm corporis vires ferre valeāt. Et in ſumma ad hoc omnes eius inſidiæ tendunt,ut modo ad nimium, modo ad parum impellat; ad quas euitandas acri tū proprio, tùm aliorum iudicio,& conſilio opus eſt. *Plot. de bono ſtatu relig.l.3.c.36.* Vbi etiam tradit ſigna religionum, in quib. regularis obſeruantia vigeat.

An

At in caſu quod quis ex iuſta cauſa exeat, & ad aliūm tranſeat, quamuis in prima ſit profeſſus, nihilominus in ſecunda iterum pro fiteri debet, & tyrocinium integro anno peragere. *Leſſ. l. 2. c. 41. dub. 13. n. 101. Campan. in diuer. iur. can. rub. 12. c. 9. nu. 11. Nauar. conſ. 60. tit. de regul.*

Praxis obſeruanda erga regularem apoſtatam, &c.

CIrca confeſſionem apoſtata interrogandus erit, quādiù in apoſtaſia perſtiterit; tùm vt delicti grauitatem cognoſcat Pœnitentiarius, & quæ in illo tempore peccata tàm quò ad ſpeciem, quā quò ad numerum commiſſa fuerint, tùm quia cum excommunicationis vinculo ſit innodatus, ſi in illa per annum inſorduerit, de fide ſuſpectus redditur. *ex Conc Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 3. Menoch. l. 2. de arbit ind. cent. 5 caſu 416. n. 54.* Ideò quid de fide ſentiat interrogari etiam poterit.

An in apoſtaſia ſacrilegè coniugium inierit, quia matrimonium inualidum eſt, & in excommunicationem nemini tamen reſeruatā incidit. *Clem. 1. tit. de conſang. & affinit.*

An in eodem infelici ſtatu ſit ſacris iniatus, cum enim in ſuſpenſionem, & irregularitatem inciderit, abſq. Pontificia diſpenſatione in ſuſceptis ordinibus miniſtrare non poterit. *c. conſultationi. ext. de Apoſt. Graff. conſ. 1. nu. 17. tit. de regul. Sur. tom. 5. de cenſ d. 31. ſect. 3. Sayr. l 4. c 13. nu. 16. Decian. in tr crim. l. 5. c. 71. n. 18. Aldret. de relig. diſcept. tuenda. l. 2 c. 18. n. 18. Bonac. de clauſ. q. 2 p. 11. §. 4.*

An alios religioſos ſeduxerit, & ad retrocedendum induxerit, quia tot peccata admiſit, &c.

Quid in abſolutione conſiderandum.

QVò ad abſolutionem aduertatur, vt prius ab excommunicationis vinculo abſoluatur ab illa enim, quæ iure communi lata eſt, cum nemini reſeruetur, cuilibet Confeſſario integrum eſt abſoluere. *c. nuper. vbi* Barboſa. *ext. de ſent. excom.*

Ab ea autem, quæ à Superioribus religionum infligitur, cum abſoluere nequeat, ab eiuſdem facultas petenda. Videat an ex contractu aliquo inito, uel delicto, in apoſtaſia admiſſo, quidquam alicui debeat; quia monaſterium ad quod redijt, ſi in eius vtilitatem conuerſum ſit, ſoluere tenebitur. *Molina de iuſt. & iur. tract. 2. d. 140. Nauar. conſ. 7. de ſolut. Emanuel Sà in Aphoriſ. in v. monaſterium.*

Acquiſita ab apoſtata cui nam acquirantur.

NAm & ſi apoſtatarum bona Cameræ Sedis Apoſtolicæ reſeruentur, quibus ipſos in ſæculo exiſtentes priuari contigerit, aut quę extra monaſterium decedentes poſt eorundem mortem inconſumpta remāſerint, *ex Conſtit. Greg. 13 incip. Officij noſtri partes. Azor. tom. 1. l. 8. c. 3. q. 15. Sanchez de precept. l. 7. c 33. nu. 9. Sanctarell. de apoſt. c. 3. Bonac. de clauſ. q. 2. p 12. §. 7. Barb. in collec.* Iur. *Can. c. fin. tit. de regul.* Non tamen quæ etiam iniuſtè, & illicitè acquiſiuerunt, ſi ad ſuos ordines reuertantur, & in monaſterijs moriantur. Vnde monaſteria ipſa quatenus acquiſita bona ad ſe peruenerunt, omni ære alieno, & damno illato ſatisfacere tenētur. *Roder. tom. 1. q. 30. art. 12. & ſeq. Mirand. tom. 1. q. 51. ar. 7. & 8.*

pœnitentiarij monaſterij munus.

MOnaſterij Pœnitentiarius cōſilio, obiurgatione, atque cohortatione, verborumq. medicamento efficiat, ut apoſtata malum, & infelicem ſtatū in quo uerſatus eſt, agnoſcat, non enim eius officium peccatorū abſolutione tm̄ finitur, ſed debet eſſe magiſter & dux animæ, & internorum morborum medicus, ac opportuna ad ægri ſalutem applicare remedia, nec in vno puncto ſuo deeſſe officio, vſq. dum Chriſto Redemptori cooperando, pœnitentis animā Cœlo lucretur.

Oleum tamen vulneribus ſauciati infundens illius ſpem erigat: Cum eccleſia nunquam redeunti gremium claudat. *gl. in cap. à nobis. ext de apoſtaſia.*

Vnde & à iure præcipitur religionum Superioribus, vt ſubditos apoſtatas, ac fugitiuos, quotannis benignè requirant, & ad caulam traducant. *c. fin. ext. de reg. Compend. Priuileg. Mend. in v. apoſtata. Nauar comment. 2. de regul. nu. 36. Syluest. in v. apoſtaſia. q. 6.* & alii Et quidem Paſtor inquirere, & de ouib. ſuis curam habere tenetur. *c. quam ext. de g. Iur.* Quod innouatur per Decretum Vrbani VIII. Incip. *Sacra Congregatio.* vt infra.

Quomodo aūt hoc fieri debeat, & qua ratione ipſi apoſtatæ à Prelatis recipiendi ſint, qūo cum eis agendum, ac de congruo remedio prouidendum, hoc opus, hic labor eſt; nam cùm hoc certam determina-

minationem non habeat, viri boni, ac prudentis arbitrio id relinquendum eſt. De qua re nonnulla vtilia tradit *Nauar. conſ. 75. de regul. & Mirand. l. t. ar. 5.*

Illud ut plurimum ſeruãdum videtur, vt leniter, & benignè prius excipiantur; Quandoquidem *Blando vis latet Imperio.*

Vnde D. *Gregor. 3. par. Paſt. adm.* 18. Equos indomitos, inquit, blanda prius manu tangimus, ut eos nobis plenius poſtmodũ per flagella, & calcaria ſubigamus.

Medici quoque ſolent amaris pharmacis mellita permiſcere, vt liquor guſtus ſuauitate illectus decipiatur, atq. ita humor lethalis amaritudine expellatur.

Pęnitentia imponendæ.

NOn admodũ grauem pęnitentiam illi imponet; tùm quia nulla maior ſatisfactio eſt, q̃ quæ in religione perficitur. *c. admonere, vbi gloſ. 33. q. 2. D. Antan 3. p tit. 16 c. 10 Plat. de bono ſtatu relig l. 1 c. 14.* Vel illam iniunget per modum conſilij ſine ulla peccati obligatione, vt ſi hoc feceris tibi in ſatisfactione deſeruiat; ſic.n. in cõmuni abſolutione addimus, quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſi tali, &c. Oportebit tamen vt Pœnitentiarius pęnitenti exponat quid ſub conſilio, quid ſub præcepto illi imponat, ne ex cõſcientia erronea ſe peccare putet. Et verius dicendum uidetur cum hęc ſatisfactio ſacramentalis ſit illi cõe eſſe, ut ſi in lethali peccato impleatur, recedente fictione priſtinum ſortiatur effectum. *Molfeſ. tr. 7. c. 7. nu. 75. Bonac. d. 5. q. 5. tr. 3. pun. 4. Fagun. p. 2. l. 4. c. 4.*

Tùm etiam leuiorem infliget pęnam, quia & ſi à peccatis in foro pęnitentiali abſoluatur, religionis tamẽ Præfecto integrum erit etiam quò ad externum forum punire. *c. pen. vbi DD. ext. de apoſt.*

Cum autem apoſtatæ abiecto obedientiæ, & regularis diſciplinæ iugo, multis delictis, & tranſgreſſionibus in ſæculo aſſueſcant, vitam ſine Dei timore in licentioſa libertate agentes, illud obſeruandum erit, vt niſi tranſactis non paucis pęnitentis diebus, ad communionem admittantur.

Imò cum apoſtaſiæ peccatum toti cætui, uel monaſterio manifeſtum ſit, quò propriæ pęnitentis ſaluti, & aliorum ædificationi cõſulatur, aliquam publicam pęnitentiam iniungere expediet. *Pet. Sot. lect. 5. de remedijs peccatorum.*

Regu-

Regulares Prælati poſſunt expellere incorrigibiles, & ad trire-mes mittere.

QVi etiam ita corruptis, ac deprauatis moribus imbutus ſit, ut oĩo. vijs tentatis corrigendus ſe, & ad bonam frugem redeundi ſpes non effulgeat, à religioſo cętu expelli poterit. *Abb. & alii in c. ult. de reg. & c. cum ad monaſterium. de ſtatu monach.* Idq. conſtat ex regula D. *Aug. c.* 20. *&* D. *Benedict. c.* 28. & ex praxi omnium religionum; quia ut D. Bernardus dicere ſolebat, *Epiſt.* 2. Præſtat, ut pereat vnus, quàm vnitas. Et reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellenda, ne totum corpus corrumpatur, & totum ouile intereat. *c reſecanda.* 24. *q.* 30. D. *Bonauen. in qq. ſuper reg q.* 14. *Azor. l.* 3. *c.* 16. *q.* 2. *Leſſ. c.* 41. *dub.* 14. *Corduba ſuper reg.* D. *Franciſci q.* 3. vbi affert illud Apoſtoli *ad Galat.* 5. Vtinã abſcindantur qui uos conturbant. *Sanch. de precept. l.* 6. *c.* 9. *nu.* 3. *Sanctarel. de apoſt. c.* 4. *dub.* 1. *Barb. in collect. Iur. Can. c. fin. de regul.*

Quinimo in caſu, quo id maxime expedire uideatur, poſſunt regulares Prælati ſubditos ſuos facinoroſos, & criminoſos ad triremes ablegare; carcere. n. huiuſmodi perditos homines cõcludere nimis graue onus eſt religioni, & ſępe propter amicos fieri non poteſt; multaq. alia incommoda ſecum trahit. *Nauar. comment.* 3. *de regul. nu.* 52. *Miranda l. c. q.* 52. *ar.* 8. *Roder. l. c. q.* 30. *ar.* 14.

Et ſi multi non ſpernendi Doctores, quod attinet ad ſacerdotes ad triremes damnandos, ob ordinis, & officij dignitatem nõ approbent. *Diaz. in praxi crim. Can. c.* 145. *Viuald. in Candel. aureo tit. de degradatione. nu.* 38. *Graff. p.* 2. *conſ.* 4. *de regul. diff.* 2. *n* 6. Vide nũc Decretum Sanctiſs. Vrbani VIII. contra religioſos apoſtatas, & fugitiuos, de quo mentionem fecimus ſupra, & *tr* 15. *de exam. Eccl. c.* 9. *q.* 31. *& Bonac. de clauſura q.* 2 *p.* 11. § 2. *&* 3. Vbi etiam *pun.* 12. §. 1. *ex* DD. & ipſo Decreto Sanctiſſimi declarat quis dicatur incorrigibilis, & ad quem ſpectet eum expellere. Et nos ante ſcripſimus in 2. *par. de Exam. in tr.* 12. *c.* 3 *q.* 11. *& p.* 3. *tr.* 15. *c.* 9. *q.* 31.

Si ſpes ſubſit, vt ad bonam frugem ſit rediturus, proponat parũ prodeſſe bene cæpiſſe, ſi ante vitæ terminum deficiat. *c. incaſſum. de pænit. d* 3. nam & naues uela pandentes iter ſecundis vẽtis arripiũt, ſæpe tamen franguntur, & in ipſo curſu obruuntur, antequã portum conſpiciant.

Omni

Omni conatu ſtudeat ut ipſe pœnitens beneficio uocationis reſpondeat, & os cordis aperiat, ut attracto ſpiritu dilatetur: ſic enim fiet, ut uiam mandatorum, & conſiliorum eius facile currat, & ita currat ut comprehendat.

Hortetur, ut peccata etiam leuia ſæpius confiteatur; nã q ſpernit modica, paulatim decidit. *Eccl. c.* 19. Et homines ſicut luna mutantur. *Eccl. c.* 27. quæ dum decreſcere incipit, & aliquid de ſua luce amittere, in consummatione minuitur; ideſt non deſiſtit, donec omnino lumen perdat. Ita homines cum in peccata venialia labi incipiunt, non ſiſtunt, donec in aliquod mortale ruant, quod ſuo pondere niſi pœnitentia præueniatur, ad aliud trahit.

Sæpius etiam Euchariſtiæ ſacramento muniatur, quia in illo caro corpore, & ſanguine Chriſti ueſcitur, ut anima de Deo ſaginet. ut ait *Tertull. lib.* 2. *de reſur. carinis.* Et teſte D. *Chryſoſt. hom.* 24. *in Epiſt.* 1. *ad Corinth.*

Hoc myſterium facit, ut dum in hac uita ſumus, terra nobis Cœlum fiat. *Lud. à Pont. tract.* 4. *c.* 4. *Forn. l.* 3. *tr.* 1. *c.* 4. *p.* 1.

Si vult quietam, & contentam vitam degere in ſchola humilitatis, ipſam humilitatem ſectetur. *Matt. c.* 11. *D. Bernard. ſuper miſſus eſt. hom.* 3. Nam omnis inquietudo, & iniquitas per ſuperbiam regnat; proinde vt dicebat. D. Antonius nihil magis odit Dæmon, quã humilem & Dei amantem. *Roſignol l. perfect. chriſt. c.* 38.

Et vt abſoluendi facultatem à Generali, vel Prouinciali petat, quã ſi iniuſte deneget; poterit pro prima vice abſoluere. *Molfeſ. tr.* 7. *c.* 21. *nu.* 44.

Proponat tandem ex reuelatione. S. Geltrudę *l.* 4. *cap.* 57. probos religioſos ſub Prælatorum ſuorum obedientia degentes, & in illa Domino fideliter ſeruientes, SS. martyrum choro in æterna gloria eſſe collocandos, vt etiam refert idem *Authr. tr.* 1. *c.* 11. *nu.* 57.

Tertÿ caſus explicatio. *Sect.* 2.

EXiam dictis ſatis conſtat, quid dicendum ſit circa tertium caſum, qui eſt nocturna, & furtiua è monaſterio egreſſio etiam animo non apoſtatandi facta.

Quàm

Quàm damnoſa ſit regularibus vagatio.

CVius Edicti, & reſeruationis illa eſt potiſſima ratio, quod inter partes, & munia quæ religioſo incumbunt, illud eſt, ꝙ ad clauſuram obligatur; ita ut nec Papa diſpẽſare queat, vt regularis ſine cauſa extra monaſterium degat, cum ex voto ad illam perpetuò ſeruandam ſit aſtrictus. *Menoch. de arbit. Iud. cent. 6. caſu* 504. *ex c. placuit.* 16. *q.* 1.

1 Monaſteriũ eſt carcer ſapiẽtię, ubi uincula ſunt uota. *Coriol. caſu* 2

Talis uero clauſura in eo conſiſtit, ut nullus regularis cuiuſuis ordinis ſepta conſtituta, ſeu limites ad eam ſeruandam determinatos, ſine Antiſtis ſui licentia exeat. *Nauar. comment.* 4. *de regul. n* 29. *& ſeq. Reginal. in praxi foro pœnit. l* 18. *c.* 28.

Hinc S. *Pachomius in reg.* 47. Nullus, inquit, nec ambulãdi in monaſterio, neque extra murum procedendi habeat facultatem, niſi interrogauerit Præpoſitum, & ille conceſſerit. Idem præcipit. D. *Baſil. ſerm.* 1. *de Inſtit. Monach.* Sic *D. Benedict. in reg c.* 67. regulari vindictæ vult eum ſubiacere, qui pręſumpſerit clauſtra monaſterij egredi, uel quocunque ire, uel quippiam quamuis parum ſine Abbatis iuſſione facere.

D. *Bernard. ſerm.* 66. *ad ſororẽ.* pertractans illũ Ieremiæ locũ. *c.* 4. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color eius optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum? hæc uerba infert; lapides ſanctuarii deſignant religioſos uiros, qui nunquam debent foris uagari, ſed in ſecreto monaſterij ante oculos Dei ſemper commorari; ſed diſperſi ſunt hodie lapides ſanctuarii in capite omnium platearum, quando religioſi uiri quærendo uana, & ſæcularia, foris uagantur, &c.

Ab omnibus ſapientibus hæc curioſitas vagandi, noua audiendi, uidendique atq. identidem audita referendi facilitas uituperatur.

Rumores neſcias, ait *Bonauent. tom.* 2. *tr. de infor nouit. p.* 2. *c.* 24. Quia inquietant cor, & mentem diſtrahunt, & deuotionem exhauriunt, & tempus ſine utilitate conſumunt. Etiam quæ ſcis non omnia effundas quaſi uas ſine operculo, quod ſtatim cum inclinatur, effundit quidquid continet in ſe, & omni pulueri, atq. immũditiæ patet.

Et idem 1.*p Spec.par*.3.*c*.5. Religioſos uiros rumorigeruloseſſe non decet. Hinc & Cato.

Rumores fuge ne incipias nouus auctor haberi.

Et Horatius.

Percunctatorem fugito, nam garrulus idem eſt,

Nec retinent patula commiſſa fideliter aures.

Quæ duo vitia religioſo viro omnino indigna ſunt, vt dicebat *Hugo Lincolnienſis Epiſcopus*; vt apud *Sur tom.6.die* 17. *Nouembr.*

Clauſura, & ſolitudo quanti facienda.

PRoinde veteres monachi magni faciebant eos aſcetas, qui ſe in cœnobijs continebant: In hac cõſtantia magnũ diſciplinæ regularis partem locatam putabant; vagationem extra conſuetum monaſterium, & domicilium turpe vitium ducebant, & animę vagi monachi periculoſam, bonæq; eius exiſtimationi damnoſam, & noxiã experiebantur.

Vnde, & Eugenius Papa relatus *in c.placuit.il* 2.16.*q*. 1. Monachus inquit ſit ſuo clauſtro contentus, quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita: Ita ſine monaſterio monachus.

Nam religioſus vagus in eadem ſe mundi pericula ſponte conijcit, vnde ſe in cõuerſione feſtinus proripuerat: ſi quidem repetit, quę deſeruit, reuiſit, quæ fugit, audit, videt, & haurit, quæ animum rerũ humanarum cupiditatibus complent, venenum hauſta porrigunt. *Petrus Morales in c.*1.*Matth.lib*.4.*tr*.8.*num*.47.

Quod probè dignoſcens D. Antonius, & ſi vir valde pius erat, in primis tamen in ſolitudine ignotus latere voluit. Sin vero ad vrbes, reipub. aut egenis opem laturus aliquando accedere cogebatur; rebus confectis ſtatim ad Heremum redire feſtinabat; piſces enim aqua ſuſtentari, & in terra emori, & ipſe dicebat; monachis ſolitudinẽ ſalutem, & ornamentum afferre, & grauitatem monaſticam inter homines perire, & ſcandala multoties oriri profitebatur.

Et inter varias cauſas, quæ alicuius publicę perſonæ maieſtatem, & authoritatem eleuant, merito immoderata facilitas, & familiaritas numerantur, quippe quæ hominibus ad contemptum feneſtrã aperiant: nam vt ille ait:

Minuit præſentia famam.

Arg.l.obſeruandum ff.de officio Præſidis. D. *Bernard. Senenſ. tom.*

 2.*ſerm.*

2. *ſerm.* 24 *c.* 2. *Hier. Grat. de regulari diſciplina cap.* 7. §. 2. 3. & 4.

D. Chryſoſt. probos monachos mirificè colebat, ſed qui monaſteria ſine iuſta cauſa exibant, ac per vrbes, vicos, plateaſque vagabantur, tanquam probrum ſacræ philoſophiæ inferentes aſpernabatur. Quomodo Pius Papa *II.* vagum monachum Diaboli mancipium vocabat. D. Thomas Aquinas hos verſus religioſis proponebat:

Cella quaſi Cœlum tibi ſit, quæ cœlica cernas.
Hic legas, hic ores, mediteris, carmina pangas.
Pax eſt in cella, foris autem plurima bella.

Propterea vago à Præfecto reſtringendæ erunt vagationis occaſiones, multa negotia & vtilia alijs demandanda, à viſitationib. per aliquot hebdomadas, vel menſes arcendus, vt vel inuitus ſe domi cõtinere aſſueſcat, &c. *Graff. in Deciſ. aur. l.* 3. *c.* 4. *num.* 97.

Eius etiam partes erunt oſtijs ianitorem, virum ſenem, ſapientẽ, ac grauem præficere, qui nulli exitum permittere debet, niſi à Superiore facultatem habeat. *D. Bened. in reg. c.* 66. *vbi Turrecrem.*

Solitudo ſpiritualis.

POrrò etiam ſi ſolitudo, & corporalis quies animi purgationis initium ſit, ſpirituali tamen viro non ſufficit. Quid enim prodeſt, ſi in loco quies teneatur, & inquietudo in corde ſeruetur? ſi in habitatione ſit ſilentium, & in habitatoribus ſit tumultus, & colluctatiò paſſionum? Si exteriora ſerenitas teneat, & interiora tempeſtas: ait *Caſarius admonit.* 28.

Quando egredi liceat, & quomodo.

VErum egreſſus è cœnobijs non eſt vituperandus, ſi tempore, & loco ſeruatis: Antiſtitis, vel Præfecti monaſterij accedente licentia, cogente neceſſitate, vel ſuadente utilitate, hoc fiat. *Campanilin Diuerſ. Iuris Canon. Rub* 12. *cap.* 9.

Nam præter ſpirituale proximi commodum, & alias humanę uitæ neceſſitates, ad tuendam ualetudinem, corporis exercendi cauſa aliquando prodeundum nemo dubitat; ſi quidem cum ut plurimũ religioſi mentem potius, & ſæpius quàm corpus defatigent, orãdo,

meditando, docendo, ſeu legendo, & confeſſiones excipiendo, & ni ſi interdum corpus deambulationibus exerceant, facile morbos contrahent, iuxta illud:

Et vitium capiunt, ni moueantur aquæ.

Sic enim, & Seneca de ſe ſcribit, quod pituitæ, & diſtillationibus à quib. ob frequentes mentis contentiones uexabatur, deambulatione mederi ſolebat.

Quis uerò neſciat religioſis maxime conuenire, ut ſanitatis curã habeant, quò Deo ſeruire, & chriſtianæ reipublicæ prodeſſe queãt? ait *Combrec. lib. 1. de ſtud. perfect. c. 11. Actius de infir. p. 1. c. 40.*

Sanitatis doni præſtantia.

Hinc de quodam inſigni religioſi ordinis inſtitutore legitur, tanti æſtimaſſe ſuorum alumnorum corporalem ſalutem, ut omni eam theſauro prætulerit, dicebat enim Ægrotus uix quidquam boni in aliorum utilitatem facere poteſt, multa uerò præſtat, qui corpore ualens eſt. Nemo certe proſperæ ualetudinis ponderat pretium, niſi qui morbis exercetur.

Et inter ſumma Dei beneficia hoc unum tanti eſſe debet, ut ex hoc tota uitæ degendæ, recteque agendi ratio dependeat. Quid aget qui uel capite, uel pectore, aut ſtomachi intemperie, uel hepatis laborat? Quam rem tangit in Satyris Horatius, quando ait,

Si ventri bene, ſi lateri eſt, pedibuſque tuis; nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius

Beyer. in apoph. chriſt. in v. ſanitas. Iuſtin. in Tobiam. c. 8. verſ. 6.

Sacri Canones quod medicis datur honorariũ, quod uero cęteris mercedem appellant; cuius rei illa eſt ratio, quia ut inquit Seneca emis à medico rem inæſtimabilem, uitam, ac bonam ualetudinem *Petr. And. Canonherus in 7. Hipp. aphor.*

Nec ſine ratione Socrates diſcipulos ſuos monuit, ut ualetudinis ante omnia curam haberent, ac partem à peritis, quæ poſſent diſcerent, partem per omnem uitam ipſi obſeruarent, quinam cibus ipſis conduceret, & quo pacto his uſi quàm optima ualetudine uterẽtur. Sanitatis donum ex parca, & temperata uita pendere in confeſſo eſt apud omnes. teſte *Actio de Infirm. p. 1. Rub. 42.*

Hinc Pontanus rogatus aliquando cur unico tantum cibi genere uteretur, reſpōdit, ut ſic medicorum manus effugiam; nam ex ipſorum etiā ſententia nil diuerſitate ciborum nocentius. Conſule quæ ſcripſimus *in commen. de hum. vita p. 2. c. 8. & c. 9.*

Religioſi cum ſocio prodire debent.

AT cum domo egrediendum eſt, impetrata facultate cum aſſignato ſibi comite, petita benedictione, breui oratione facta, & monito oſtiario exeundum eſt.

Et mos iſte, ut religioſi non ſine ſocio procederent, manaſſe uidetur ab exemplo Chriſti, qui ſuos diſcipulos nō ſolos, ſed binos mittere ſolebat. *Luc. c. x.* De quo more meminit *Conc. Ebor. apud Baron. tom. 12. an.* 1194. & D. *Aug. in reg. c.* 10. & 20. ubi præcipitur, Neq; eant ad balnea, ſiue quocunque ire neceſſe fuerit, minus quā duo, uel tres: Et ille qui habet aliquò eundi neceſſitatem, cum quibus Præpoſitus iuſſerit, ire debet.

Ex qua regula de binis, uel ternis ſimul mittendis, aliqui religioſum hoc commodum conſequi inferunt, quod non ſit neque extra congregationem, neque extra collegium, eo quod duo congregationem, & tres collegium faciunt. *vt ait gloſſ. in c. 1. extr. de elect.*

Cuius inſtitutionis ratio eſſe poteſt, quod vt ait D. *Greg. l.* 10. *Ep.* 22. Qui ſine teſte ambulat, recte non uiuit.

Et non ſine ratione D. etiam Thomas monachum ſolum Dæmonem ſolitarium eſſe dicebat.

Et D. Carolus obuios religioſos ſine ſocio non reſalutabat, quinimo toruo conſpiciebat aſpectu, eo quod nullo honore dignos eos duceret, in quibus maximam religionis, ac probitatis notam deeſſe uideret. *Carol. à Baſilica Petri in eius vita lib.* 7. *c.* 17.

Et *in c. 2. extra de ſtat. monach.* cum iubeatur, ut monachi cum arbitris, & comitibus incedant, ſubiungitur ratio, ne ſoli inter ſeculares homines ſpiritualium hoſtium conflictum expectent: Salomone dicente: Væ ſoli, quia cum ceciderit, nō eſt qui ſubleuet eū. *Eccl. c.* 4.

Quæ religioſa ſocietas, tunc maximè neceſſaria eſt, cum infirmiora uaſa uiſuntur, uel adeuntur, ubi maius periculum ineſſe ſapientes atque inſipientes agnoſcunt, ut ſunt fœminæ, etiam ſi ſanctimonia-

les ſint, *ut* D. *Hieronymus Epiſt. 2. ad Nepotianum* admonet.

Hinc & Vrbanus Pôt. *IV. in reg. 7. S. Claræ* cauit, ut cum Confeſſario monialium neceſſe eſt ſepta monaſterii ingredi, quò alicui moniali infirmę aliquod ſacramentum adminiſtret, duos, uel ſaltem vnum religioſum ſocium ſecum aſciſcat. ut uidere eſt apud *Roderi, tom. 1. qq. reg. q. 47. art. 4. & Mirand. de monialib. q. 2. art. 17.*

Et Io. de Capiſtrano *in ord. c.* 11. iubet ſocios cōfeſſarii ipſū aſſociatum ad infirmas, ſeu ſæculares, ſeu moniales, intueri, & clarè uidere.

Quippe ut ait Seneca *ep.* 25. omnia nobis mala ſolitudo perſuadet, & prodeſt ſine dubio cuſtodem ſibi impoſuiſſe, & habere quem reſpicias, quem intereſſe cogitationibus tuis iudices.

Et cum ſolitudo ſpondere ſoleat peccantibus impunitatem, eo quod nullus ſit teſtis, quo accuſentur, & conuincantur, propterea tenebras quærunt, & latebras ſaturandis cupiditatibus opportunas; quia omnis qui male agit odit lucem. *Ioan. c.* 3.

Magiſter ſit nobis præcipuus illius monachi lapſus, qui ut in uitis Patrum legitur, poſt annos 60. cænobiticę conuerſationis, è monaſterio ſolus ad negotia, miſſus tentatus à flagitio uictus eſt, atque eodem anno amiſſa uirginitate, è uita deceſſit. Quod & nobis lachrymas excutere deberet, ſimulque timorem incutere. *Iul. Nig. reg.* 43. *Daur. in chat. hiſt. tom.* 4. *tit.* 85. ubi plura etiam alia exempla refert.

Religioſus ergo ſiue interdiu, ſiue noctu egrediatur, cum Præfecti aſſenſu, & benedictione, cum aſſignato ſibi comite, adhibita oratione (quæ abeunti, & redeunti munimen eſt) prodire debet.

Et ſiue ex neceſſitate, ſiue utilitate, uel recreādi animi cauſa exierit, rebus confectis, quamprimum domum ei redeundum, atque innocentem Noè columbam imitando ad arcam, unde exiit, cum ramo pacificæ oliuæ, hoc eſt cum diuina laude reuolandum. Clemēs. VIII. *in Decretis pro reform. regul. num.* 18. *& ſeq.*

Furtiuæ, & nocturnæ egreſſionis peccati grauitas.

VNde hinc dignoſcitur, quam grauiter peccet religioſus qui tēpore nocturno, inſcio Antiſtite occultè, & clam, è monaſterio egreditur, cum obedientiam ſpiritualis militiæ, & regularis obſeruantiæ firmiſſimum fundamentum uiolet.

In militia primarium eſt præceptum de ordine ſeruando, qui inſcio

ſcio Duce locum deſerit, de acie, uel caſtris diſcedit, capite plectitur. *homne delictum. §. contumacia ff. de re militari.*

Propterea Poſthumus Romanus dictator filium armis ſtrenuū, & à ſe unicè dilectum ſecuri feriri iuſſit, eo quod eius iniuſſu è præſidio egreſſus hoſtes uicerat. *Buſtus in ſuo Roſario. p. 2. ſerm. 27.*

Hic & ſi non apoſtata ſit, fugitiuus tamen dicitur, cum obedientiæ iugum abiiciens, Archimandritæ ſe ſubtrahit. *l. quis ſit fugitiuus ff. de ædil. edicto. Io. And. in c. fi. de regul.*

Fur etiam & ſacrilegus dici poteſt, quia cum ſui ipſius poteſtatē non habeat, ſed eius Præfectus, ſi inuito eo exeat, furtum committere dicitur. *c. ſi religioſus. de elect. in 6.*

Huc enim ſpectat illa Hugonis Monachi Carthuſienſis reſpōſio: cum Henrico ſecundo Angliæ Rege ad Cœnobii Præfecturam uocatus, quidque ea de re ſibi uideretur interrogatus, dixit: Volūtati meę de ſtatu meo nil penitus reſeruare iam pridem edoctus ſum. *Sur. in eius vita tom. 6. die* 17. *Nouembr.* Vnde *D. Baſil in reg. fuſ. diſp.* Qui ſeipſum, inquit, Deo ſemel deuouit, hic ſi deinde ad aliud vitæ genus tranſierit, ſacrilegij ſcelere ſe obſtrinxit, quippe ſeipſum Deo, cui ſe conſecrauerat, ſubterfuratus eſt.

Quę clam fiunt ſuſpecta habentur.

CVius delictum eò magis aggrauatur, quod clam, & noctu huiuſmodi fit egreſſio, ſi quidem quæ clam, & nocturno tempore fiunt fraudis, & doli pręſumptione non carent. *c. 1. tit. vt eccl. benef. c. fin. § ſi quis vero, ext. de cler. de deſponſ. Brunor. à Sole* in locis cōibus. *v factum. Menoch. de præſumpt. l. 4. præſump.* 12. *Maſcard. de probat. concl.* 815. *Surd conſ.* 132. Sicut etiam bona fides probatur ex eo, quod quid publice factū eſt. *Menoch. conſ.* 15. *nu.* 2. *notat Barb. c. 8 qui filij ſint legit.*

Quia qui male agit, odit lucem & nocte vagatur adulter. *c. conſuluit. de off. delegat.* Quo loci *gloſſ. & D D.* multa iura congregant, quæ actus clandeſtinos ſimulationis, doli, & fraudis inſimulant.

Quibus concinit, quod ſcribit *Quintil. lib. 5. Inſtit. orat. cap.* 10. Tropum interdum ad coniecturas pertinere, vt ſi dicam, bona mente factum, ideo palam, mala, ideoq. ex inſidijs, noctu, in ſolitudine.

Idcirco vigiliæ q̄ apud Chriſtianos in eccleſiis olim fieri ſolebāt,

ob-

ob malos hominum mores ſublatæ ſunt. vt per *Couar. l. 2. var. reſol. c. 19. Ægidiũ de priuileg. & iur. honeſt. art. 14. Francol. de her. can. 1. cap. 1.*

Exemplum.

ET quod Demonax philoſophus celeberrimus Adriani Imper. temporibus, nunquam adduci potuit, vt ad ſacra, myſteriaq. Eleuſina accederet: quo nomine accuſatus veluti patriæ religionis contemptor, id in concione excuſauit, teſtatus ea ſacrificia iure ſibi eſſe ſuſpectiſſima, quod clanculum, & in occulto fierent, quoniam ſi bona eſſent, ea omnino in aperto fieri oportere, quò alios ad amplectendam eam religionem inducerent: ſi mala, ad cauendam. *Tiraq. de temp. pœnis. cau. 11. nu. 13.*

Nox à nocendo nomen ducit, non ſolum quia oculis noceat, ſed etiam quia eo potiſſimum tempore aduerſarii nocere conſueuerũt. Atque nocentes lamias noctu uagari, & bacchari teſtatur. *Sylueſt. in v. hæreſis el. 3.*

Tenebraſque homines ad delinquendum inuitare ſcripſit. *Iaſ. in l. Titius* §. *lucius. nu. 27. de liber. & poſthum. & Polyd. Ripa in tr. de noct. temp. c. 2. num. 12. Borellus de Magiſt. l. 3. c. 9.*

Et prouerbio dicimus, nocte uagãtes inſtar ueſpertilionum eſſe. *Pineda in Iob. c. 31. verſ. 10.* Ideo noctis tempore lumen nõ gerentes mali animi indicium, & argumentum produnt *l. 1* §. *tria lumina. ff. de ventre inſp.* Et ex his colligi poteſt quinam in caſum incidant, & qui non.

Quinam in caſum incidant.

1 Comprehenſio.

PRimo enim clarè conſtat incidere religioſum, qui nocturno tẽpore, furtiuè, & inſcio Præfecto, monaſterium ſine iuſta cauſa exit.

2 Comprehenſio.

SEcundo qui ob timorem pœnæ propter aliquod crimen ab eo perpetratum, ne capiatur, & à ſuo Superiore puniatur, monaſterio, fuga ſibi conſulens, egreditur. Imo ſi exit, animo non redeundi non ſolum fugitiuus eſt, ſed etiam apoſtata; ſicque intelligendus eſt quod tradit *Thom. Triuiſ. lib. 2. dec. 19. & Quar. in Summa Bull. in v. apoſtata.*

Idem

Idem dicendum de religioſo è carcere in quo iuſſu ſui Præfecti iuſte incluſus eſt fugiente. Quia & ſi cæteris vinctis ſiue ſecularibus, ſiue eccleſiaſticis fugam inde arripere integrum ſit, ſecus tamen eſt in religioſis, qui ſe ſua libertate è clauſtro exeundi vagandique priuarunt. *Sanch. de precept. l. 6. c. 8. num.* 12. *Bonac. de clauſ. q.* 2. *pun.* 11. *num.* 7. vbi etiam aliquas exceptiones faciunt:

3 *Comprehenſio.*

TErtio non ſolum in caſum incidit, ſed etiam excommunicationis vinculo irretitur, ſi temere habitum deponat, vel etiam proprium habitum deferat, ſed ita coopertum, & abſcõditum, vt cuius nam religionis ſit, non dignoſcatur, cum paria ſint non eſſe, vel non apparere. *gloſ. in clem. quoniam. de vita, & honeſt. cler. Io. And. in c. Deus. qui ext. eodem tit.* habitus enim ad eſsentiam quodammodo religioſi pertinet, vt ait *gloſ. in c. de monachis.* 16. *q.* 1. ita vt, & religioſus in epiſcopum creatus habitum ſuæ religionis deferre teneatur *Graff. lib. 2. deciſ. aur. p. 1 c. 58. num. 10. & p. 2. c. 18. num. 10. Tolet. lib. 5. c. 4. Ant. Ferr. in exam. theolog. mor p. 4. c. 7 Sà in v. Epiſcopus nu.* 11. (*Arg. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c.* 19. vbi præcipitur vt nemini detur licentia occultè ferendi habitum ſuæ religionis. *& Zanchus de Inſtitut. cler. Inſtit.* 7. vbi clericus debet deferre habitum proprio ſtatui congruũ vt talis agnoſcatur, *& c. ex c. clerici. vbi Barb. de vit. & honeſt. cler. & de Epiſc p. 2. Alleg. 9.*)

Idem *Graff. lib. 3. deciſ. aur. c. 5. num. 72. Roder. tom. 1. qq. regul. q.* 30. *art. 2. & tom. 2. q. 76. ar. 6. Monal. vol. 2. conſ.* 126. *Triuiſ. l. 2.* Deciſ. 19. *Maſcar. de Probat. concl.* 112. Et communis eſt etiam contra aliquos præſertim. *Bonac. de clauſ. q.* 2. *pun.* 2. *nu.* 10. *Vide Sanctarell. de apoſt. c.* 1. Dub. 1. *num.* 8. *& Sanch. de precept. l. 6. c. 8.*

Vnde etiam ex hoc Doctores inferunt, religioſos profeſsos peccato mortali ſe obſtringere, & in excommunicationem incidere, ſi extra monaſteria inter diu, vel noctu perſonati incedant, vel laruas geſtent. per *c. 2 ne clerici, vel monachi. lib. 6.*

Sic tenet *Vinald. in cand aur. p. 3. c.* 18. *num.* 29. *& Comitulus in reſpon. mor lib. 6 q.* 8. ubi ait, multo magis illa excommunicatione ligari, ſi dimittat, uel transformet habitum, ut aliquod flagitium perpetret, v. g. ut fornicetur, &c. *ex Palud. in 4. d. 18. q.* 3. Vide quæ dixi,

diximus *de Exam. Eccleſ. p.1.tr.1.c.8.q.41.p.2.tr.9.c.24.q.76.reſol. 1. & p.3.tract.13.cap.1.q.8.Reſol.6.*

Qui non incurrant.

1 Exceptio.

NOn incurrit vero in caſum, Primo nouitius; nam ante profeſſionem oneribus præceptis, & cenſuris religionis non ligatur. A reſeruatis tamẽ Epiſcopo, & cenſuris per Pręfectum, & Prælatum religioſi ordinis nouitii abſolui poſſunt, etiam ſi nondum religionẽ ſint ingreſſi, ſed ſtatim ingredi volunt, & ſtatuunt, idq. non obſtante Decreto Clementis VIII. quia tàm Decretum, quàm Declaratio de his confeſſarijs loquuntur, qui ſecularium confeſſiones audiunt. *Nal. v. Nouitius. Vecch. de nouit. d. 9. dub. 7.* Itẽ non incurrit profeſſus ſi Præfecto nimis ſæuiẽte, fugeret, & è monaſterio diſcederet, & ad Superiorẽ Iudicem regularem ob iniuſtum grauamen recurreret: nam prouocandi, ſeu appellandi Superiorem facultas naturali iure conceditur, quæ propterea nulli eſt deneganda; cum aliud non ſuppetit remedium. *Nauar. comment. 3. de regul. num. 51. Azor p.1.l.12. c. ii. q.8. Graff. l.3. deciſ. aur. c.5. num. 126. Sayr. lib. 12. clauis reg. c.17. n. 38.* & colligitur *ex c. de Priore. ext. de appellat.*

Idem tenet *Roder. in Summa. p. 2. tr. de ordine iudiciario c. 13. & in qq. regul. tom. 1. q. 29. art. 2. & Franciſcus Ghislerius de Iudice regularium. c. 15. num. 58. & Franc. Aretinus. in praxi crim. canonica. c. 10. Capp. in annot. ad Compend. priuileg. mendicantium in v. appellare. Sanch. de pręcept. l. 6. c. 8. num. 17. Bonac. de clauſ. q. 2. pun. 11. §. 2. num. 9.*

An regularibus appellare liceat.

ET nunc temporis de huiuſmodi re non eſt relictus dubitandi locus, cum à ſacra Illuſtriſs. Card. Congregatione hoc diffinitũ ſit; ſi tamen hoc ordine fiat, vt. ſ à Prelato monaſterij ad Prouincialẽ appelletur, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Illuſtriſs. Protectorẽ, à Protectore ad S. Congregationem, vt prædicti Doctores referunt. *& Steph. Quar. in v. monaſteria, & conuentus. Molf. ſ. tr. 7. c. 20. n. 36.* Et dixi *in comment. de hum. vita ſtat. p. 2. c. 23. §. eſt aũt.*

Sed licet hæc vera ſint, & de Iure in grauibus rebus cum debita conſideratione fieri poſſint: graues tamen, & docti viri hũc appellandi morem à religioſis ordinibus excludere conati ſunt, cum ex hoc religionum honor, & decor plurimum deturpetur. Maximè namque expedit, vt ad conſeruandam religioſam ſimplicitatem, integritatẽ, & quietem, regularium cauſæ intra priuatos parietes diffiniantur. Presertim quod rarò admodum contingere poſſit, vt quis plus iuſto grauetur, quia cum in religionibus varii ſint Prælati, quorum alii aliis ſuperiores ſunt, ad quos appellare licet, non eſt credendum, omnes iniquos futuros, vt ſubditus ille ab omnibus opprimatur. vt ait *Arrag. & Salon. 22. q. 69. art. 3. Roder. l. c. art. 3. Sayr. num. 24.*

Vt omittã etiam in his, quæ ad Iudicis, & Superioris officium ſpectant, pro eo præſumi. *Maſcard. de probat. concl. 949. num. 30. Menoch. conſ. 100. & de præſumpt. l. 2. Preſumpt. 67. Surdus. Deciſ. 170. n. 4. Barboſa in c. ſignificauit. de Apellat.*

Nullus quippe erit vmquam ordo tam perditus, & corruptus qui, vt S. Scriptura in re ſimiili ait, non ſibi Dominus aliquos relinquat q genua non curuent ante *Baal. 3. Reg. 19. Plat. de dign. Card. c. 33.*

In omni enim congregatione tàm boni quàm mali inueniuntur *D. Bonauent. de ſex. alis c. 3.*

Immunis ſane eſſet à culpa & caſu regularis, q à ſeuero Superiore petens facultatem ſubiiciendi ſe Epiſcopo vt ab aliquo caſu abſoluatur, à quo ipſe Præfectus abſoluere nequit, & tamen er iniuſte denegatur, poteſt enim ipſum Epiſcopum adire quoniam per epicheiam non eſt cenſendum mentem S. Pontificis ac religionis eſſe, vt Epiſcopus in eo euentu non abſoluat, & religioſus vagari, ac ad Sedem Apoſtolicam gratia abſolutionis impetrandæ accedere cogatur. Regulariter tamen non euenire ſolet, vt Prelatus facultatem quam cõcedere deberet, deneget. Et in dubio eius iudicio ſtandum eſſet. *Molina tom. 4 de Iuſt.* Diſp. *51. nu. 5. Sanch. de Præcept. l. 4. c. 39. nu. 36. Sanct. de hereſi c. 5. Dub. 2.*

Adde *ex Fagun. l. 8. c. 5. de præcep. eccl.* doctrinã ſupradictã de nõ appellando procedere in his religioſis ordinib. in quib. appellandi uſus eſt interdictus, ut in religione D. Dominici, & nonnullis alijs; licet enim appellatio à iure naturali deſcendat, unuſquiſque tñ iuri ſuo cedere poteſt, & eo ipſo quod in ea profeſſionem emittit, illi iuri renuntiare cenſetur.

Quales Prȩlati eſſe debeant.

Hic tamen obiter Prælatos admonitos uelim, ut erga ſubditos, ſe ueros patres, non dominos, ne tyrannos dicam, ſe prȩbeāt *c. quorundā d. 74. c. eſto ſubiectus. d. 96.* ſe Paſtores, nō percuſſores eſſe meminerint, atque ita prȩeſſe ſibi ſubditis oportere, ut non in eis dominentur, ſed illos tanquam filios, & fratres diligant; elaborentq; ut hortando, & monendo, ab illicitis deterreant, ne ubi deliquerint, debitis eos pȩnis coercere cogant. Quos tamen ſi quid per humanā fragilitatem peccare contigerit, illa Apoſtoli eſt ab illis ſeruanda prȩceptio, ut illos prius arguant, obſecrent, increpent in omni bonitate, & patientia, &c. ita admonent *Trid. Concil. Patres ſeſſ.* 13 *de reform. c.* 1. *D. Aug.* vbi *Vmbert. c.* 176. Ex *Tertull. de orat. c.* 2. *Moral. in Matth. l.* 5. *tr.* 9. *nu.* 15.

Patris appellatio pietatis eſt, & poteſtatis, quæ duæ res in Superiore reſident; quia iuriſdictionem habet, & Iudex eſt, & punire peccantes poteſt, non tantum alere, atque erudire, cum ergo poteſtas, & pietas ita temperantur, vt pietas poteſtate fulciatur, poteſtas pietate cōdiatur, gubernatio bñ progreditur, & paterna dici pōt. *c. ſit re ctor. diſt.* 43. Vnde etiam hoc Abbatis nomen efflorescente poſt D. Antonium monachorum inſtituto, monaſteriorum Præfectis tribui cæpit, vt hac nomenclatura admonerentur in gubernandis fratrib. non ſe dominos, ſed patres præſtare. Abbas. n. Hebræo Syroque ſermone patrem ſignificat.

Et veriſſimum eſt, quod vulgo effertur; Neminem alijs vtiliter præeſſe niſi qui aliàs ſubeſſe didicerit, *ex Platone in 6. de legibus, & Caſſ. lib. 2. Inſtit. cap.* 3. Vnde interrogatus Ageſilaus Rex, cur Spartanorum reſpub. adeo præcæteris floreret, reſpondit, quia in hoc prȩcipue ſe exercent, vt pariter & imperare, & parere ſciant. *Tymp. in Spec. boni Mag. ſigno* 50.

Et vt tradit quidam grauis auctor, Prælatus ad hoc vt digne præſit, debet primo eſſe luminoſus per rectam informationem; iuxta illud. *Sap. 6.* Diligite ſapientiæ lumen omnes qui præeſtis populis.

Secundo operoſus per ſanctam occupationem: vt potens ſit verbo, & exemplo. *c. cum ad monaſterium. ext. de ſtat. monach.*

Tertio gratioſus per piã compaſſionẽ, vt puſillanimes cõſoletur, ſuſcipiat infirmos, & patiens ſit ad omnes. *D. Chryſoſt. l. 5. de Sacer.*

Quarto neceſſe eſt vt ſit animoſus per iuſtam, & paternam correctionem. *c. qualiter, & quando. el 2. ext. de accuſat. Holchot. ſuper ſap. lect. 78. dixi infra cap. 7. in fine.*

In quo obſeruet, quod ait *D. Greg. l. 9. ep. 8.* vt perſonas diligat, & vitia perſequatur. Et ne vulnus ſic abſcindat vt vlceret quod ſanum eſt ne ſi pluſquam res exegerit ferrum impreſſerit, noceat cui prodeſſe cupit.

Præfectura perpetua eſſe non debent.

PRoinde quò regulares Prælati paterno, & ſuaui imperio regant, cenſuerunt multi, præfecturas non perpetuas, ſed temporales eſſe debere, cum ipſa rerum magiſtra experientia doceat, Præfectos cõtinuatos quaſi nimios, & duros exactores euadere, plus æquo ſeuiores, eoque minus tolerabiles reddi. *Borrel. de Edict. Mag. l. 1. c. 12.* Et nos alibi præſertim in *Comment. de Stat. p. 1. c. 22.*

Præter quam quod, ut ipſi dicunt, naturali iuſtitiæ aduerſari uidetur, ut unus ſemper ad gubernacula ſedeat, cui pares (ut dicitur) ſentinam exhauriant; ſed par eſſe, ut de ducibus in bello, ſic de Magiſtratib. & Officijs dr̃, In pace ſuccedãt, ſeruẽtq. vices. *B. Nilus in ep. de nimis diuturna præfectura, arg.* Greg. 13. in Bulla ĩcip. *Hac noſtra. & D D. in l. 1. & 2. C. de honor. non cõtin. Pet. And. Cauonher. in qq. ſuper Tacit.*

In honoribus deferendis diſtributiua iuſtitia ſeruanda.

COmmunẽ Magiſtratũ ita verti exoptãt Philoſophi morales, ut ſtatis temporibus hi munus ineant, alij deponant, ne reſpubl. in tanto numero idoneis viris carere uideatur. Et ut ciues honoris ſtimulus ad uirtutis ſtudium alacrium incitentur. Siquidem ut honos artes, ita dignitatis ſpes ciues ſtudioſos alit, qui acceſſum ad rẽpub. egregijs ſuis factis merentur. *Tymp. p. 2. ſigno 16. Claud. in emblem. 7. Alciat. Garz. in tract. de* Magiſtrat. *p. 1. l. 1. c. 23. & Borell. de Edict. Magiſtr. l. 1. c. 12. Roder. tom. 2. qq. reg. q. 53. art. 2.*

Hinc Nilus *l. c.* Tradunt, inquit, rerũ naturaliũ obſeruatores gruẽ

triginta dies commune auium agmen ducere, deinde alteri gru? idem munus tradere. Qui nunc gregi tuo præeſt, ambitioſus; im pe- randiq. cupidus, vt audio expleto de more iam anno miniſterij ſui, non permittit, ut alius regẽdi munus, curamq. ſuſcipiat.

Verum ſubditi debitam animi quietem conſerent.

Signum eſt .n. diuini amoris cũ quis prælationis occupationibus, & moleſtiis non exponitur. Exaltatur interdum homo, non propter ſuum meritum, ſed propter aliorum profectum: palliũ, pluuiale non ideo cæteris ueſtibus ſupponitur, qa charius habeatur, ſed ut ipſum ſolum deturpetur, & alia ueſtimenta cuſtodiat, ait *Imbertus in reg. D. Aug. c.* 168. *& Io. à* S. *Gemin. l.* 9. *de ſimilit. c.* 23. Et ſimia ſuper fe- neſtras ponitur non ad honorem, ſed ad deriſionem, &c. *Landul. de uita Chriſti, p.* 1. *c.* 68.

Et vt admonet D. *Bonau. epiſ.* 42. Non vos felices quia præeſtis, ſed ſi non prodeſtis uos infelices putate. Vinum in dolio cum tenue eſt, certe multa infuſa aqua creſcit, ſed creſcendo decreſcit, nam hoc modo vim, ac uirtutem ſuam amittere dicitur, ſic ambitioſus dum per dignitatem creſcit decreſcit, quia animi virtutem amittit, & alte ri Superior effectus ſibi ipſi inferior euadit. *Laured. in Sylua mor. in v. ambitio* Qui ſubdit, quod quidam curis ac moleſtia dignitatum occupatione afflicti conqueruntur, ſi quis tamen crucem hanc ab eis auferre vellet, in aliam crucem ipſos ageret: qui ſane ægris men- dicantibus ſe ſimiles oſtendunt, qui tota die ulcera pandentes, ſecus uiam ſedentes gemunt: ſi quis tamen ea ſanare conaretur, id pro gra uiori plaga ducerent, &c.

Sane corrupta per originale peccatum humana natura, ad im- perandum propenſio uitiata eſt, tùm appetens æqualib. hoc eſt aliis hominibus dominari, quorum gubernatio, ac dominatus non niſi prudentibus atque idoneis aliorum iudicio conuenit; tum uiolen- ter, atq. crudeliter cum magnis incommodis ſeſe efferens, factaq; eſt ex propenſione dira dominandi libido. ut loquitur D. *Auguſt. l.* 3. *de ciuit.* Dei. c. 14.

Quæ niſi uirtute diuinæque gratiæ fræno cohibeatur, in multa mala præcipitat *Gloſſ. in Extrauag. Execrabilis, de Preben. & Di- gnit. Iabata in Appar. conc. p.* 1. *& v. ambitio. Scriban. in* Med. *relig. l.* 3. *c.* 14. *Buſtus p.* 2. *ſerm.* 9. *Laured. l. c.*

Ex

2 *Exceptio.*

SEd ad rem, & materiã à qua nõ abs re digreſſi ſumus redeũdo, dico qđ ſecundo, non incidit in caſum regularis ille, qui noctu monaſterium exiret ſuperuenienti aliqua ineuitabili, ac periculoſa neceſſitate, ſicut exuſtionis ignis, inundationis fluminis, incurſus hoſtilis, & huiuſmodi, quæ ad poſtulandam egrediendi licentiam nullo modo dilationem pateretur. Siquidem nulla humana poteſtas cogere poteſt monachos, vel moniales, ad ſeruãdam clauſuram, ſi mortis violentę periculum immineat, propter illud principium, quod ex ipſo naturę lumine deſcendit. Quod quis ob tutelam corporis ſui fecerit, iure ſeciſſe exiſtimatur. *l. vt vim. ff. de, Iuſt. & Iure.* Dicẽte etiã Cicerone *in oratione pro Milone*. Eſt non ſcripta, ſed nata lex, quam ex ipſa natura arripuimus, & hauſimus, vt ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis, &c. *ſic. Roder. tom. 1. qq. regul. q. 99. art. 2. Miranda de monial. q. 3. art. 2. Sanch. l. 6. de præcept. c. 15. num. 62.* & alij communiter.

3 *Exceptio.*

TErtio, non incideret qui ad ſubleuandam ſpiritualem ſalutem proximi in mortis articulo cõſtituti exiret, ſi nemo alius eſſet qui opem ferret, vt ſi v. g. eſſet quis ex hac vita ſine confeſſione deceſſurus, quem probabile eſt ſine ſacramentali ſubſidio damnandum fore, &c. tunc enim etiam inuito (irrationabiliter) Superiore, tã interdiù quàm noctu egredi liceret; cum ex communi Theologorũ enuntiato; In extrema neceſſitate ſpiritualis ſalutis proximi quilibet vitam exponere teneatur. *D. Thom. 22. q. 26. art. 4. & 5. vbi Bannes, & Val. diſp. 3. q. 4. p. 3. Syl. & Tab. in v. charitas. Nau. in man. c. 24. n. 9. Tol. in ſum. l. 4. c. x. Bonac. de clauſ. q. 2. pun. 1.*

Hęc tamen doctrina caute & rarò ad praxim traducenda eſt, niſi de vera extrema neceſſitate conſtet, nec aliud adiuuandi moribundum remedium ſuppetat, &c.

An filius ad ſubleuandam parentum neceſſitatem religionem deſerere teneatur.

4 *Exceptio.*

QVarto, non incidit filius profeſſus, qui vt parẽtum neceſſitati ſubueniat, religionem deſerit; conſtitutum eſt enim apud

Docto-

Doctores, exire teneri quantumuis repugnante Superiore, ſi illa neceſſitas extrema ſit; & ratio eſt aperta, quia etiam ad ſuccurrendum extraneo in hac neceſſitate quilibet etiam renitente Prælato clauſtrum egredi teneretur, vt ſi extraneus quis in puteum cecidiſſet, cui ſolus religioſus opem ferre poſſet. *Sanch. lib 4. de præceptis. c. 20. num. 14. Azor. p. 2. lib 2. c. 3. q 5. Leſſius l. 2. c. 41. dub. 3 Sayr. lib. 7. clauis reg. c. 6. arg. Tiraq. de temp. pœnis cauſa. 20. Quaran v. Bannitorum fautores Menoch de arb. Iud. l. 1. q 90.*

Et verum eſſe dicunt, ſiue illa extrema, vel quaſi extrema neceſſitas profeſſionem præceſſerit, ſiue ſubſequatur. Nec dici poteſt, quod illos diuinæ prouidentiæ committere debeat, quia hoc eſſet Deum tentare, petendo vt eoſdem parentes miraculoſe aleret, quos alioqui ipſe ſuſtentare poſſet, ac deberet. Qui tamen egreſſus, vt licitus ſit, nonnullas conditiones requirit.

Conditiones requiſitæ vt filius egredi poſſit, &c.

1 *Conditio.*

PRimo, vt licentiam à ſuo Prælato petat, vnde mortaliter peccat, ſi ea non petita egrediatur, quoniam ex voto Prælato obedire tenetur, qui petitam non negabit, cum illam dare teneatur.

2 *Conditio.*

SEcũdo, vt talis religioſus in religione manendo aliter ſubueni re nequeat; ſi enim Prælatus neceſſaria offerret, vel modum lucrandi permitteret, vel licentiam eleemoſynam ab amicis, & deuotis petendi concederet, nullo modo egredi poſset.

3 *Conditio.*

TErtio, vt neceſſitas ſit extrema, vel quaſi extrema: nam & ſi illa grauis, in qua ipſi nequeant niſi mendicando viuere, aut cum notabili ſtatus dedecore ſeruire, ante ingreſſum ſufficiat, vt filio profiteri integrum non ſit: non ſufficit tamen ad filium poſt profeſſionem reuocandum: quia minor eſt obligatio in hac rè profeſſi tãquam mundo mortui, quàm adhuc liberi. Vnde quia hęc vera neceſſitas rarò admodum contingit, communiter fit vt qui hoc præ-

textu

textu religionem deſeruat, in foro conſcientiæ tuti non ſint. Proinde, vt in tuto ſe ponant, illis conſulitur, vt à S. Pontifice facultatem obtineant. *Sayr. l. c. & Cappucc. in v. Apoſtata.*

4 *Conditio.*

QVarto, vt egreſſus habitum religionis geſtet, niſi inde lucrari impediretur: tunc enim cogente neceſſitate, poſset in alium decentem mutari, Papæ, vel Epiſcopi accedente licentia, vel etiam proprii Prælati, cum negotium adeò vrget, vt ad illos recurri non poſſit.

5 *Conditio.*

QVinto, vt quandiu in ſeculo manet, non ſolum eſsentialia vota obſeruet, ſed etiam alias religionis obſeruantias, quò ad fieri poteſt cuſtodiat.

6 *Conditio.*

SExto, vt ſtatim, ac parentes ab illa neceſſitate ſubleuauerit, ſtatim ad proprium nidum reuertatur.

7 *Conditio.*

SEptimo, vt quandocunq. iuſsus fuerit à Prælato ſuo redire, oblatis pro tali neceſſitate neceſsariis, ſtatim reuolet.

8 *Conditio.*

OCtauo, vt abſque propriæ ſalutis diſpendio poſſit ibi permanere: nam ſi ibi periculum ſubſit ne ea de cauſa filius in lethalem culpam lapſurus ſit (vt eſse poteſt ex circunſtantia loci, temporis, malorum habituum, & proximarum occaſionum, &c.) cauſa pietatis non teneretur ſe huiuſmodi diſcrimini exponere, cum ordinata charitas à propriæ animæ ſalute incipere debeat. Sic tradit *Sayrus vbi ſupra, & Val. Reginald in foro praxis pœnit. p. 2. l. 20. c. 1. ſect. 1. num.* 11. & 12. Nam vt ait *D. Thom. Quodlib. 3. art. 9.* Quod aliquis propter ſpiritualia periculis ſpiritualibus ſe exponat, eſt valde uituperandum: quamuis ſit laudabile quod aliquis periculis corporalibus ſe exponat propter ſpiritualia, vt etiã refert. *Corrad. in reſp. caſ. conſc. q. 397. in Addit.* Vñ D. *Greg. l. 7. mor. c. 14. alias* 18. & *Hom.* 17. *in Euang.* fideles præſertim religioſos monet vt compatiãtur proxi-

mis

mis per charitatem, & tamen de via Dei nõ exorbitent per compaſſionem. *Nigron. de affect. prop. mod. tr. 3. c. 3. §. 18.*

At quod de parentib. dicitur, in aliis ſanguine iunctis locum nõ habet, prout in fratribus, ſororib. nepotibus, &c. quibus de iure gẽtium, & naturali alimenta, & vitę ſubſidia non adeo debentur. *Arg. Azor. l. 12. c. 1. q. 8. & Bonac. de clauſ. q. 1. pun. 9. num. 4.*

Praxis erga fugitiuum.

PRaxis quæ ad pręſentem caſum adhiberi poterit, eadem eſt, quę in antecedenti caſu poſita eſt; quæ ibi dicta ſunt huic aptari poterunt. Tantum obſeruet Pœnitentiarius, quod ſi fugitiuus eſt nobili genere ortus, magis blanditiis, quàm terroribus ad virtutem, & bonam frugem inducendus eſt; quia generoſum ingenium magis ducitur, quàm trahitur.

Et peragit tranquilla poteſtas,
Quod violenta nequit.

Arg. c. 3. d. 45. & Conc. Trid. ſeſſ. 13. de refor. c. 1.

Et iuxta Sapientis dictum, Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagę apud ſtultum. *Prouerb. c. 17.* Et vt ait *Seneca lib. de moribus.* Nobilis equus vmbra virgæ regitur, ignauus nec calcaribus incitari poteſt. Idiotæ vero, & minus ingenui acrius arguendi, & erga eos plus pedo, quam fiſtula vtendum, ideſt ſæpius obiurgationibus, raro doctrina agendum. arg. *D. Anton. 3. p. tit. 17. c. 19. vide infra caſu 5. c. 4.*

Iugi domini ſuauitas.

PRoponat illi iugi Domini ſuauitatem; tantum enim abeſt ut eũ à quo libenter trahitur opprimat, ut etiam leuet, ac corroboret, ut exemplo plumarum auium probat. *D. Bern Epiſt. 341.*

Hinc *Abbas Abraham apud Caſſ. collat. vlt. c. 25.* Piè inquit, ac fideliter ſeruientes cum tulerint iugum Domini ſuper ſe, & didicerint ab eo, quia mitis eſt, & humilis corde, iam quodãmodo terrenarum paſſionum deponentes ſarcinam, non laborem, ſed requiem animabus ſuis Domino præſtante reperient, &c.

Monitum.

TAndē in fine huius materiæ annotandum eſt, religionum Prę latos per ſe loquendo teneri ſubditos fugitiuos, apoſtatas, & & eiectos data opportunitate ad cām reuocare ſi ſpes emendationis affulgeat. *c. fin. ext. de regular.* Quod cap. innouatum eſt nunc à S. Card. Congreg. ex peculiari Decreto Vrbani VIII. Quod incipit *Sacra Congregatio.* Illudque etiàm ad eos extendit, qui iuſte expulſi fuerint, & graues pœnas regularibus Præfectis tranſgreſsoribus infligit, ut etiam refert *Bonac. de clauſ. q. 2. pun.* 11. §. 2.

An autem monaſterium eiectos fugitiuos, & apoſtatas reuocās expenſas alimentorum ab eis factas præſtare teneatur, uide ibi, & quę ante nos diximus *in 2 p. de Exam. tr.* 12. *c.* 3. *q.* 11. ubi negantem partem tenuimus.

Ad quem etiam ſpectent bona religioſi apoſtatæ, uel fugitiui Iure nouo reſoluitur cōiter ad Cameram Apoſtolicā pertinere ſi extra religionē moriatur. ex Cōſtit. Greg. XIII. Incip. *Officÿ. vbi Cherub. in Addit. Azor. p* 2. *l.* 8. *c.* 3. *q.* 15. & alij *ſup. cit.* ut dixi *ſup. c.* 2. *ſect.* 2.

De quarto caſu, qui eſt proprietas contra votum paupertatis, qua ſit peccatum mortale. Cap. III.

Quàm graue ſit proprietatis vitium.

QVàm graue ſit proprietatis uitium in religioſis uiris, ſiue tàm in communi, quàm in particulari, Euangelicam paupertatē profeſſi ſint, ſiue in particulari tantum, nemo ſanæ mentis eſt qui non percipiat.

1 *Ratio.*

PRimo enim, ut de hoc aliquid dicamus, ſatis conſtat eius uiolationem eſse frequentiorem cauſam lapſus religioſorum cætuum, quàm ſit aliorum uotorum, obedientiæ ſcilicet, & caſtitatis uiolatio; cuius primordia Ananias, & Saphira induxerunt, Act. cap. 5. de quibus Io. Baptiſta Mant.

Hic rapuit miſeros Saphiram cum coniuge vortex,
Terraq; mendaces condidit vna duos.

Nau. comment. 1. *de regul. num.* 11.

Vnde anſa uagationis, & diſsolutionis eis præbetur, ut notatur à Doctoribus *in c. quanto. ext. de officio Ordin.*

2 *Ra.*

2 Ratio.

SEcundo, quòd regularis proprietatis vitio laborans eſt ſacrilegus, eo quod votum paupertatis profeſſæ impiè transgreditur. Quinimo eſt apoſtata, cum nō habitum, ſed recedendo ab eo quod promiſit, voluntariam, & Euangelicam paupertatem à ſe abdicet, quæ magis ſubſtantiam religionis, quàm ipſe habitus reſpicit. *c. cum ad monaſterium. vbi DD. ext. de ſtatu monach. Leſſius l. 2. c. 41. Dub. 9. num. 78. Carthus. de refor. monial. art. 9. Molſ. tr. 7. c. 20. num. 51. Graff. in. 2. p.* Deciſ. *l. 3. c.* 18.

3 *Ratio.*

TErtio, eſt etiam idolatra, cum fidem, ſpem, & charitatem, nō in Deum, cui ſe per profeſſionem dicauit, ſed in peculium cōſtituat, & auaritia, teſte *Apoſtolo ad Coloſſ. c. 3. & Caſſian. lib. 7. c. 7.* ſit Idolorum ſeruitus; *Innocentius. de vilitate conditionis humana.*

Sancti enim viri, & diuina luce perfuſi, tāquam onagri patiēter, & æquo animo paupertatis onus ſuſtinent, & expectant quouſque ad illum vitæ fontem perueniant, vbi erit plena ſatietas; iuxta illud, Expectabunt onagri in ſiti ſua. *Pſal.* 103. *Io à S. Gemin. l. 5. de ſimilit. c.* 77.

4 *Ratio.*

QVarto amorem, & deuotionem, qua ſæculares erga religioſos afficiebantur, hoc piaculum auſert; vt enim ait ille: Deuotio peperit diuitias, ſed filiæ ſuffocauerunt matrem.

5 *Ratio.*

QVinto, mutuam pacem, & concordiam tollit, quæ eſt totum religioſorum bonum. Hinc Seneca: Quietiſſime, inquit homines viuerent, ſi hæc duo pronomina tollerentur, meum, & tuū, *gloſ. in c. dilectiſſimus.* 12. *q.* 1.

Et rectè admonent DD. vbi peculium à monachis habetur, nec concordiam, nec charitatem in eadem congregatione permanere poſſe; vbi verò nulla charitas, iuſte dixeris cœnobia eſſe tartara, & inhabitantes Dæmonibus eſſe peiores. *Hier. Grat. de regul. diſciplina. c.* 10. §. 1.

6 *Ratio*.

SExto, fundamentum religionis, & viam perfectionis deſtruit, quod Chriſtus Dei filius in terris iecit, cum *Matth*. 19. dixit: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperib. *c. exiit. de verb. ſignif. lib.* 6.

Quo in loco omnes ad vnum Patres tradunt, primum gradum poni ad acquirendam charitatis perfectionem, quæ eſt voluntaria paupertas; hæc enim perfectionem inchoat, & hominem accingit, vt ad perfectionis culmem perueniat: quandoquidem vt ipſi dicũt: Venenum charitatis eſt ſpes adipiſcendarum, aut retinendarum rerum temporalium: augmentum eius eſt cupiditatis diminutio, perfectio vero nulla cupiditas.

Qua etiam ratione rogatus aliquando Clemens Alexandrinus quis verè bonus vir dici poſſit, dicebat: Eum hoc nomine appellari poſſe exiſtimo, qui pauciſſima deſiderat:

Nam, *Semper inops quicunque cupit*.

Bernard. Roſignol. lib. 5. *de diſciplina chriſtiana perfect. c.* 2.

Ex quibus patet, Præfectos religionum in hoc maximè incumbere debere, vt hæc proprietatis peſtis à religioſis cœtib. prorſus abigatur. *Graſſius l. c. Sanch p.* 2. *de precep. l.* 7. *c.* 22. *nu.* 14. *&* 16.

7 *Ratio*.

Violatorum paupertatis pœna.

SEptimo huius criminis grauitas ex pœnæ etiam grauitate colligitur: nam inter alias pœnas proprietarii voce actiua, & paſſiua biennio abdicantur. *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de regul. c.* 2. *Miranda in Man. Prælat. regul. tom.* 1. *q.* 28. *art.* 18. Eccleſiaſtica etiam priuãtur ſepultura, & una cum corpore pecunia ſepelitur. *d. c. cum ad monaſterium. tit. de ſtatu monach.*

Quæ eccleſiaſtica lex multoties à Cœnobiorum moderatoribus in vſum deducta eſt; nam Alb. Magnus (ut alios taceã) tunc Germaniæ prouinciæ Præfectus, cum quidam frater conuerſus pecuniam apud ſe habere poſt mortem deprehenſus eſſet, defunctum exhuma-

iuſſit,& ueterum more loco profano ſepeliri. Certè & Carthuſiani hoc in ſtatutis habent,ut proprietarii poſt mortem inuenti eccleſiaſtica ſepultura interdicantur.

Adde innumera etiam alia eſſe mala, & ſcelera quæ ex proprietatis,& proprii peculii uitio proueniunt,de quibus. *D.Dionyſ.Carthuſianus de refor.monial.art.9.*

Ideo tempore D.Caroli Borr. extincta fuit Humiliatorum Congregatio ob multa flagitia,quæ huius uitii occaſione perpetrabantur.ut habetur apud *Carol.à Baſ.Petri in eius vita l.2.c.14. & 21.*& meminit etiam *Molſ.tr.7.c.20.num.51.*

8 *Ratio.*

OCtauo hoc proprietatis uitium,ut graue ſcelus adeò ſancti uiri deteſtati ſunt,ut non ſolum quippiam priuatim poſſidere, ſed ne uerbo quidem proprium nuncupare uoluerint. Hanc paupertatis regulam (inquit *Caſſianus.lib.4. Inſtitut.capit.13.*) uidemus ſtrictiſſimè nunc uſque ſeruari, ut neque uerbo audeat quis dicere aliquid ſuum,magnumque ſit crimen ex ore monachi proceſſiſſe.Codicem meum,tabulas meas,graphium meum, tunicam meã, caligas meas,proque hoc digna pœnitentia ſatisfacturus ſit,ſi caſu aliquo per ſubreptionem, uel ignorantiam huiuſmodi uerbum de ore eius effugerit.*Turrecrem in c.non dicatis.12.q.1.*

Et antiqui Monachi ne inciderent in excommunicationem contra proprietarios ferendam,claues oſtiorum feria V.in Cœna Domini ad Abbatem deferebant, eo quod clauium uſum proprietatem,& auaritiam ſapere arbitrarentur.*Triтm. de propriet.Monach. cap.7.§. 4.*

Si ſcire delectat quare proprietas ſiue peculium,tàm ſeuerè prohibeatur,& puniatur,attendenda ſunt infinita uitia,quę inde ſequūtur,quæ prudentiſſimi,expertiſſimi,ac deuotiſsimi uiri,qui religiones inſtituerunt,conſiderauerunt, & per experientiam didicerunt. ait *Dionyſ.Carth.de refor.Clauſ.art.16.*& in Dialogo *de reform. Monial.art.9.*

Cum autem uera paupertas,peculii omnis abalienationem ſignificet,peculii uerò nomine intelligatur non ſolum alicuius rei mobilis,uel immobilis dominium, ſed etiam uſus, qui independenter à

uo;

uoluntate Superioris detinetur; ex quo tãquam ex peſtifera radice, ut dictum eſt, infinita prodeunt mala, & peccata; merito hic caſus reſeruandus ponitur.

Quinam incidant in caſum proprietatis.

1 *Comprehenſio.*

INcidit primo in caſum religioſus ille, qui inſcio Superiore aliquam pecuniæ quantitatem, uel aliquid aliud pecunia æſtimabile, quod culpam mortalem conſtituat, detinet, & tanquam proprium poſsidet; religioſus enim incapax eſt dominij, nec quidquã poteſt ſuo nomine poſſidere. *Nauar. comment. 2. de regul. num. 2 poſt Abb.* Io. *Andr. & alios in d. c cum ad monaſterium. Valẽt tom.* 3. *d.* 10. *q.* 4. *p.* 3. *Leſsius. l.* 2. *c.* 41. *dub.* 9. *num.* 79. *Azor. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 12. *q.* 1. *Roder. tom.* 3. *q.* 29. *art.* 10. *Reginal. lib.* 18. *c.* 27. *num.* 398. & alii

Quæ quantitas mortalem culpam conſtituat, &c.

TAnta autem rei quantitas ad mortalis peccati materiam ſufficit, quanta alioqui ſatis eſt ad conſtituendam materiam furti, quod mortalis culpa ſit; nam quod in ſæculari graue, & mortale furtum eſt, in religioſo aliquid ſibi uſurpante lethale ſacrilegiũ erit, arbitrio boni uiri ſic iudicantis. ut ait *Nauar. conſ.* 75. *in noua impreſſ. tit. de regul. Fagundex. de Precept. Eccleſiæ p.* 2. *l.* 8. *c.* 6. *nu.* 2.

Secluſa autem opinionum uarietate, dicerem, attento religioſorum ſtatu, qui paupertatem uoto profitentur, duorum, uel trium Iuliorum quantitatem lethalem culpam conflare, ac proinde, qui in tanta quantitate, & ualore aliquid ſibi uendicaſſet, in caſum hunc reſeruatum incidiſſe. *arg. Scholiaſtes ad Compend. Priuil. Mendic. in v. dare. Molf. tr.* 7 *c.* 20. *num.* 82.

Vel etiam ſi per hoc furtum, uel hanc appropriationem monaſterium, uel collegium aliud graue damnum non pateretur, ad paulo maiorem quantitatem extenderem. *Roder. tom.* 3. *q.* 29. *art.* 10. *Reg. lib.* 23. *c.* 1. *num.* 18 & 19. *Leſsius. lib.* 2. *c.* 12. *dub.* 6. *Miranda tom.* 1. *q.* 28. *art.* 17. *Azor p.* 3. *l.* 5 *c.* 13. *q.* 2. *Rebell. de obligat, Iuſt. lib.* 3. *q.* 15. *ſect.* 3. *Sanch. l.* 7. *de precept. c.* 20. *num.* 3. ubi ex communiori ſen

tem.

tentia, ait, proprietatem quadruplicis argētei ad mortale peccatum conſtituendum in Hiſpania exigi.

Vtrum uero quantitas ad mortale peccatum contra paupertatis votum conſtituendum ſufficiens, ſatis etiam ſit ad incurrendas pœnas in Conſtitutione Clementis VIII. inflictas, videatur *Filliuc. p. 2 tr. 34. c. 3. q. 9. & Bonacin. de larg. mun. diſp. 3 pun. 5.* Vbi reſoluunt iudiciorum praxim eſſe attendendā in externis autem tribunalibus graues pœnę imponi non ſolent ob quantitatem, quæ duos, uel tres aureos non excedat, niſi forte, à legitimo Superiore aliud ſancitum ſit.

2 *Comprehenſio.*

SEcundo incidere etiam videtur religioſus, ſi pecuniam vel aliqd aliud inuito, uel inſcio Superiore retineret. v. g. ſi ex ærario monaſterij, vel aliunde ab extraneis, clam pecuniam accepiſſet, quò imagunculas, vel pios libellos emeret, quibus diſtribuendis nouos pœnitentes acquireret, uel alios quos habet, ad chriſtianam perfectionem excitaret; uel etiam libros qui ſibi ſint vſui cōpararet, quos à Superiorib. non impetraſſet. Nam reuera iſta ex ſupra allato principio, rem independenter à uoluntate Superioris, uel expreſſa, uel tacita quaſi dominus uſurpat; & cum maiora, nobilioraq. mundum deſerens, ſuperauerit, à paruis, uilibuſq. rebus uincitur, & ex Deo diſplicet imprudens vnde placere putat. *Azor. l. 12. c. 12. q. 3.* Et ut ait *D. Baſil. conſtit. monach. c. 35.* Paucis obolis ſalutem ſuam prodit.

Et quicunque renuntiant ſæculo, & uolunt adhuc ſic habere pecunias, à dæmonibus in Inferno lacerabuntur. Cum pecunia in manu religioſi, qui per uotum paupertatis rebus omnib. quæ pecunia æſtimari poſſunt, renuntiauit, ſit tanquā mus in pera, muſca ſuper corpus, fermentum in maſſa, venenum in olla, coluber in ſinu; quæ omnia ſuo modo mordent, lædunt, & occidunt. *Vmbert. in regul. D. Auguſt. c. 15.*

3 *Comprehenſio.*

TErtio incidit, qui aliquam rem grauem in cubiculo occultat, ne Superior, vel Viſitator illam uidens auferat. *Graff. conſil. 8. de regul. num. 13. Vinald. in 3. par. Candel. aur. cap. 14. num. 85.* vbi multos *Doctores citat.* Item *Bartoluccius lib. 1. de voto paupertatis*

tatis.num. 2. qui pecuniam, vel aliud quippiam inſcio Præfecto, apud extraneos retinet, quandoquidem hic militat illa regula: Qui per alium facit, perinde eſt ac ſi per ſeipſum faciat. Vnde *Aluarus Pelag.l.2.de planctu eccl c.67* Inter actus proprietarios ponit, extra ordinem in manibus ſecularium ſine licentia Prælati rem aliquam hr̃e, vel deponere. Et ab huiuſmodi vitio eos non excuſat. *Io.Caſſ.l.7.c.11.* fauet *Azor.loco cit. & Lud de Põte tom.3.tr 6.c.6.*

4 Comprehenſio.

QVarto etiam incidit qui cum licentia Superioris pecuniã, uel quid aliud detinet, nõ tamen eſt paratus reddere, & ad eius iuſſum dimittere. Vſus enim rei quæ penes religioſum eſt, tantum vſus facti, & incertus eſt, ita vt à moderatore monaſterii poſſit quandocunq. auferri, iuxta illud *D.Benedicti in reg.p.2.c.33.*

Quidquam non liceat habere, quod Abbas non dederit, aut permiſerit. Atque ita ſentiunt *DD.vt Abbas, & Io. And. in d. c. cum ad monaſteriũ, & Turrecrem. in d.c.non dicatis.Syl.in v religio.6.q.7.*

Proinde in malo ſtatu verſantur religioſi illi qui ſinguli ſuũ proprium peculium poſſident, conniuentia. & voluntate Superiorum conceſſum, niſi parati ſint reſignare, & acquieſcere, quotieſcumque ipſi Superiores huiuſmodi abuſum tollere velint, & religionem reformare, proprietatem nimirum ſingulorum ad comunitatem reducendo. Neq. enim in hac re prætendi poteſt Superioris diſpenſatio, ſiquidem abdicatio proprietatis, ſicut, & cuſtodia caſtitatis adeò monachali regulæ annexa eſt, vt contra eam nec Summus Pontifex quandiù quis religioſus manet, licentiam indulgere poſſit. *d c cum ad monaſterium. Azor.l 12.c.7.q. 2.Regin l.c. num.398. Con. de teſtam.c.2.Graff.lib.2.deciſ.aur c.31.nu.22.Leſſ.l.2 c.4.dub.14.Sayr. in cl.reg.l.6.c.11.num 24.Coriol.p.tr.2.caſu.4.Sanch. tom 2.de præcept.c.19.vbi num.7.* ait conſuetudinem nil prodeſſe ut renitentè Superiore aliquid accipiatur, aut retineatur à religioſo; cum ſit contra uotum paupertatis iure diuinò ac naturali obligans: licet illa ſatis ſit pro licentia tacita ac præſumpta, &c.

5 Comprehenſio.

QVinto incidit, qui adminiſtratione carens inconſulto Superiore aliquid emit, aut vendit, ſeu veſtem, uel librum cum alio libro,

libro, vel veſte permutat, vel etiam commodat, vel locat: nam eo ipſo quaſi dominus vſurparet rem independenter ab alterius voluntate, contra illud axioma: Religioſus non habet nec velle, nec nolle; *c. ſi religioſus. de elect. lib. 6. Aluar l. c. Megal. conſ. 34. Belletus de bonis cler. p. 1. §. 3. num. 1.*

Multo minus extraneis bona monaſterii, vel alia ſibi ad vſum cōceſſa donare licebit, etiam ſi eſſet Superior, vel monaſterii Præfectus, qui donare velit, &c. Id enim tùm iure communi, tùm peculiari Clementis VIII. conſtitutione interdicitur: quæ incipit, religioſæ congregationes, quam habes apud *Compend. Priuileg. Mend. in v. dare, & apud Azor. p. 1. lib. 12. c. 9. q. 5. & c. 12. q. 4. & Quar. in v. Munerum largitiones. Filliuc. tom. 2. tr. 34. c. 3. Bonac. de larg. mun. diſp. 3. pun. 1.* Et nos alibi ſæpe.

Pœna Bullæ Clementis VIII. religioſis donantibus inflicta.

IN qua etiam multæ pœnæ transgreſſoribus imponuntur, vi priuationis graduū, dignitatum, & inhabilitatis in perpetuum, & huiuſmodi. Item infamiæ, nec non priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ; quæ quomodo intelligantur, *vide Graff. conſ. 3. regul. p. 2. & Sayr. l. 3. clauis reg. ext. num. 35.* & alios *ſup. cit.*

Et in ſumma, illa cauetur, ne vllo prætextu, uel cauſa, quæ in generali capitulo diſcuſſa non ſit, ipſi religioſi, & etiam religioſæ moniales, niſi de communi conuentus conſenſu donare poſſint, ne communi quidem nomine, leuiorib. munuſculis exceptis, ſiue eſculētis, ſiue poculentis, ſiue ad deuotionem ſpectantibus, quæ tamen non particulari, ſed communi nomine, de aſſensu collegii donanda ſunt. Et qui aliquid contra Pontificium præceptum accepit, illud ſuum non facit, & niſi actu reſtituat, in ſacramētali iudicio abſolui nequit.

Et ſi poſſe aliquem remunerationis cauſa accipere à religioſo de cōſenſu Superioris dante multi affirmant *Sorbus in Declarat. Bullæ v. itē alius caſus Filliuc. tr. 34. c. 4. q. 9.* Idem *Bonac. de cont. d. 3. q. 12. pun. 1. & l. 1. ſup. cit. pun. 4. v. g. Barb. in c. relatum. de teſtam.* vbi ex eadem remunationis vice, donat Prælatus, Adminiſtrator eccleſiæ Tutor, &c.

Quod tamen Pontificium decretum in his quæ per ſe pauperta-

ti ſuo to non repugnant, ubique receptum non eſſe, nonnulli docti uiri affirmant. *Vict. in notis ad Man. Nau. c.* 18. *num.* 105. *Filliuc. p.* 2. *tr.* 34 *c.* 3. *q.* 12. *Megal. conſ.* 33. ut annotaui *in* 3. *p. de Exam. tract.* 15. *c.* 7. *q* 15 4 *Reſol.*

A qua conſtitutione ſimulque ab hoc caſu, ut dixi, non excuſarentur collegiorum, domorumque Præfecti, ſi bona quæ adminiſtrāt, aliis extraneis donant. *Azor. l. c. cap.* 12. *q.* 4. *Cynus, & Baldus. in l.* 1. *C. de Procurat. Graff. lib.* 3 *deciſ. aur. c.* 5. *num* 133.

Et ſi modicas donationes in uita facere poſſit, & ſuis ètiam ſubditis facultatem cōcedere. *Sanch. q.* 7. *de præcept. c.* 8. *nu.* 5. & alij.

Religioſi per ludum pecunias conſumentes an incidant in caſum.

EAdem ratione dicendum eſt, à proprietatis labe, & huius caſus cenſura religioſum non excuſari, qui pecuniam, quā propria induſtria, confeſſiones audiendo, concionando, uel ſacrum faciendo acquiſiuit, ſeu quæ ſibi à monaſterio ſuppedítātur, ut in ſibi neceſſarios uſus expendat, in alearum, taxillorum, ſiue etiam cuiuſlibet alterius ludi genere conſumit.

Quandoquidem nec monaſteriorum Præfectis integrum eſt cū ſubditis diſpenſare, ſeu eis concedere, ut pecuniam pro libito, & quouis modo impendant, & conſumant. *Fagundex. de Præcep. p.* 2. *l.* 8. *c.* 6. *num.* 15. *Sanctarellus de Apoſtaſia c.* 6. *Dub.* 2. *nu.* 12. *Roder. tom.* 3. *regul. qq. q.* 29. *art.* 11. *& tom.* 2. *q.* 38. *art.* 1. 2. *&* 3. Eſt communis. ut diximus *in Comment. de Exam. Eccleſ. p.* 1. *tr.* 9. *c.* 24. *& par.* 2. *tr.* 15. *c.* 7. *q.* 17. *reſol.* 6.

Et ſi enim religioſis (qui & ipſi humana infirmitate circundati ſunt) aliqua honeſta remiſſio permittatur, cum iuxta illas gnomas:

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.
Et vires inſtillat, alitque
Tempeſtiua quies, maior poſt otia virtus.
Et *aſellus cum in via laſſus fuerit, diuerticula quærit, &c.*

D. Anton. 2. *p. tit.* 1. *c.* 23. §. 1.

Illis tamen non conceditur, ut Eccleſiæ, uel monaſteriorum bona quæ ſunt Chriſti patrimonia, per ludum etiam à iure ſibi interdictū, diſtrahantur, ut proinde illa accipiens monaſterio reſtituere teneatur

tur. *Abb.* & alii *in c. clerici el. 2. ext. de vita, & honeſt. cler.* C*arbo* *reſt. q. 39. Bonac. de contr. d. 2. q. 3. p. 1. Salas de ludo dub.* 21. M*olſ. tr.* 12. *c. 21. num.* 81. *Filliuc. tom. 2. tr. 37. c. 8. num.* 133. *Sanct. l. c. Vict. in notis ad Tolet. l. 5. cap.* 27.

Latrunculorum ludus an religioſis ſit permiſſus.

HIc etiam obiter addo, quod & ſi latrunculorum ludus nihil ſortis habeat, & plurimum ingenii ſecum ferat (*Vinius tom. 3. tit. 29. Farinac. in Praxi crim. p. 3. q. 109. nu.* 114. *Comitulus in reſp. caſ. conſc. l. 1. q. 91.*) cum tamen non multum delectationis, quinimo non parum laboris animi in ſe contineat, religioſi, & ſcholaſtici, qui iucundis interdum, & honeſtis remiſsionibus animum recreare quærunt, ab eo abſtinere deberent, cùm magis animus in eo defatigetur, quàm ſi in rerum difficillimarum ſtudio uerſaretur, & pernicioſus ob temporis pretioſiſſimi iacturam conſpiciatur. *Gab. in 4 d. 15. q. 13. dub. 2. Nau. c. 20. num. 3. Sayr. l. 11. cl. reg. c. 12. num. 5. Barb. c. 15. de vita, & honeſt. cler.*

Vnde & Sophocles apud Theatr. hum. uit. ait Græcis Troiã obſidētib. fame dire inter illos oborta, ipſum Palamedem latrũculorum ludum adinueniſſe, quo ludentes milites, famem non ſentirent, eo enim ita quidam detinentur, ut cibi, ſomni, ac aliarum corporis neceſſitatum, penitus obliuiſcantur, & ob id lethales morbos contrahant. Et ſane *Bart. in proœm. ff. §. illud.* ſcribit literarum ſtudioſis hunc ludum pernicioſum eſſe, eos enim maxime ebrios reddit, & multas temporis partes ſuffuratur, &c.

Quippe cùm religioſi mortui mundo eſſe, & diuinis rebus uacare debeant. *l. Deo nobis. C. de Epiſcopis, & cler. c. placuit.* 16. *q.* 1. non propterea par eſt uanis ludis ſe immiſcere, ex quibus, ut plurimum multiloquia, rixæ, temporis amiſsio, diſſolutionis materia, & alia in conuenientia proueniunt, *DD. in c. inter dilectos ext. de exceſſ. Archid.* & alii *in c. Epiſcopus. d.* 35. ubi aiunt contrariam conſuetudinē abuſum potius, & corruptelam dicendam eſſe. *Stephan. Coſta in tr. de ludo art. 4. Farinac. l. c Bellett. in Diſq. cler. p. 1. tit. de diſcip. cler. §. 24 num.* 4. & nos *de Exam. tr. 12. c. 4. q. 17. Reſol.* 5.

6 *Comprehenſio.*

SExto incidit, qui ab externo quouis modo ſibi, aut alij ſine Superioris licentia accipit, ſi animo retinendi clam Superiore, atq; utendi abſque eius conſenſu accipiat; cum tunc mortaliter peccet, & ſit proprietarius, ſi res accepta ſit tanta, quanta furtum mortiferum conſtituere ſolet. Quod *Io. à Turrecrem. tr.* 120. *in regula* D. *Benedicti. c.* 54. tùm ex D. Auguſtini regula, tùm ex Iure Canonico probat, quo diffinitur, quidquid religioſo quocunque modo aduenit, totum in ius communitatis cedere, & qui rem communitatis celat, eum inuito domino, & adminiſtratore rem ipſam contrectare, quod eſt ꝓprie furari. Vt etiam probat *Vmb. in reg.* D. *Aug. c.* 120 *& Leſsius. lib.* 2. *de Iuſtitia c.* 41. *dub.* 9. *num.* 76. ubi ait, quod ſicut ſine Superioris conſenſu quidquam retinere non poteſt, ita nec acquirere. *d. c. cum. ad monaſterium.* §. *ſi quidquam alicui. ext. de ſtatu mon.* (Ideo religioſo profeſſo legatū fieri nequit ut illud independenter ab eius Prȩlato hēat, cū hoc paupertati ſuoto repugnet. &c. *Frācus.* Deciſ. 718 *Molf. tr.* 7. *c.* 20. *num.* 49.)

Quare ad uitādum proprietatis peccatum moderatoris facultas ſaltem tacita neceſſaria eſt; cum eadem ſit virtus taciti, & expreſsi. *L. cum qui dff. de reb. cred. Nauar. comment.* 2. *de regul. num.* 20. *Miranda, tom.* 1. *q.* 28. *art.* 14. *&* 16.

Cautio in accipiendis muneribus habenda.

QVa in re religioſos præſertim qui confeſsionib. excipiendis, uel concionibus habendis præfecti ſunt, admonitos uelim, ut in muneribus accipiendis cauti admodum, & parci ſint. Nam uitæ integritati frequens, ac indifferens acceptio nocet, atque ſpiritualium miniſteriorum ſinceræ adminiſtrationi impedimentum præſtat: Cum vulgo iactetur: Beneficium accipere, libertatem uendere eſt. Hinc ille:

Quid faciet ſapiens, ſtultus quoque munere gaudet;
Ipſe quoque accepto munere mutus erit.

Menoch de arbit. Iud. cent. 6. *caſu* 517. *Platus de Card. cap.* 11. *Genuenſ. de Epiſc. c.* 16.

Et vt ait *D. Greg. relatus in c qui rectè* 1, *q.* 3. Acceptio nummorum præuaricatio veritatis eſt. Vnde & de iuſto dicitur: Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitabit. *Eſaia. c.* 33.

Memoriæ traditum eſt, Iudicum ſtatuas à Thebanis ita formari ſolere, vt ſine manibus eſſent, quò oſtenderent, nihil eos à quopiam accipere debere. *Alciat. emb.* 144. *Muretus oratione* 12. Vide quæ diximus *in* 2. *p. de Exam tr.* 9. *c.* 6 *q.* 17. *& p* 3. *c.* 7 *q.* 21. *Reſol.* 5. & de ſtatibus *p.* 1. *c.* 16. *& p.* 2. *c* 3.

Religioſis quippe cauendum, ne ob temporale lucrum res ſacras nundinari videantur, & ne his ſimiles fiant, quos propheta redarguit *Iſaias c.* 1. Vinum tuum mixtum eſt aqua hoc eſt aliquibus ſic exponentibus, nonnulli functionum diuinarum miniſtri ſunt humanarũ rerum ſectatores.

Et quamuis natura duce cuilibet bono operi ſua debeatur merces, eam tamen charitatis intuitu celebrius viri ſancti in terris recuſarunt, quò ampliorem, magiſque ſecuram in Cœlis præparatam reperirent. Sed ſi dona petere non dẽnt, multò minus alijs dare.

Vnde & Clemens. VIII. in Bulla incip. *Religioſa.* vt votũ paupertatis integre ſeruaretur, & religionum bono conſuleretur, donationes fieri interdixit, iniuncta tàm largientibus, quam dona accipientibus pœna. De qua *Ant. de Souſa in eius explicatione. Sorbus in cõp. Priuileg.* Mend. *in v.* Dare. *Filliuc. tom.* 2. *tract.* 34. *c.* 3. *Bonac. de larg. mun. d.* 3.

Sed eam Bullã non fuiſſe vſu receptam, vel per non vſum ſublatam aliqui, ut dictũ eſt, teſtantur, inter alios *Megal. conſ.* 33.

Cęterũ quidquid ſit de acceptione (quia quædã licitè recipere poſſumus, quæ tamẽ petere prohibemur. *c. & ſi q. ext. de ſimonia. Daur. in Catechiſ. hiſt. tom.* 2. *c.* 3. *tit.* 116.

Hinc dicit *Archid. in c. de Eulogiis. d.* 18. quod zenia vocantur eulogia, quæ dicuntur munuſcula, quia cum bono ſermone recipiuntur, & mittenti gratiæ referuntur. Imo dicit *Imp. in l. ſolent ff. de officio Procunſ.* quod vetus prouerbium eſt, A nemine accipere ualde inhumanum eſt, ſed paſsim viliſsimum, & omnia auariſsimum. *Graff. l.* 2. *c.* 11. *num.* 27. *& de arbit. Confeſſ. l.* 3. *c.* 43.)

Caueant, quatenus poſsunt religioſi, ne à deuotis, vel pœnitentibus aliquid petant, nihil enim magis à miniſtris Euãgelii homines

quo-

auocat, quàm ſi eos non animarum ſuarum, ſed bonorum tempora lium ſuorum cupidos deprehēdant, ita vt illud Apoſtoli opere non præſtent; Non quæro veſtra, ſed vos, 2. *ad Corinth.* 12. *Aluar. de re. lig. vita inſtit. ſect.* 1. *c.* 12.

Si verò pœnitentes, vel amici deuoti aliqua ſponte dono dederint, illa Deo accepta referant, & offerant, quibus ad eum magis amandum, & colendum induci debeant, per ea quæ ſcripſimus *in* 1. *p. de Exam. tr.* 5. *c.* 18. *q.* 106.

Quod ſi vt ſæpe accidit, eos ingratos experiantur, ſublata in Deū mente cogitent, quanta patiētia noſtram ingratitudinem perferat, à quo tot beneficiis cumulamur, & vt dixi, mercedem ab eo maiorem expectent: ſufficere enim debet iuſtis ab eo videri, à quò expectant remunerari.

Indeque certum habeant, ſe valde profuturos, cum nullum præmium ſuorum laborum ab hominibus tulerint, auream illam Senecæ ſententiam memoria repetentes: Virtutum omnium pretium in ipſis eſt, non enim exercentur ad præmium, recte facti feciſſe merces eſt. *Barchius de confeſſ. monialium. Ala de aduocato. exerc.* 5.

7 Comprehenſio.

SEptimo incidit, qui rem aliquam ex communi domo, vel alterius cubiculo ad ſuum vſum ſine Præſidentis facultate capit, modo res ſit tanta, quæ lethalem noxam conſtituat, nam & ſi nolit rei furtim acceptę dominium ſibi aſſumere, aſſumit tamen vsū abſq; expreſſo, vel tacito nutu Superioris, qui totius cętus, & communitatis adminiſtrationem gerit. *Azor. c.* 11. *lib.* 12. *q.* 6. *Leſſ. l. c.*

Quod à ſimplicioribus adnotandum eſt, qui ignorant rerum vſu ſæpe paupertatis votum violari.

Et vt religioſi tuto pede ad perfectionem pergant, & iſtos lubricos locos ſine lapſu vitent, cum ait *Dionyſ. reform. clauſt. art.* 16. plus noceat vſus, quàm rerum proprietas, nil inconſulto faciant Superiore, quidquam non celent, liberæ vè eius diſpoſitioni non ſubducant. *Ioan. And. Abb & alij in c. ſuper quodam, & c. cum ad monaſterium. ext. de ſtatu monach.*

Secundum aliquos etiam Doctores proprietarii ſunt, caſuque inuoluuntur, qui libros ſibi aſcribunt, & alteri etiam ſi eis non vtantur

com-

commodato dare nolunt, *Aluar. l. 2. de plan. eccl. c. 64. Vmb. c. 13. &*
D. Bernard. etiam *Senen. in caſ. reſeruat. num. 7.* inter caſus reſeruatos hunc quoq. habet, ſi librum, vel aliam rem, qua frater non vtitur, nec neceſſaria ſibi eſt, cum requiritur ab alio, concedere noluerit non prohibitus.

Quod maxime verum cenſeo, ſi in re graui iubente Prælato alteri dare renueret. De qua re videndus eſt *Cordub. in reg. D. Franc. c. 7. q. 4 & Coriol. p. 2. caſu* 8. vbi tamen tradit religioſum abſq. proprietate poſſe illas res alii ſocio donare quæ ſunt partus intellectus vt puta conciones, lectiones, conceptus, & huiuſmodi, quia non sũt res monaſterii, & ideo licite fratres ſibi inuicẽ dare, ut Clementem VIII. declaraſſe refert. Addit *Io. Crux. de ſtatu relig. l. 1. c. 3. ex Lopez. p. 1. q.* 156. *Roder p. 1. c.* 90. poſſe alteri fratri donare librum quinque argenteos ualentem, uel aliud ſimile. Item licere libros cum aliis libris etiam ſæcularium æque bonis commutare quia ad ſupradicta interpretatiua Prelati licentia adeſse præſumitur. niſi aliàs ſpecialis obſtet Prælati, vel ſtatuti prohibitio.

Proprietatis itidem labem contrahit, qui de vno loco ad alium proficiſcens, aliquid notabile ſine facultate Superioris, aſportat. Vnde & *D. Iſid. in reg. cap.* 23.

Nullus monachus, inquit, inconſulto Abbate audeat vſpiam progredi, nec aliquid præſumere ſine eius imperio. Et communis illa ratio ſatis docet, qđ, vt dictum eſt, pecatum proprietatis ab his admittitur, qui ſine aſſenſu ſaltem interpretatiuo Præpoſiti, rebus monaſteriorum vtuntur, aut eas capiunt, vel diſtrahunt; & certum eſt illas res aſportari, ac contrectari inuito domino, cuius loco eſt Superior monaſterii. Præter quam quod iura collegiorum diſtincta ſunt, ita vt nõ poſſint huic auferri, vt alteri dentur. *arg. l. id q̃d noſtrum ff. de reg. iur.*

Præſumpta licentia quando haberi dicatur.

TVnc autem, vt aliqui dicunt, interpretatiua ſeu præſumpta voluntas à religioſo haberi diceretur, cũ in illo ordinine, ideſt iã vſu communiter receptum, Superioreſq. illud ſciunt, vident, nec cũ poſſint, impediunt, ſed diſsimulant; ita vt illa iuris regula hic militet. Qui tacet conſentire videtur. *c. qui tacet. de reg. Iu. in 6. Maſcar. de Prob. concl.* 1218. *Ricc. in collect. deciſ. p. 4. collect.* 104. *Barb. in c.* 5. *de Præſumpt.*

Ve-

Verum hæc ſententia in conſcientia tuta aliquibus non videtur, aliquando enim negotium eſt cum ſubditis diſcolis, & moroſæ naturę, cum quib. Superiores diſsimulare ſolent, vt diſſidia, querelę, & maiora mala euitentur.

Siquidem vt ille dixit.

Qui regnare volunt, multis dormire ſagaci
Multaque conſilio diſſimulare ſolent.

Vt per nos *de ſtat. p. 1. c. 6 & Barboſ. de Epiſcopo. par. 1 tit. 2. gloſſ. 12. num. 13. Turrecrem. in c. non dicatis. num. 9 12. q. 1. vbi etiam Nauar. num. 54. l. 4. de matrim. d. 10. num. 9. & de Precept l. 7. c. 19. nu. 13. & ſeqq. Graff. l. 3. caſu 7.*

Nec ſatis eſt, inquiunt, quod ſi à Præfecto peterent, conſentiret; hoc enim eſset regularem obedientiam euertere, quę requirit, vt expreſsè petatur, uel ſaltem ut ſubditus ſciat, Superiorem probaturũ, æqui, bonique cõſulturum, quod id ſine petitione facultatis faciat, neque ægrè laturum, ſi non petierit; ut ait inter alios *Leſsius l. 2. c. 41. dub. 9. num. 80. Sanch. l. c. & Roderiq. in exercit. ſpir. relig. par. 3. tract. 3. cap. 12.*

Sed mitior eſt opinio ſentientium, in caſibus, in quibus Prælati licentia opus eſt, ut religioſus abſque proprietatis uitio poſſit habere, uel aliqua facere, quæ abſque illa non licerent, ſufficere in foro conſcientiæ, ut ſit tacita, & generalis, uel præſumpta: nec neceſsario exigi ut intelligat quod hoc Prælatus non ęgrè feret, aut id non ſibi diſplicebit, quod facit, ſed ſat eſse, ut norit, quod ſi facultatem illam expreſsè petiiſſet, ſibi conceſſiſset. *Nauar. comment. 2. de regul. num. 20. Miranda in Man. Prel. regul. p. 1. q. 28. art. 16. Graff. l. 3. decis. c. 5 num. 54. Io. Crux de ſtatu relig. l. 1. c. 3. Comit. in reſp. mor. l. 4. c. 17. Tol. l. 8. c. 28. Fagundex. 2. p. l. 8. c. 6. nu. 2. Roder. tom. 3. q. 29. art. 11. Cantar. in q̃onib. varijs. c. 35. Megalus tom. 2. 1. p. lib. 2. c. 27. q. 3. num. 63. Coriol. p. 2. caſu 4 num. 7. & 19.* & alii ut etiam tradidimus *in 2. p. de Exam. tr. 7. c. 42. q. 130. & 2. p. tr 9. c. 11. q. 33. in fine reſol. & p. 3. tr. 15. c. 3. q. 5.*

Licet autem pro quacunque re aſportanda neceſsaria ſit Superioris facultas, quædam tamen ſunt, quę ne impetrata quidem licẽtia nobiſcum auferre deberemus, ut ſunt uetita, & à religioſa paupertate aliena, cuiuſmodi ſunt horologia rotata, & affabre facta, reliquia-

ſiquiaria ualde curioſa,& p̄tioſa,imagines multi valoris, & ſimilia.

Illa etiam quæ ſi à religioſis in itinere ferantur,extraneis ſcandalo,& offendiculo eſſe poſſunt, ut ſunt ea,quæ ſoluendo uectigali obnoxia ſunt. Inſuper ſuperflua, quæ paupertatis amatori neceſſaria non ſunt.

Sic enim,& in regulis noſtris de officio Præpoſiti ſtatuitur: Nihil non neceſſarium auferre quemquam patiantur, etiam ſi diſceſſus tempore à pijs perſonis donatũ ſit,ſiue id ſit pecunia,ſiue aliud; ne contra religioſam paupertatem fieri uideatur.

Quinimo ad comprimendum affectum ſuperfluæ exportandi,exemplum Alberti Magni nos religioſos admonet; nam cum de uno monaſterio ad aliud transferebatur, ne libros quidem à ſe propria manu ſcriptos ſecum ferebat, relinquẽs omnia illi monaſterio, unde recedebat,quaſi idem illi eſset ex eo loco,atque è uita decedere. *Ferd.Caſtilius.p.1.hiſt.frat.Præd.l.3.c.46.& Anton. Daur.in flor. exempl.tom.4.c.7.exemplo 10.*

Ex dictis etiam è contra conſtat non incidere in iſtum caſum.

Quinam non incidant in caſum proprietatis.

I *Exceptio.*

PRimo qui rebus ſibi ad uſum conceſſis male utitur, & eas inſumit;& ſi contra paupertatis leges peccare dicatur;ſicut enim re ſibi ab aliquo commodata ita utitur,ut quàm minimum detrimẽtum accipiat,quo illæſam reſtituere poſſit,ita & monaſterii res quæ ad uſum ſibi datæ ſunt diligenter tractare debet,ut multo tempore durẽt, & ſi ad aliorũ uſum deuenerint ſine horrore illas habere poſſint. Id nãque paupertas quam religioſus profeſsus eſt expetit, imo & religioſa urbanitas poſcit. *Aluar.de relig. vita ſect.6 c.21.*

Vñ. *& Leſſ.l.2.c.41.dub.11.n.*78.ait, Tenetur religioſus eã diligẽtiam præſtare in rebus ipſi permiſſis conſeruandis, quam uſuarius, qui precario utitur,&c.

Secundo qui multa ſuperflua de licentia Superioris ad uſum proprium detinet,modo paratus ſit ad nutum Superioris reſignare.

1 *Exceptio.*

VNde *D. Anton. in 3 p tit.* 16. *c.* 1. §. 11. *v.* 7. Religioſus inquit, qui res ſuperfluas puta, pecuniam, cappas, tunicas pompoſas triplicatas, & ſimilia tenet cum licentia Prælati, paratus reſignare in eius manibus, licet non poſſit dici proprietarius, tamen ſi ſine rationabili cauſa fiat, peccatũ infidelitatis, ſeu iniuſtitiæ eſt in diſpenſante, quia abutitur poteſtate, & in recipiente eſt auaritia. Idem ſentit *Syl. in v. religio 6 q. 7. & Vmbert. in reg.* D. *Auguſt c.* 18. *Azor. d c.* 12. *q.* 5. *Leſſius. dub.* 9. *num* 19 Quod *& c. cum ad monaſterium de ſtatu monach.* Et *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de reg. c* 25. expreſsè prohibent. Mobilium vſum ait ibi concilium, ita Superiores permittant, vt eorum ſuppellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conueniat, nihilque ſuperflui in ea ſit, nihil etiam quod ſit neceſſarium, eis denegetur, &c.

Idem ſtatuit Clemenſ. VIII. in Decretis pro reform. regul. Incip. *Nullus omnino*, vt apud *Nald. in v. religioſus. & Gauslin. in Miſcell. relig. c.* 13.

Diſcant ergo Prælati ſuis ſubditis prout cuique opus eſt diſtribuere, indignum eſt enim tenaces eſſe diſpenſatores, vbi largus eſt Dominus *c. alligant.* 26. *q.* 7.

Et *à D.* Benedicto *c.* 55. *regulæ.* ſcriptum eſt, ut uitium peculij radicitus amputetur, dẽtur ab Abbate omnia, quæ ſunt neceſſaria. Pyctacus Mytileneus optimè conſtitutam eſſe domum pronuntiauit, cui ſuperfluum nihil abundet, & neceſſarium nihil deſit *Stob. ſerm.* 83. Et ſanè inter illa, quæ proprietati materiam ſubminiſtrant.

Indigentia proprietati cauſam præbet, at religioſi parſimoniam colere debent.

PRimum eſt indigentia, cum magis eligant aliqui cum culpa habere, quàm indigere. Et quamuis ipſa egeſtas ſit virtutũ nutrix, & chriſtianæ perfectionis decus quoniã tamen hæc corporis ſarcina niſi neceſſarijs alimentis, & cõmodis ſuſtẽtentur, ſpiritus vigorem facilè deprimit: idcircò neceſsaria tàm religioſis, quàm ſanctimonia-

monialibus ſubminiſtrari debent. *Morales in Matth. l.* 1. *tr.* 11. *Roder. tom.* 3 *qq. reg. q.* 29. *art* 10. *Molf l.* 7. *c.* 20. *num.* 49. ubi ait non incidere in caſum, qui de bonis monaſterii, vel aliunde ſibi neceſsaria ſumeret, &c.

Ipſi autem ſubditi profeſſionis ſuæ meminiſse debent, ac diſcere, quàm paruo liceat producere vitam, & quantum natura petat.

Videmus pauperes aliquos qui ſi veram haberent paupertatem, non adeò puſillanimes inuenirentur, & triſtes, vt potè reges, & reges Cœli: Sed hi ſunt, qui pauperes eſse volunt, eo tamen pacto vt nihil eis deſit; & ſic diligunt paupertatem, vt nullam inopiam patiantur. ait *D. Bernard. ſerm.* 4. *de aduentu Dom. Graff. p.* 1. *conſ.* 8. *de regul. num.* 22.

Præſertim cum, vt Saluianus Principes admonebat, religioſi commodatis à Deo facultatibus vtantur, & quaſi precario poſseſsores ſint: Imo quidquid habent Chriſti patrimonium ſit. vt per eundem *Bernard. ſup. cant. ſerm.* 23.

Qua in re ſuggillatur quorundam religioſorum vitium, qui uiles & pauperes in ſæculo, in religione laute & delicate viuere uolunt. *D. Aug. de op. monaſt. c.* 25. *D. Thom.* 22. *q.* 187. *art.* 4. *Moral. in Matt. c.* 1. *l.* 1. *tr.* 11. *num.* 16.

Debēt complere pectus magna fiducia in diuinam prouidentiā, qua ſperent fore vt nihil de neceſsariis deſit, ſi ritè Deum colant, & ei in ſanctitate ſeruiant. Deponenda anxia ſollicitudo, qua more formicarum in futurum proſpicitur, quas ob hanc cauſam D. Frāciſcus de Aſſiſio oderat.

Quem etiam ferunt quoties ſuos alumnos peregrinatum mitteret nullum eis aliud viaticum dare ſolitum, quàm illum ex pſalmo verſiculum *Pſalm.* 54. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet. Vt propterea non deſint DD. qui velint tàm reſpectu hominum quàm Dei, alimenta quodam iuſtitiæ iure religioſis deberi. *Sanch p.* 2. *de Præcept. l.* 7. *c.* 24 *num.* 17. *Vmb. in reg.* D. *Aug. cap.* 16. *Platus de bono ſtatu relig. l.* 3. *cap.* 27.

D. Catharinæ Sen. exemplum.

Recolendum, quod olim B. Catharinæ Senenſi oranti Dominus noſter dixit; Cogita de me, & ego incontinenter cogita-

ſo de te. Quæ fiducia de diuina prouidẽtia, & miſericordia concepta, cum alia multa, tùm illud præcipuè pio homini præſtat, vt nunquam egeat, & in quouis tempore tranquillam vitam agat, quod Deum amantiſſimum Patrem pro ſe, ſolicitum eſſe intelligat. *Lud. Granat. conc. 1. in feſto S. Cathar. Senen.*

Verũ etiam illud experimur; Sicut te colimus, ſic nos tu viſitas.

Et vt quidam veterum dixit: Omne monaſterium quod in ſpiritualibus bene regitur, in temporalibus optimè gubernatur.

Ad quod maxime animaduertere debent religionum Præfecti; vereque ſibi perſuadere, hanc eſſe ſummam rerum, in quam ſibi incumbendum eſt; vt ſcilicet Deus, vt par eſt, colatur: non autem in ſumptuoſis ædificiis conſtruendis, vel in monaſteriorum redditibus augendis, eorum præcipuè operam ponendam. *Hier. Grat. de diſcip. reg. c. 3. §. 1.*

Vt enim dicere ſolebat *D. Bernard. Hom. 4. ſuper miſſus eſt*, Finis regularis Prælaturę eſt obſeruantiã, & diſciplinã procurare, & animas ad Deum dirigere, non autem cum magna cura erigere mũros: & negligere mores. Et vt ait *B. Laur. Iuſtin diſc. & monaſt. conuerſ. c. 21.* In die obitus nil proderit monaſterii reditus auxiſſe, ſi adfuit aliqua ſpiritus iactura.

2. Exceptio.

SEcundò non incidit religioſus ille, qui abſque ſui Superioris licentia, uolentem ſibi donare roget ut alteri egeno, u. g. tali amico, uel conſanguineo donet; quibus precibus ductus tali amico, uel conſanguineo largitur.

Nec enim uoto paupertatis, nec Conſtitutioni Clementis VIII. aduerſatur, quandò religioſus ſe nolle acceptare profitetur: ut ſi dicat, ea re non indigeo, ſi tibi placuerit, gratum mihi facies, ſi meo ſãguine coniũcto dederis. Secus quando expreſsè, uel tacitè acceptaret, & d. conſanguineo dari poſtularet; ut ſi offerenti donum gratias agat, ab eo que petat, ut ſibi propinquo tradat; quia in priori caſu nulla eſt religioſi acceptatio; in poſteriori autem accipere dicitur, & per donantis manum conſanguineo mittere.

Sic *Sanch. lib. 6. de mat. d. 4. nu. 7. Fagund. l. 8. c. 6. n. 18.* & alii à nobis relati *in Exam. Eccl. p. 1. tr. 7. c. 30. q. 122.*

Vadit

Vnde illa eſt optima cautio, ut cum quiſpiam uir pius aliquam pecuniam, uel quid aliud pecunia æſtimabile diſpertiendum egenis religioſo tribuit, ipſe religioſus non in ſe pecuniam recipiat, ita ut dominium in religionem tranſeat, ſed plane declaret, ſe tantummodo miniſtrum fore, ubi erogandi facultatem, ſi Cõſtitutiones id caueant, à Superiore impetrauerit.

3 Exceptio.

NOn etiam in caſu comprehendetur, qui in extrema, uel quaſi extrema neceſſitate proximi, inuito etiam Superiore, de bonis monaſterij aliquid tribuit. expreſſe D. *Thom. 22. q. 32. art. 8. ad 1. Salon. & Arrag. 22. q 66. art. 7. Sayr l. 9. claui reg. c. 14. nu. 24. Armilla in v. eleemoſyna. num. 5. Tolet. de 7. p. mort. c* 28. Cauendũ tamen religioſo viro, ne in hac re ab opinione ſua decipiatur, & proprietati, inobedientiæque, fractis repagulis oſtium aperiatur, &c.

Non etiam reſeruatione afficeretur qui ſine Superioris licentia aliqua ex bonis monaſterii, uel ab extraneis acciperet, ſi ea tanquã dependenter à Prælati uoluntate, in aliquo patenti detineret loco. *Cotiel. p. 2. caſu 4. Sanch. p. 2. de præc. l. 7. c. 22.*

4 *Exceptio.*

QVarto non incidunt religioſi, qui cum à monaſterio uictum ſolum habeant, ea lege, & conditione, ut pro ueſtitu, libris, & aliis neceſſariis ſibi ſumant, quæ proprio labore, & induſtria, ut legendo, confeſſiones audiendo, vel concionando ſibi comparant, ſeu aliorum donationib. nanciſcuntur. Si quidem nihil proprium habent, nec bona aliqua ſtabilia accipiunt, ſed induſtriæ, laboriſque ſui fructus Superioris conceſſu, cuius facultas cum precaria ſit, eius nutu reuocari poteſt.

Ex quo etiam intelligitur, quomodo cum uotiua profeſſione, quam ſanctimoniales faciũt, aut cum Iure Canonico, uel Concilio Tridentino non pugnet, quod in conſuetudinem uenit, qua prater dotem monaſterio datam, aliquam bonorum partem à parentibus, uel alijs propinquis acceptam, Superiorum conſenſu reſeruant, & ad ſuos neceſſarios uſus retinent; talis enim portio cuidam moniali

tradi

tradi ſolet, quæ tanquam depoſitaria illas portiones retinet, vt cuil que pro earum indigentia diſtribuat. *Azor t. 9. q. 4. & q. 7 Graff. l. 3. deciſ. aur. c. 5. num 55. & conſ. 8. de regul. poſt Doctores in d. c. cum ad monaſterium*; & late probat *Beia p. 4. caſu 31. Campan. in Diuerſ. Iur. Can.* Rub. 12. c. 7.

5 *Exceptio.*

QVinto eadem ratione non incidunt, qui annuos cenſus, vel redditus cum ſuorum Superiorum licentia poſſident, quibus pro victu, & veſtitu, & aliis neceſſariis, quæ à monaſterio non ſuppeditantur, ſibi conſulere, & prouidere poſſint; modo tamen hæ cōditiones concurrant.

Quomodo religioſi, vel religioſa annuos redditus habere poſſint.

PRimo, vt non illos habeant quò ad dominium tanquam proprios, cum illorum omnino ſint incapaces, ſed tantummodo, quò ad ſimplicem vſum facti ſibi conuenientem, atque decentem. *Cherub. in Annot. ad* Bullam *Bened* 12. *Incip. Fulgenſ. Beia 4. p. reſp. caſ conſc. caſu* 17. vt dixi *in comment. de ſtat. p. 1. c. 24.*

Secundo, vt in malos, vanos, ac profanos vſus non vtantur.

Tertio, vt cum expreſſo, vel ſaltem tacito Superiorum conſenſu teneant.

Quarto, vt iuſta, ac rationabili cauſa hoc fiat. *Sanch. de præcept. p. 2 l. 7. c. 22.*

Vbi reſoluit regulari ſeni, ac de religione benemerito, aliquot reditus quotannis concedi poſſe, quò honeſte viuere queat. *arg. Conc. Venetici can. 7.* Vbi ſtatuitur, vt probatis ſenibus poſt emeritos labores aſperior ab Abbatibus regula remittatur.

Quod etiam ſancitur lege *D. Benedicti in reg.* M*onach. c. 37.* vel teſte *Tiraq. de temp. pœnis cauſa* 8. Quò ſpectat illud Sileſii Ducis factum, qui in ſuo teſtamento mandauit domum ædificari, in qua canes, qui vtiles venationi fuiſſent, ob ſenectam à ſuis relicti dominis, vſque ad mortem deſignatis ad id reditibus, commode alerentur, vt refert. *Æneas Syluius in l. 4. comment. de rebus geſtis. Alph. Arag. Regis.* Quod etiam annotauimus *in 3. p. de Exam. tr. 15 c. 8. q. 12. reſol 5.*

Nec

Nec abludit quod ait *Climachus gradu* 26. Exhortare ex charitate ſenes, ſcientia & actione claros, qui corpora ſua in exercitatione contriuerunt, modicum ſibi quietis indulgere, &c.

Quinto requiritur, vt illorum cēſuum poſſeſſio, & adminiſtratio, (& ſi Sanchez hoc non requirat) non penes ſe retineatur, ſed penes Procuratorem, ſeu Depoſitarium reſideat; quod etiam de monialibus dicendum eſt. *Nau. in Cōment. 4. de reg. n. 25. Miranda. q. 9. de Monial. art. 1. Cant. in qq. var. l. 1. c. 35. Barb. Alleg. 103. p. 3.* atque ita intelligēdus eſt. *Azor. l. 12. c. 9. q. 2. Ant. Cordub. tr. de caſib. cōſ. q. 54.*

Hodie tamen aliqui volunt in hoc diſpenſare non ad religionum Superiores, ſed ad S. Pontificē ſpectare, & ſacram Cardinaliū Congregationē ſic declaraſſe. vt per *Quar. in v. caſus. & Bertolucium in ſpeculo regul. obſer. de voto pauper. cap. 69.*

6 Exceptio.

SExto non incidit regularis, in Epiſcopum, vel Cardinalem creatus; & ſi enim proprium habere non poſſit, nec per hoc teſtari ei ſit integrum, cum ob dignitatem ſibi collatam à ſubſtantialibus oneribus regulæ non eximatur; non tamen regularis obedientiæ iugo ſubiicitur. *c. ſtatutum* 18. *q.* 1. *Tolet. lib. 5. c. 4. Ant. Ferr. in exam. theolog mor. par. 4. c. 7. Graff. par. 2. deciſ. aur. lib. 3. c. 19. num. 87. & ſeq.* & colligitur ex D. *Thom.* 22. *q.* 185 *art. 8. & Val. tom. 3. diſp. 10. q. 3. pun. 8.*

Vt autem teſtamentum condere poſſit, & alia facere quæ ad bonorum Eccleſiæ adminiſtros pertinent, Pontificia diſpenſatio requiritur. *Mol. de Iuſt. & Iu. d.* 151. *Leſſius lib. 2. cap. 40. dub. 14. num.* 112. *& ſeq* Et *nos in 3. par. de exam. tr. 15. c. 15. q. 10.*

7. Exceptio.

SEptimo, qui non agit communem vitam, ſed peculium, ſic Superiore tolerante, apud ſe retinet, vt ſibi de neceſſariis prouideat. Si enim monaſterium ea, quibus eget, non ſubminiſtret, iure ipſo naturali ſibi cōſulere poterit, & ſubſidia vitæ parare, ut etiā ſupra inſinuaui. *Sylu. in v religio 6. num. 2. Val. tom. 3. d. 10. q. 4. par. 3. Hier. Grat. de regul. diſciplina. c.* 10. §. 2.

Item ſi concedente, vel annuente Superiore, nimis ſumptuoſis, &

lautis

lautis cibis veſcatur, vel pretioſis ueſtibus utatur, licet vterq; in hac re culpa non careat, cum ex canonum præſcripto, & paupertatis ſtatu, frugali victu ac modeſto veſtitu, ac ſuppellectili contenti eſſe debeant religioſi. *Clem. exivi de ver. ſignif. clem. 1. de ſtatu monach. Conc. Trid ſeſſ. 25. de regul. c. 1. & 2. D. Bernard. ad fratres de Monte Dei. D. Vicent. Ferr. de vita ſpiriuali c. 16. Azor par. 1. l. 12. c. 12. q. 7. Campanil. in Diverſ. Iuris canon. Rubr. 12. c. 7.*

Frugalis victus.

NAm quò ad victum notanda ſunt verba. *Caſſiani lib. 5. Inſtitut. cap. 23.* Eligendus eſt cibus non tantum qui concupiſcentię flagrantis æſtus temperet, verum etiam qui ad parãdum ſit facilis, & quem ad comedendum oportuniorem vilioris pretij compendium præſtet, quiq. ſit converſationi fratrum, uſuiq. communis. Generalis tamen hic continentiæ modus eſt, vt ſecundum capacitatem virium, vel corporis uel ætatis, tantum ſibimet cibi vnusquiſq. concedat quantum ſuſtentatio carnis, non quantum deſiderium ſaturitatis expoſcit, vt idem ait *collat. 2. c. 22.* Sicut æger ad medicinã, ſic ad ſumendas dapes debet religioſus accedere nec niſi propter neceſſitatem, aut hoſpites, lautioribus cibis veſci, inquit *D. Aug. de conflictu virtutum, & vitiorum.*

In potu proinde ſobrietas tenenda, quandoquidem ſanitas eſt animæ, & corporis ſobrius potus. *Eccleſ. c. 31. Caſtrenſ. aduerſ. hereſ. in v. vinum Lud. de Ponte de Chriſt perfect. tr. 2. c* 15. §. 2. *Barboſ. de Epiſcopo tit. 1 gloſſ. 5. nu. 5.* A crapula, & ebrietate religioſum abſtinere oportet, neq. alios ad equales potus inuitare. *c. 4. a crapula ext. de vita, & honeſt. cler. c. quando el. 2. diſt. 44. Io. Gutierez in qq. canõ. lib. 3. c 4. num. 52. Io Ant. Gambutius noſter in vita Pij V. lib. 1. c. 12. Beſſ. lib. 1. de Sacer. c. 14.* Habenda eſt enim ab eo, vt alibi dixi, ratio, & cura ſanitatis, & mentis, & corporis quæ nimio cibo, & potu amittitur. *Matthens Boſſus epiſt* 79. Qui ægrotat non aliter ſanitatem recipit niſi tenui cibo, & caſtigato victu, quibus ergo mediis valetudo recuperatur, iis ſeruatur. *c. ne tales, & c. legimus de conſe. diſt. 5. Actius de infir. par. 1. rub.* 42. At cum Deus cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur, aliquando iis morbum immittat, quibus ſatius eſt languoribus ad ſalutem frangi, quàm ad damnationẽ

incolumes permanere, poſt propulſationis conatum ſi adhuc perſeuerat, patienter tolerandus eſt, cum corporis afflictio ſit diuinæ probationis, ac miſerationis, vt dixi argumentum. *Nau. de her can. c. 22 n. 27. Beyer in v. morbus. Roder. in exer. ſpiritualibus par. 1. tr. 8. c. 16.*

Quam ſuaue porrò ſit in bene inſtituta religione vti cõmuni fructu, & potu, & ſi frugali, & vili, tradit. *Platus de bono ſtat. relig. lib. 3. c. 16 & Daur. tom 4. tit. 90.*

Vilis veſtitus.

QVò autem ad veſtitũ extat illa. *Thoma à Chẽp. de diſcipl. clauſtr.* vulgata ſententia. Ea eſt beata virtus, quæ veſtium vilitate gaudet. Quid. n. religioſum virum humilitatem, paupertatẽq. profeſſum magis decet, quàm illa veſtis, quæ nõ pretium, & elegantiam, ſed vilitatem, & ſimplicitatem pręſeferat. *Sixtus v. in Bulla canon. S. Didac* §. 5. *Daur. in Catechiſ. hiſtor. tom. 4. c. 7. tit. 91.* Chriſtus D. teſte *Cyrill. ſuper Io. 19.* cum pauperem vitam degeret, non pretioſis veſtibus, ſed vilibus induebatur. Cuius normam ſequens. D. Franciſc. de Aſſiſio hoc in ſua reg. præcepit.

Tria ſunt teſte Sapiente *Eccleſ. cap. 19.* quæ hominis interiora produnt, ſiquidem Amictus corporis, riſus dentium, & inceſſus hominis enuntiant de illo. Et ſane è tribus hiſce argumentis exterioribus de interno homine diudicare poſſumus, & præſertim de monachis, & religioſis, ac maxime è veſtitu, ſi enim is vilis, ac modeſtus ſit, quàmprimum de illius regularis virtute iudicare licet, ſi vero diſſolutus, pretioſus, & comptus, mundanus, & improbæ vitæ eſſe dignoſcitur. Clericus profeſſionẽ ſuam, & habitu, & inceſſu probet, & ideò nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat, ait Concilium *Carthaginenſe in c. clericus. d. 41.* D. Hieronymus Nepotiano ſuo ait: ornatus vt ſordes pari modo fugiẽdę ſunt, quia alterum delitias, alterum gloriam redolet. *Beſſeus. l. 4. c. 17. Tiraq. l. 3. connub. num. 5.*

Multa exempla de veſtitu religioſorum, vide apud *Daur. tom. 4. tit. 91. Io. Bap. Velatum in Inſtitut. vitæ ſpiritualis lib. 5. cap. 8. Alphonſum Roder. de perfect. relig. p. 3. tr. 3. c. 8 & c. 9. Barboſ. in de Epiſcopo. tit. 2. gloſſ. 7.*

8 *Exceptio.*

OCtauo, qui multa parua paulatim multiplicauit, ſine intentione tamen ad notabilem quantitatem perueniendi; cum enim hic culpa mortalis non contrahatur, caſus etiam reſeruationi non ſubiicietur. Quæ doctrina quò ad res ediles ab omnibus Doctoribus admittitur. *Ant. Ferr. in exam. theolog. mor. p. 1. c. 6. §. 2. nu. 12. Coriol. p. 2. caſu 4. num. 19.*

Vbi reſoluit ad hoc vt religioſus ſit proprietarius, & in caſum incidat neceſſe eſſe. Primo ut rem alicuius momenti poſſideat, ſaltem dimidii aurei, ſiue ſint nũmi, ſiue aliæ res. Secundo vt occulte eã retineat, abſque expreſſa, uel tacita Superioris licentia. Tertio ut non habeat animum illam in Prælati manib. reſignand. ſi eam re quirat.

9 *Exceptio.*

NOno, non incidit Prælatus religionis, qui ſibi hunc caſum reſeruauit; non enim in ſeipſum iuriſdictionem habet. arg. quod tradit *Vgol. de off. epiſcopi. p. 2. c. 39. §. 6.* mortalem tamen noxã contrahit, ſi proprium teneat, & pœnas Conſtitutionis Clementis VIII. de largitione ſubibit, ſi non ſeruat ſ ibi præſcriptis conditionibus, aliquid notabile externis donet. *Cyn. & Bald. in l. 1. C. de Procurat. Graff. p. 1. deciſ. aur. l. 3. c. 5. num. 133. Vinal p. 3. c. 14. tit. de voto num. 90. Azor. c. 12. q. 4. Petr. Nau lib. 3. de reſtitutione. c. 1. p. 3. dub. 3. num. 196. Sayr. l. 9. cl. reg. c. 16. num. 20. Sanch. l. 7. de Precep. c. 8. num. 5. 10. Crux. de ſtat. relig. l. 1. c. 3.* Qui duo poſtremi concedunt Præfectum aliqua modica donare poſſe. &c.

Superiores in obſeruantia regulari Duces eſſe debent.

SVperiores namque in hac paupertatis virtute tanto accuratiores eſſe oportet, quanto locus eſt altior in quo ſunt omnium oculis obiecti; quantoque ſolet eſſe maior offenſio, ex eo, qui ſubditis placere debet exemplo, ſi peccauerit. *Daur. tom. 4. tit. 91. exẽp. 1.*

Superiorem ad inſtar Ducis, qui iuxta Silium debet,

Primus inire manum, poſtremus ponere Martem.

oportet ſubditos in regularis diſciplinæ cuſtodia præire. Nam

quod

quod agitur à Prælatis,facilè trahitur in exemplum *gloſſ. in c. magnę.ext.de voto.Graff.l.3.Deciſ.aur.c.5.num.122.Scribon.in Medico relig.l.3.c.26.*

Et Plinio auctore *in Paneg. Traiani*. Vita Principis cenſura eſt, eaque perpetua;ad hanc dirigimur,ad hanc conuertimur: nec tàm imperio nobis opus eſt,quàm exemplo. Et ut in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur. *Card. Zabarella in clem.ne in agro.tis de ſtat. monach.* ubi etiam illa carmina ſub infert:

Ordo cucullatus poterit tunc eſſe beatus,
Si bibat flumen,ſi diſcat amare legumen;
Sed ſæpè ſpernit fabas pro piſcibus Abbas,
Conſimiles mores cupiunt retinere minores.

Et verè Plato pronuntiauit.*lib.4.de leigbus*:Paratum exitium illi ciuitati video,in qua non lex Magiſtratibus, ſed legi Magiſtratus præſunt.

Hac de cauſa habitur in fratrum Prædicat. Conſtit.ut nemo in Priorem eligi poſſit qui chorum,dormitorium,refectorium,& cętera cōia,prout decet ſequi nō poteſt.*Gauslin.in Miſcell.relig. c.24.* Et iure ōtū Cardinalis Bellarm. dicere ſolebat in religioſis ordinibus eos non eſſe ad dignitates, ac præfecturas aſſumēdos,qui communem uitam agere non ualerent,ut in eius uita c.30.

Vnde,& *Daurat.in catechiſ hiſt.tom.4.c.4.tit.91.exemp.* 1.exēplo Faſtradi Abbatis tradit Superiorem uictu, & ueſtitu communi uti debere etiam ſi dignitate præcellat. Imo omnes Prælati tàm maiores,quàm minores tenentur ſuos ſubditos deformate uiuentes ad regularis uitæ obſeruantiam reducere. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 1. D. Bernard. Senenſ.ſerm.16 de Euang.æterno.*

Quæ tamen reformationes paulatim ac ſuauiter fieri debent. *Nau.comment.4.de regul.Roder in qq.reg.tom.2.q.73.art.4.*

Sanè aliq Superiores regularis diſciplinæ lapsū diſſimulāt,& auctoritatis uirgam ad regendas oues non adhibent, ſed manum melle plenam ad os conuertunt,ac proinde ſingularia ſibi in uictu, ueſtitu,cæteriſque rebus ad uitam ſpectantibus ſibi attribuunt;non enim ſubditorum cenſuram metuunt,qui gratiam eorum diſsimulatione atque indulgentia iam ſibi metipſis compararunt.

Praxis obſeruanda erga pænitentem proprietarium, &c.

PRaxis erga regularem proprietarium circa confeſſionem, & abſolutionẽ obſeruanda talis eſſe poterit, vt quò ad confeſſionem regularis pœnitẽs peccatum agnoſcat, deinde ſpeciem, & quantitatẽ rei, quam vſurpauit, explicet. Item modum, rationem, vel finẽ, cur rem illã ſibi aſcripſerit, vt ſciatur an in caſum reſeruatum inciderit.

Nec enim generalibus verbis exprimere ſufficit feci contra paupertatis votum, ſed ad particularem caſum deſcendere neceſſe eſt, *Coriol p. 2. ſect* 3. *art.* 3. *arg. Nauar. in c. quem pænitet. num.* 10. *de pænitent. diſt.* 1.

Nam veluti ad conuerſionem, & ſalutem gradus eſt peccati cognitio; ita etiam ſui de eodem recta accuſatio. Quare rogatus quidã ſanctus vir, quam potiſſimum ad Cęlum viam inueniſſet, reſpondit, ſi ſe homo ſemper accuſet, iuxta illud Sapientis: Iuſtus prior accuſator eſt ſui. *Prou. c.* 18.

Ea autem quantitas mortalem culpam conſtituit, quæ duos, vel tres Iulios vel ut aliqui volunt quatuor contingit, vt ſupra dixi.

Si autem paulatim aliquam paruam quantitatem quotidie abſtulit, ita vt taliter accepta ad notabilem ſummam accreſcat, cum communiori ſententia dicendum eſt, vltimum furtum quo cũ præcedentibus, ad illam peruenitur, mortalem culpam conflare. *Sayr. in cl. reg. l.* 2. *c.* 13. *num.* 19. & alij.

Et ſi cumulandi cum primũ ſurripuit uoluntatem habebat, abſq. dubio, tunc etiam mortaliter peccauit. *Regin. p.* 2. *lib.* 22. *nu.* 15. *poſt Nau. c.* 17. *num.* 140.

Interrogãdus eſt, an id quod ſuſtulit, ſit res ſacra, vel de loco ſacro ablata; quia etiam tunc ſpeciale ſacrilegium conſtituitur. *c. quis: quis.* 17. *q.* 4. vt ſcripſimus *in* 1. *p. de Exam. tr.* 5. *c.* 12. *q.* 77.

An cum furto interuenerit etiam fractura oſtii, muri, feneſtrarũ, & huiuſmodi, quia tunc furto, & ſacrilegio Papalis etiam excommunicatio poſt denuntiationem à S好periore factam eſt annexa. *c. conqueſti. ext. de ſent. excom. Zerula in praxi pænit. c.* 12. *q.* 15.

Et obſeruet Pœnitentiarius peccatum proprietatis in religioſo duplicem maliciam in ſe claudere, nempe furti, ac ſacrilegii vt tra-

dit.

dit. *Cord. in ſumma q.* 109. *Pet. Nau. l.* 3. *de reſtit. c.* 1. *p.* 3. *Dub.* 3. *nu.* 182. *Sayr. in cl. reg. l.* 9. *c.* 16. *num.* 21. *Sanch. l.* 7. *de præcept. c.* 10. *n.* 7.

Quæ circa abſolutionem conſideranda.

QVò ad abſolutionem, animaduertendum, an religioſus proprietarius ſatis conteratur, & verè pœniteat; quia peccati venia non datur niſi correcto. *c. peccati. de reg. Iu. in* 6.

Quæ quidem contritio, vel ſaltem attritio ex grauitate admiſſæ culpæ concipienda eſt, de qua in principio capitis dixi.

Ad Confeſſarium autem, vt potè ſpiritualem medicum pertinet, & pœnitentis diſpoſitionem dignoſcere, & eam pro parte ſua adhibitis ſpiritualib. medicinis adiuuare: hoc eſt enim, quod Deus ſeueriſſime exigit, & cuius defectum acerrime in ſcripturis exprobat; ad quod cæteris omiſſis, locus ille. *Ierem. c.* 8. notandus eſt, qui myſticis verbis ſic loquitur: Nunquid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? & ibidem aduerſus ſacerdotes exclamat: Sanabant contritionem filiæ populi mei ad ignominiam eius, &c.

Quæ reprehenſio magis noſtris ſacerdotibus competit, qui rationem veræ pœnitentiæ ignorantes, nec ſcientes, quibus monitis ad eam inducendi ſint pœnitentes, nec qualiter recidiuo occurrendum ſit; miniſtros ſe exhibent abſolutionis. ut ait *Pet. Sot. de ratione med. peccatis. lect.* 1.

Perpendendum erit, an per illicitam negotiatione aliquid ſit lucratus, vel aliqua bona pecunia contrahendo comparauerit, quia lethali noxa animam ſauciauit, & omne conflatum lucrũ monaſterio reſtituere tenetur. D*D. in c.* 1. *ext. ne cler. vel monachi. Iſid. in reg. c.* 19. *Beia p.* 3. *reſponſ. moral. caſu* 36.

Obſeruanda circa Bullam Clem. VIII.

VIdendum etiam, an aliquid contra Clementis VIII. conſtitutionem exteris donauerit; quia pœnis etiam ab eadem inflictis afficitur, licet ut alias dixi, officiis ſe abdicare, voceſque actiuas, & paſsiuas, quas habet, relinquere, & renuntiare non teneatur, quando per huiuſmodi renuntiationem delictum ſciri prodi

poſset,

poſſet,& honor famaque periclitari,ſed ſecretò diſpenſatio à Præpoſito generali,uel prouinciali petenda eſt. *Sayr.l.3.cl.reg.c.10.n.35.Cappuc.in ſcholijs ad Comp. Priuil. Mend. in v.* Dare. *Poſſeu. de officio Curati c.15.num.29. Beia.p.4.reſp.caſu 37.*

Vterq.inſuper videlicet religioſus donans,& ſecularis cui donatum eſt,ad reſtituendum monaſterio tenebitur; ſecularis quidem rem extantem tradendo,quæ ſi conſumpta ſit,rei ualorem, & quantum ex ea re ditior factus eſt,reſtituere aſtringetur.

Religioſus verò duo facere cogetur.

Primo inducere eum,cui donauit,vt monaſterio reſtituat.

Secundo, vt ſi ex Superioris facultate aliquos redditus habeat, ex eiſdem illata damna reſarciantur, & parſimonia proprium genium defraudando, aliquo modo ipſi cœnobio ſatisfaciat. *Per.Nau. & Sayr.l.c.*

Et ſi Prælatus Pœnitentiario religionis omnem ſuam authoritatem impertiret, conceſiſſe non cenſeretur vt ſuper validitate donationis diſpenſare valeat. *Roder par.1.ſuæ ſummæ c.60.*

Nam & ipſe Præfectus & ſi adminiſtrationem habeat, bona tamẽ monaſterij donare nõ poteſt, vt ſupra dixi,& cauit Clemens VIII. in dicta Conſtitutione, videatur *Filliuc.tom.2.tr.34.c.3. Fagund. 2.par.l.8.c.7.*

Pœnitentiæ iniungendæ.

Pœnitentiæ proprietario iniungendæ arbitrariæ erunt, ſed in mitiorem partem inclinandum, cum præter hoc in religione multa alia, & efficacia adſint remedia, quibus hoc peccatum omnino expurgare,& delere queat. *c.admonere.33.q.2. Platus de bono ſtatu relig.l.1.c.14.*

Reducendum eſt illi ad memoriam illud cuiuſdam uiri ſancti dictum: Monacho habenti proprium denegabit Deus ſuum propriũ, quod eſt miſereri,& parcere.

Reprehendere eum debebit criminis grauitatem oſtendendo, quia dum culpas corrigere metuit, incaſſum delinquentibus tacendo ſecuritatem promittit, qui iniquitatem peccantium non aperit.

Vnde *D.Greg.in c.ſit Rector.d.43.* dixit clauem apertionis eſſe ſermonem correctionis,quia increpatio culpã detegit,quam ſæpe neſcit

ſcit etiam ipſe quia perpetrauit. *Anchar.in c.omnis num.20 ext.de pœnit.& remiſſ.*

In quod delictum ſi regularis ſæpius inciderit, ſi ſine honoris ac famæ detrimento fieri poteſt, abſolutionem ſuſpendet, & ne reincidat, præſeruantem pœnam imponet: Det operam, ut in poſterum non ſolum proprium aliquid non uſurpet, uel rem exigui licet pretii, citra Superioris conſenſum aliis det, uel ab aliis accipiat; uerum etiam ut radicitus ex animo ſuo cupiditatem omnium rerum temporalium etiam uiliſsimarum extirpet. ut admonet *Caſſ. l. 7. inſtitut. cap. 21.*

Illius dogmatis meminerit, quod Olympius Abbas cuidam requirenti tradidit, Vbicunque ſederis, dic aſsidue peregrinus ſum. Breuis ſententiæ profundum myſterium. Ecquis enim ſe peregrinũ hic reputans, non omnia facilè, utpote aliquando relinquenda cõtempſerit, & ad ueram illam ſupernorum ciuium manſionem per paupertatis uiam ſuſpirauerit?

Extat adagium, Præſtat pauperem eſſe in terra, quam in mari diuitem, nam *Plut.apud Mondogu.l.1.epiſt.* refert Attalum philoſophũ numquã flumina pertranſire, uoluiſſe, dicẽdo terram hominibus productam fuiſſe, aquã piſcib. aerem auib. Porro ſecularem uitam eſſe mare ob tentationũ procellas, & animæ diſcrimina cõmotũ; hoĩes autem in clauſtris ſub paupertatis clypeo tuto quaſi in portu uiuentes eſſe religioſos conſtat.

De quinto caſu; qui eſt iuramentum falſum in iudicio regulari, ſeu legitimo. Et ſexto, qui eſt procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad abortum faciendum poſt animatum fœtum, etiam effectu non ſequuto. Cap. IIII.

Quinti caſus explicatio. ſect. 1.

QVam graue, & deteſtandum ſit periurii crimen, ex eo facile innoteſcit, quod omni iuri repugnat, & aduerſatur.

Periurium quomodo iuri naturali repugnet.

PRimo quidem iuri naturali; ſiquidem vt Philoſophi dicunt, linguam natura nobis conceſſit, vt veros mentis noſtræ ſenſus exterius explicemus; & admonet omnium ferè gentium quæ Deũ coſuerunt, aut aliquam, vel falſam religionẽ habuerunt conſenſus, non mentiendũ, nõ pierãdum, ne Dei vindicta ſequatur; vt antiqui etiam Ethnici ſolo naturæ lumine prodiderũt. *Ariſt. l. 4. Ethic. c* 7. *Cicero de off.* Et adeo intrinſece malum eſt vt Deus de abſoluta potentia diſpenſare nequeat, vt licitum ſit cum hoc contradictionem implicet, vt proinde ad quodlibet malum vitandum, nec venialiter mentiri liceat. *Molſ. tr.* 7. *c.* 22 *num.* 50. *& ſeq.*

Nemo inquit *Plato lib.* 11. *de legibus*, Deo inuocato mendacium dicat, aut decipiat, aut adulterare, verbo, vel re quidquam audeat, niſi Deo velit odio eſſe, cui quidem primum odio eſt, qui falsò iurans Deum parui pendit.

Et mendax omnibus hominibus inuiſus eſt: *Caualc. de teſtibus. p.* 4. *num.* 96. *Maſcard. de Probat. concl.* 531. *num.* 19. *Surd. Deciſ.* 165. *num.* 14 *Farinac. p.* 4. *conſ.* 40. *num.* 18. *& conſ.* 60. *num.* 130. *Barb. in c. ſuper eo de vſuris.*

Quod etiam idem Ariſtoteles in rhetoricis libris ſenſiſſe videtur, dum de iure iurando agens ait: Nemo vellet peierare cum diuini ſupplicii metu; tùm dedecoris apud homines.

Et Licurgi fuit aliquando lex, eatenus amicis auxiliandum eſſe, quatenus periurium natura turpe non admittatur; & amicos nos eſſe debere vſque ad aras, ſentiens, amicis gratificandum, ſed citra religionis violationem.

Et apud Romanos qui falſum teſtimonium dixiſſe conuictus erat, è ſaxo tarpeio deijciebatur. vt eſt apud *Gell. l.* 20. *noct. Att. c.* 1.

Refert etiam *D. Auguſt. de Ciuit.* Dei. *lib.* 5. *cap.* 15. M. Regulum potius mortem elegiſſe, quam Iusiurandi religionem violare; quẽ propterea celebrat. *Silius* 6. *& Vincentius Mancinus. in tr. de iuramento p.* 1. *q.* 2.

Eutichianus Papa cunctis Concionatoribus præcepit, vt omnes fideles docerent, quanti falſi iuramenti eſſet grauitas. Qui falſum

iurant

iurant, & qui blaſphemant oſtendunt ex quo idiomate, & patria ſint nempe præſcitorum; hocque ad eos pertinet, qui vt ait *Iob. c.* 15. bibunt iniquitatem ſicut aquam. *Io. Carthagena Hom.* 11. *l.* 5.

Quomodo periurium iuri diuino aduerſetur.

SEcundo periurium ius diuinum lædit. cum *Leuit. c.* 19. præcipiatur, Non periurabis in nomine meo. Nec dubium, quin culpā mortalem ſecum trahat, quod *D. Thom* 22. *q.* 97. *art.* 3. probat, quia periurium de ſui ratione contemptum Dei, & illius irreuerentiam importat. Et *gloſſ. ſuper illud Deuter. cap* 5. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium; ait, peſſimum genus mendacii eſt falſum teſtimonium. Et idem *D. Thom. q.* 78. *artic.* 4. dicit, falſum teſtimonium triplicem in ſe deformitatem continere, nempe ex periurio, ex violatione iuſtitiæ, & ex ipſa falſitate. *& Sap. c.* 14.

Periurium numeratur inter grauia ſcelera, quæ ex idolatria orta ſunt. Vnde ſi in cauſa criminali contra aliquem fiat, idem eſt peccatum quò ad Deum, ac ſi manibus ſuis malum perpetraſſet, quod per falſum ſuum teſtimonium proximo illatum eſt. *c. nemo peritorum.* 11. *quæſ.* 3. Si autem in ciuili iudicio proferatur, tunc non ſolum mortalem culpam contrahit, ſed etiam omne damnum datum reſarcire tenetur. *c. ſi culpa. extra de in iur. & damno dato. Clarus in* §. *falſum & q. fi. q.* 53. *Pepinus in Diluc. in confiteor,* vbi ait lingua fallaci vti ſolere, iniquos teſtes, qui, vt dixi, iniquitatē ſicut aquā bibunt, ſecūdo aduocatos, & Iudices, tertio doloſos mercatores, quarto virginū ſeductores. quinto peruerſos detractores, ſexto vanos promiſſores.

Eo autem magis huius vitii, & ſceleris fœditas apparet, quod excellentiori, & altiori virtuti religionis repugnat, quæ diuinam Maieſtatem tanquam proprium ſcopum intuetur, & in eius cultum omnem curam, & actiones dirigit, quod debet eſſe proprium religioſi viri munus. *Io. Carthag. lib.* 5. *de hom.* 11. *Plat. de bono ſtat. relig. l.* 1. *c.* 2.

Quomodo iuri humano contrarium ſit.

IVri etiam humano aduerſatur. *l.* 1 *ff. ad l. Cornel. de ſicarijs. c.* 1. *ext. de crimine falſi.* vbi *gloſſa* ait: quia falſidicus teſtis in tribus offendit, triplex etiam ei pæna debetur.

Primo, quia Deum læſit, ſeptemni, pœnitentia ei iniungitur; quia Iudicem deluſit, infamis fiet, & extraordinarie punietur, & quia proximum offendit, iuxta modum læſionis plectetur. Ciuitatum etiã ſtatutis variis pœnis hoc crimen puniri ſolet, vt per *Clarum. in* § *periurium & § falſum. & Menoch lib. 2. de arb. Iud. cent. 4. caſu 319. & Farinac. de falſitate, & ſimulatione. q. 160.*

Et omnis ratio lexque periuria ſeueriſſimè caſtigat, vt tàm ex ſacra ſcriptura petitis teſtimoniis, quàm profanis exemplis probat. *Io. Lorin. ſuper. ſap. c. 14 q. 31. & Ant. Daur. in flor. exemp. to. 2. t. 26.*

Huius inſuper flagitii atrocitas ex noſtrorum traditionibus liquet; quandoquidem generalis Principis criminum remiſſio falſitatem non abolet. *Bart. in l Lucius. ad finem. ff. ad Senat. conſ Turp. Angelus* verò *in* §. *iniuriam in Auth. de nupt* ſcribit, falſitatem, homicidio deteſtabiliorem eſſe: quod etiam multi Theologi ſenſerũt, vt *D. Thom. quodlib. 1. q. 9. art. 2. Sot. l. 3. de Iuſt. & Iu. q. 2. art. 3. Syl. v. periurium. q. 2. Tab. q. 4.*

Rationem ex eo colligunt, quod periurio præceptum primæ tabulæ uiolatur, & religio pietaſque in Deum læditur. *Azor p. 1. lib. 11. c. 12 q. 6.* Imo *Metina l. 1. ſumma c. 14. §. 5.* ait magis peccare periurum, quàm parricidam. Quod tamen *Suar. l. 2. de relig de Iuramẽto l 1. c. 3. nu. 10.* meritò improbat. & *Sanch. l. 3. de præcept. c. 4. n. 37.*

Lucas, etiam *de Penna in l. milites C de dignit. lib. 12.* fatetur, nobilitatẽ ex crimine iſto pdi: vt refert. *Lopez. in praxi cri. Diaz. c. 29.*

Addo collationem beneficii clerico periuro factam nullam eſſe, quando is in quem beneficium confertur, tanquam talis per ſententiam Iudicis condemnatus eſt, aut per propriam confeſſionem in iudicio conuictus, aut quando per facti euidentiam notorium eſt crimen. *Couar. in c. quamuis. de p. Tis p. 1. c. 7. num. 3.*

Item periurium ratione infamiæ irregularitatis nota affici. *c. infames. 6. q 1. Suar. tom. 2. de virt. relig. lib. 3. c. 20 num. 7.*

Tandem periurus nunquam ad ferendum teſtimonium admittitur. *c. quicunque. 6. q. 1. c. paruuli. 22. q. 5. c. teſtimonium. ext de teſtibus. Menochius de præſump. l. 5 præſumpt. 32. num 12. Suar. num. 19.*

Rectè enim Cicero pro C. Rab. Vbi quis ſemel, inquit, periurauerit, ei credi poſtea etiamſi ſæpius iuret, non conuenit.

Quò alluſit ille Sapiens, qui interrogatus quid mali mentientes

ſeque-

ſequeretur, dixit, quod ne vera quidem dicentibus deinceps fides adhibeatur. vide quæ diximus *in 1. p. de Exam. tr. 6. c. 10. q. 47. & ſeq. & tr. 7. c. 37 q. 193.*

Sed poſtremum malorum eſt æternæ mortis reatus, quia teſtis falſus non erit impunitus. Et teſtis mendax peribit. *Prou. c. 14.* & ſic verè Tibullus cecinit:

Ah miſer, & ſi quis primò periuria celat.
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Vt propterea *Iaſon. in l. 3. §. iurari. ff. de Iur. iurando.* dixerit, ſpeciem eſſe hæreſis ſcelerata iuramenta facere. ſequitur *Simancas in cath. Inſtit. tit. 50. num. 30.*

Quod ſi periurium, vel falſum teſtimonium tàm immane ſcelus eſt in viro ſæculari, multo magis in religioſo, qui vt dixi, ſe totum Deo dicauit, in cuius ore nugæ ſunt blaſphemiæ, vt ait *D. Bernard. lib. 2. de conſideratione.*

Proinde optima ratione hic caſus à Summo Pontifice Clemente VIII. reſeruandus proponitur.

Prænoſcenda pro dilucidatione caſus.

PRo huius caſus breui dilucidatione hæc animaduertenda sũt. Primo iudicium quod ad rem noſtram de caſu reſeruato attinet, nihil aliud eſſe, quàm actum legitimum, his perſonis conſtantẽ, Iudice, accuſatore, reo, & teſtibus *c. forus. de verb. ſign. Canoniſtę in rub. ext. de iudicijs, Grattanus in* Diſcept. *For. c. 18. Miranda de Ord. Iud. q. 1. art. 1. concl. 3. & art. 2. Borellus in ſumma Deciſ. tit. 421. de Iudicijs. Angelus de contrad. legit. q. 2 num. 28. & paſſim Doctores ſuper octauum Decalogi præceptum,* Vbi tradunt, per prohibitionem falſi teſtimonii inprimis ea peccata prohiberi, quæ ab huiuſmodi perſonis committi ſolẽt, quæ quidem perpetrantur, aut perperam iudicando, aut falſum dicendo, aut verum, quando neceſſitas exigit ſupprimendo, aut quando tegendum, reuelando. de qua re vidẽdus *Tolet. lib. 5 c. 56. & Sayr. lib. 2. clauis reg. c. 7. Azor. p. 3. lib. 13. c. 12. & ſeq. Regin. lib. 24. c. 3. & ſeq.*

Vbi etiam illud annotandum, quod ſi in aliqua religione, vel diæceſi, ſolum reſeruetur iuramentum falſum in actis, tunc falſum

iuramentum extra acta, vel proceſſus coram Superiore factum, non erit reſeruatum.

Imo ex quacunque cauſa acta illa inualida ſint, nullum quoque erit iuramentium, ac proinde non reſeruatione affectum. *Menoch. l. 2. de præſumpt. præſumpt. 48. Vantius de nullitate ſent. num. 2. Maranta de ord. Iud. d. 16. Fagund. 2. p. l. 8. c. 7. num. 14.*

Iudicium quotuplex ſit.

SEcundo, hoc iudicium in ſæculare, & Eccleſiaſticum, & regulare diuidi; ſæculare eſt, quod inter laicas perſonas à Iudice etiam laico exercetur.

Eccleſiaſticũ qđ inter Deo dicatas perſonas ſiue ſæculares agitur, regulare quod inter religioſos. Rurſus aliud eſt ciuile, & aliud criminale.

Primum eſt quod de re pecuniaria exercetur.

Secundum quod circa ſanguinis, & criminum cauſas verſatur.

Cum autem Ius Canonicum nunquam pro aliquo delicto, vel etiam grauiſſimo pœnã mortis & ſanguinis infligat, *gl. in c. ſi quem. §. præuaricator. 2. q 3.* iure meritò nec apud regulares poteſt quis pœna mortis, vel ſanguinis puniri, quantumcunque crimen illud atrociſſimum ſit. *Franc. Aret. in praxi crim. can c. 6.*

Diuidi etiam ſolet iudiciũ, prout aliud eſt ordinarium, & aliud extraordinarium, vel delegatum.

Primum eſt, quod coram ordinario Iudice fertur; ordinarius verò iudex is eſt, qui ſuo iure, vel Superioris beneficio vniuerſalem iuriſdictionem exercere poteſt, vt Epiſcopus, Archiepiſcopus, Legatus, quò ad Clericos ſæculares, vel Præpoſitus Generalis, vel Prouincialis, ſeu etiam Præpoſitus localis, vt multi volunt, quod attinet ad regulares.

Secundum eſt, quod coram delegato Iudicio agitatur.

Is autem extraordinarius Iudex ille eſt, cui ab eo, qui demandare poteſt, cauſa committitur. *Nav. in rubr. de iudic. Lancell. in inſtit. can. in § eſt & alia. tit. de iudicijs.*

Vnde quod in caſu dicitur, in iudicio regulari, intelligitur coram Iudice, & Prælato religionis. Illud verò verbum vel legitimo, intelligendum eſt quoties religioſus examinaretur à Legato, Nuntio,

Epi.

Epiſcopo, vel in caſu hæreſis ab Inquiſitore, vel quolibet alio, qui in cauſis regularium delegatetur. *Ghiſler. de Iud. reg. c. 9. n. 9.*

Quænam ad rectum iudicium requirantur.

VT aũt iudiciũ rectum ſit, tria requiri cõiter Doctores tradũt, nempe vt procedat ex Iudicis auctoritate, Iuſtitiæ affectione, & prudentiæ rectitudine. Si primum deſideretur, dicitur iudiciũ vſurpatum, ſi ſecundum, peruerſum, & iniuſtum; ſi tertiũ temerariũ.

Ex quarum quidem conditionum defectu, Iudicem variis modis peccare contingit. D. *Thom. 22. q. 60. art. 2. vbi Bannes. Arrag. & Salon. & Sayr. l. c. & Syluest. in v. Iudex.*

Prælati quales eſſe debent.

SI regularium Prælati ſuper oues ſibi à Deo commiſſas, veri paſtoris munere fungerẽtur, eaſque pabulo doctrinæ, panc temporalis ſubſidii, & exemplo vitæ in proprii cordis innocentia paſcerent, equidem ſolo Paſtoris amabili nomine cohoneſtarentur, nec Iudicis appellatione timorem iudicandis incutiendi nuncuparentur. *D. Thom. quodlib. 11. ar. 13.* D. *Bonauent. in c. 17. Luc. & Abb. in c. reprehenſibili. ext. de appell. & in c. cum contingat. ext. de for. compet.*

Superior duplicem perſonam gerit.

VBi agnoſcunt à Superiore duas geri perſonas, Iudicis alteram, alteram patris. Quatenus eſt Iudex, delicta ex officio inquirit, vt ea puniat, recipit accuſationes, & iudiciales denuntiationes, & compertis delictis, ad ſententiam, & punitionem procedit: habetque pro fine publicum bonum; quia reipub. intereſt delicta puniri, vt cæteri metu pœnæ compeſcantur. *c. vt famæ de ſent. excom.*

Quatenus pater ſingulorum bonum præ oculis habet, & ſi ſecreto alicuius lapſum nouit, non de punitione, ſed de remedio cogitat & paterna monitione ſanat, &c.

Nam quia religioſorum regimẽ paternum debet eſſe, non deſpoticum, Iudicis auctoritas non vſurpatur, niſi ad contumaces, & im-

pro-

probos coercendo, qui perpauci eſſe ſolent. *Eccl c.* 1. *Iuuenal. Sat.* 13.

Vnde & Deus pater dicitur, eo quod multa, & magna nobis largitur; dominus verò, quia malos puniat, quod raro facit.

Sicut enim proprium eſt apum ſemper mellificare, non autem pungere, niſi cum importunè irritantur; ita Dei proprium eſt ſemper miſereri, ſerò autem, & inuitè punit: hinc tanquam ab hoc alienus nobis proponitur ab *Iſaia. c.* 28. *Regin. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 16. *nu.* 81.

Subditi quales eſſe debent.

ET ſi ipſi quoque regulares ſubditi ouium humilitatem, patientiam, & obedientiam imitarentur, ſi in domo Dei vnanimes ambularent cum, conſenſu, ſi vinculum perfectionis charitatem haberent, quæ patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, &c. 1. *ad Corint.* 13 profectò placidiſſimo ouium nomine gauderent, nec accuſatoris, rei, teſtis, indignis nominibus appellarentur. *Io. Franc. Ghiſlerius de Iudice regularium c.* 9. *num.* 1.

Verum enim verò, quia in religioſis ordinibus clauſi quoque deficiunt; & in humano corpore aliquando nec caput, nec manus, nec pedes ſuum officium faciunt, neceſſe eſt in grauibus delictis corrigendis, tùm *Prælatos*, tùm ſubditos aliam, quàm ſibi conueniat, perſonam induere, & omiſſa (vt dicunt) via plana, æqua, & ſummaria, ſm̃ apices iuris, & iuridiciario ordine aliqñ procedere, iudicem teſtes, accuſatores, reos, & aduocatos adhibendo, &c. Contra illud. Greg. IX. relati *in c. olim. ext. de accuſ.* Nō decet ſeruos Dei iudiciorum ſtrepitib. inuolui. *Capucc. in Cōp priu. leg. Mēd. in ver. appellare Bald. in. Rub. de conſtitut. Ioan. Crux. de ſtat. relig. l.* 2. *c.* 2. *Gemin. in c.* 1. *de ſent. excomm. l.* 6. *& Felin. in c. ſacro ext. eod.* vbi regul. *Prælatus* in ferenda excommunicatione ex apicum iuris norma non procedit. B*ellett. in* D*iſq. cler. p* 1. *de for. can.* §. 4. *num.* 37.

Iuſiurandi inſtitutio, & vſus.

TErtio pro clara etiam caſus intelligentia ſupponendum eſt, iuſiurandi actum non eſſe ex ſe improbatum, ſed de ſua natura li-

ra licitum, vt potè qui ad virtutem religionis pertinet. vt latè probat *Suarez.tom.2 de relig.tr.de iuramento.l.1.c.4.&c.7* Quod quidem cum ſit quoddam humanæ imbecilitatis remedium, & ad fidẽ rei faciendam inſtrumentum.*l.1.ff.de iureiuran.c.&ſi Chriſtus.ext. eodem tit.* ad inſtar corporalis medicinæ, niſi cum grauis, & neceſſaria ſubeſt cauſa, adhibendum eſt.

(Ad cuius formam cuiuſque Prouinciæ morem ſeruandum eſſe notat *Abb.in c.tuis.ext.de teſtibus.* Et ex antiquo vſu ſufficere notarii ſcripta manu tangere. Et vbique ſeruari ut ſacerdotes manu pectori admota iurent, aduertit. *Farinac.in prax.crim.p.2.q.74.n.82.*)

Quare eſt etiam apud omnes conſtitutum, iuſiurandum qñque ſub præcepto, tũ iuſtitię, tũ miſericordiæ cadere, nimirũ publica poteſtate, illud legitimè exigente, & quoties ad proximo ſuccurrendũ illo opus eſt; quia Iudex authoritate continendi homines in officio, eorumque controuerſias componendi, publicè fungitur.

Et charitatis lex ad proſpiciendum proximo medio licito, ac facili obligat, iuxta illud, Vniuique D[e]us mãdauit de proximo ſuo. Et erue eos, qui ducuntur ad mortem. *Eccl.c.17.& Prou.c.24.*

Iuſiurandi comites.

VNde conſtans eſt etiam Scribentium ſententia, ut iuramentũ licitè præſtetur, iure diuino, & naturali, tres circũſtantias, ſeu comites deſiderari. Et hi ſunt, veritas, iuſtitia, & iudicium, quæ habentur. *Ier.c.4* Iurabis uiuit Dominus, in iuſtitia, in iudicio, in ueritate, & referuntur *in d.c.Et ſi Chriſtus.de iureiu.* & apud D.*Th.* 22. *q.89.art.3.*

Et ratio eſt, nam ſi ueritas deeſt, Deus uel ignarus, uel improbus efficitur, alterutrum enim falſitatis teſtem eſſe oportet, & tunc falsũ iuramentum, ſeu periurium dicitur; ſi iuſtitia deſtituitur, Deus cooperator illius mali, quod ipſius teſtimonio faciendum promittitur à iurante conſtituitur, & tunc iuramentum iniuſtum vel iniquum nuncupatur. Si iudicium deſit, id in Dei irreuerentiam cedit, cum abſque iuſta cauſa in teſtem inducatur. *Sanch.l.3.de præcept.c.4.n.1.Holchot.ſuper ſap.c.12.lect.152.*

Iura:

Iuramenti religio.

VNde etiam dum *D. Thom. 22. q. 89. art.* 10. ait, rationi non congruere, ut quis ad iurandum niſi ieiunus accedat, colligere poſſumus reuerentiam, quæ iuramento debetur. Et ſi enim ritus iſte neceſſarius non ſit, antiquitus tamen indecens reputabatur, ut aliter ad ſacroſanctum altaris ſacramentum quiſpiam ad iurandum accederet, ut ſcilicet ſic iuraturus attentiori animo ſecum deputaret, certiſſimum ne eſſet, quod ſub iuſiurandi fœdere aſſerturus ueniebat, ne in tantum ſcelus, quantum periurii nomine ſignificatur, incideret. D. *Chryſoſt. hom.* 15. *ad pop. Antioch. Arrag. d. art.* 10.

Apud Gentiles etiam fuit ſemper habita maxima iuramenti religio, ut apud *Cicer. lib.* 3 *de off. & Ariſtot. in fi. l.* 1. *rhetor.* adeo, vt teſte D. B*aſil. in ſerm.* ad adoleſcentes, Clynias vnus ex Pythagoræ familiaribus, cum per iuſiurandi religionem trium talentorum mulctam effugere poſſet, exoluere maluerit, quàm iurare, tametſi iuſto iuramento uti potuiſſet. vt etiam refert G*raff. lib.* 2. *deciſ. aur. c.* 15. *num.* 1.

Qua etiam ratione Marcellus II. Pōtificatu inito rogatus à Cardinalibus, vt de more illi diplomati ſubſcriberet, quo iuramento aſtringeretur ſe certum tantum Cardinalium numerum aſſumpturū, ratus non eſſe ſufficientem iurandi neceſſitatem, renuit dicens: re id præſtiturus ſum, uerbis, & iureiurando nolim. *Pannin. in eius vita.* De qua re ſcripſimus *in* 1 *p. de Exam. tr.* 7. *c.* 8. *q* 36. *& ſeq.*

Iuramentum ergo ſiue aſſertorium ſit, ſiue promiſſorium, aut cōminatorium, ſeu etiam execratorium, illis tribus circunſtantiis, uel conditionibus ueſtitum eſſe debet, nempè veritate, iuſtitia, & iudicio, ut dixi ſup. *Tolet. l.* 4. *c.* 21.

Ex his præhabitis inferri poteſt, quinam incidat in caſum, & qui non.

Quinam incidant in caſum.

I *Comprehenſio.*

PRimo enim incidit regularis, qui ut reus de aliquo delicto perpetrato in regulari uel legitimo iudicio à ſuo Iudice legitimè

inter.

interrogatus illud negat. Explorati namq. iuris eſt, quemlibet reum ſub pœna lethalis culpæ teneri veritatem fateri, dummodo tria ſimul concurrant.

Quænam requirantur, vt reus legitimè interrogetur.

PRimo, vt à competente Iudice interrogetur. *Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. q. 6. art. 1. Nau. c. 16. num. 57.*

Defectus enim iuriſdictionis dicitur inſanabilis. *Varallus l. 3. Deciſ. 38. Borell. in Deciſ. tit. 41. num. 124. Crauetta conſ. 383. num. 15. Gabriel. l. 6. tit. de ſtat. concl. 3. num. 7.*

Hinc ſententiam Ordinarii latam in exemptum tanquam ab ab incompetenti nullam eſſe tradit *Caſtrenſ. p. 1. conſ. 431. & Eraſmus Choch. de Iuriſd. Ord. in exemptos. p. 2. q. 40.*

Si autem ſciatur eſſe legitimum, nil refert an ſit Iudex ordinarius, an delegatus; dummodo quò ad talem cauſam ſit eiuſdem rei Iudex.

Secundo, vt delictum ſit ſaltem ſemiplenè probatum, hoc eſt per vnum teſtem oculatum, & omni exceptione maiorem, aut per indicia illi teſti æquipollentia, aut per infamiam ad minus per duos teſtes plenè comprobatam, qui iureiurando affirment, à pluribus perſonis non diſcolis, neque inimicis, ſed fide dignis id ſe audiuiſſe. vt ait *Bart. in l. ſi num. 7. ff. de q. & alij Iuriſta in c. inquiſitionis, & c. qualiter. & quando el. 2. ext. de accuſ.*

Tertio, ut reo conſtet, & manifeſtum ſit delictum ſic eſſe probatum, vt ſciat in quo ſtatu cauſa ſua conſiſtat, videatque ſe iuſtè à ſuo Iudice interrogari, proinde ſe teneri eius mandato parere. vt per *D. Thom. 22. q. 69. art. 1. vbi Bannes, Salon. & Arrag.*

His concurrentibus adeò verum eſt, ipſum iuſto Superioris præcepto parere aſtringi, vt in pernicioſi mortaliſque mendacii culpam incurrat (licet in caſum non incidat) etiam ſi tale mendacium à reo ſine iuramento proferatur, quia huius obligationis fundamentum non in iuramento, ſed in ipſa rei conditione conſiſtit; quod maximè in religioſa perſona procedit, cuius dignitati, & integritati, niſi ex magna neceſſitate, iurare non conuenit. vt aſſerit *D. Thom. d. art. 10.* vt dixi *in 3. p. de Exam. tr. 15. c. 8. q. 25. reſol. 3.*

Et *Ariſt. in 1. rhet.* ait, maximæ exiſtimationis viros offendi, ſi

ab eis iuramentum exigatur cum è contra impii, qui non Deum eſſe putant, uel ſi ſit humana non curare, conſidenter, & audacter iurẽt, & quæcunque altaria tangant. Locum etiam habet aſsertio quamuis reus ad euitandam mortem ſibi ex ſua confeſſione irrogandam mentiatur. *D. Th. d. art. 1. & ibi DD. communiter & Sot. l. 5. de Iuſt. & iur. q. 6. art. 1. Beia. p. 1. verſ. p. caſu 32. & 3. p. caſu 17. Regin. lib. 24. c. 3. ſect. 3. Lazar. de monit. ſect. 2. q. 16. num. 14.* probat textus *in c. cum dilecti. ext. accuſat.*

An reus ad euitandam mortem, vel aliud graue damnum, etiam ſi legitime interrogetur, veram negare poſſit.

ALiqui tamen piè opinantur, reum cuius crimen non eſt plenè probatum, poſse in cauſa capitis, ſi euadendi ſit ſpes, ad euitandam mortem celare ueritatem, non obſtante Superioris præcepto de ea aperienda; ſi quidem ex communi DD. poſitione unicuiq; licitum eſt uitam ac ſanguinem redimere *l. 1 ff. de bonis eorum, & c. Iaſon. in l. 1. C. ne liceat potent. Felin. in c. 1. num. 46. ext. de Conſtit. Tobias Nonius conſ. 96. num. 11. Menochius l. 2. de Arbit. Iud. cent. 4. caſu 114.*

Et ſic qui hanc ſententiam tenent ſunt. *Pet. Nauar. l. 2. de reſt. c. 4. à num. 142. Arrag. 22. q. 69. art. 2. idem ſentit Regin l. c. & Leſſ. l. 2. de iuſt. & iu c. 31. 3. dub. num. 16. & ſeq. Roder. tom. 2. qq. regul. q. 19. art. 4. Fagund. 2. eccleſ. precept. l. 8. c. 7. num. 4. Sà in v. reus num. 1. & 6.* & alii.

Vbi aiunt, eandem ſententiam non uideri improbabilem, etiam in cauſis non capitalibus, in quib. ualde grauis pœna imponitur, ut eſt damnatio ad triremes, uel ad perpetuũ carcerẽ, uel in aliis cauſis, ubi de dedecore agitur; ut in regularibus ſæpius ẽt contingere ſolet.

Animaduerſio.

SEd ſtic obiter eſt aduertendum, vt iuramentum reo in cauſa criminali deferri poſſit, ea indicia, uel probationes requiri, q̃ ad torturam ſufficiant; quia iuramentum eſt quędam ſpiritualis tortura, cum mentem non peſſimam, non minus quàm tortura, ad aperiendam ueritatem urgeat. *Leſſ. dub. 3. num. 15. Regin. ſect. 4. num. 42.*

Qui nam incidant in caſum.

1 Exceptio.

EX his etiam dignoſci poteſt, regularem reum non incidere in caſum, quando delictum ab eo perpetratum eſſet occultum, vel etiam ſi de eo conſtaret, eius tamen auctor neſciretur; tùm quia nemo ſe prodere tenetur. *c. quis aliquando, §. non dico tibi, de pæn. d.* 1. *Menoch. de præſ. l.* 1. *q.* 80. *num.* 6. tùm quia non ſunt ſumenda arma de domo rei. *l. nimis graue. C. de teſtib.* Et bis interimitur, qui ſuo gladio perit, & conqueri is iure poſset,

Heu patior telis vulnera facta meis.

Idem *Menoch. de arbit. Iud. caſu.* 499. *num.* 3. *Lazar. l. c. ſect.* 3. *q.* 12. *num.* 2.

Vnde ſi Iudex ſine aliquo fidedigno teſte, ſemiplena probatione, infamia, & ſufficientibus indiciis procedat, reo integrum erit, aliqua cautela reſpondendo, veritatem contegere; vt ſi v. g. (quod Deus auertat) aliquem occidiſſet, quod homicidium tantum Deus, & ipſe reus ſcit, Superior autem cadauere inuento omnes fratres in cœnobio exiſtentes iurare compellit, inter quos & occultus homicidij auctor exiſtit, ſine peccato iurare poteſt ſe non occidiſse, in mente ſua intelligens, ad ſibi dicendum, & ſimilia. ſic ex communi ſententia ait *Viuald. in Cand. aur. p.* 3. *c.* 16. *num.* 11.

Eadem ratione dicendum, illum in caſum etiam non incidere (ſi opinioni illi, quam ſupra probabilem dixi, adhærere velimus) qui & ſi legitime interrogatus, ad euitandam mortem, vel aliquod aliud graue damnum veritatem celat. *Leſſius d. l.* 2. *c.* 31. *dub.* 3. *& alij Doctores ſupra citati.*

Sicut à caſu immunis eſſet mandans vel cõſulens, ut quis falſum iurum in regulari ac legitimo iudicio proferat cũ is non proprie, ſed interpretatiue facere dicantur, vt ex communi tradit *Clarus in §. fin q.* 89. *verſ. ſed quare. Decius. & Cagnol. in l. conſil. nullius de. reg. Iu.* vt dixi *p.* 1. *c.* 2.

Regulariter tamen mandans, & conſulens, ſi efficax cauſa damni fuerunt, ad omnẽ reſtitutionem tenentur, cũ, & charitatis, & iuſtitiæ leges violarint *Bonac. de cont.* 1. *q.* 2. *pun.* 6.

2 Exceptio.

SEcundo, non incidit reus, iurãs in iudicio, quem Iudex interrogauit de facto, quod abſque culpa ſaltem lethali perpetrauerat; cum tunc veritatem fateri non tenebatur: exempli gratia, ſi alterum fratrem monachum inuadentem occidit, ſeruato tamen moderamine inculpatæ tutelæ, aut certè abſque notabili exceſſu; non enim periurus dici poteſt, cum, vt dixi, homicidium fateri non teneretur, ſiquidem mens Iudicis eſt de criminoſa occiſione quærere. *Io. Bapt. Corrad. in reſponſ. q.* 171. *Reginal. num.* 38. *Leſſius l. c. Fagund. l. c. num.* 9. *& ſeq.*

Vbi eum etiam eximunt à caſu reſeruato ſi coram Superiore mẽtiatur in iuramento circa aliquam circunſtantiã, ex qua ſtatus cauſæ non pendeat, quia paruitas materiæ in omnibus præceptis à lethali culpa excuſat, &c *arg. Paul. de Caſt. in l. ſi ex falſa. C. de tranſact.* vbi tradit ad praxim inferens quod ad hoc vt quis de falſo puniri poſſit, requiritur vt falſum in eo dixerit, quod eſt negotio ſubſtantiale. *Farinac. in Praxi crim. p.* 2. *q.* 67. *num.* 159. *Barboſa de Epiſc. Alleg.* 51. *num.* 34. *Fagund. p.* 2. *l.* 8. *c.* 7. *num.* 10.

Et hæc dicta ſint quò ad religioſum, qui tanquam reus, & vt principalis falſum dixit.

Quando regularis vt teſtis in caſum incidat.

1 Comprehenſio.

QVatenus autem ſpectat ad eum, qui vt teſtis, vel minus principalis falſum in iudicio regulari, ſeu legitimo depoſuit, dicendum eſt, illum in caſum incidiſse non ſolum quando affirmauit, quod ſciuit falſum eſſe, ſed etiam quando dubitauit, an verum eſset; aut quando in notabile proximi damnum verum tacuit, *ex Nauar. c.* 25 *num.* 40. *Molfeſ. tract.* 8. *c.* 20. *nũ.* 58. *Fagund. c* 7.

Ad quod vtrumque facit *c.* 1. *ex. de crim. falſi.* vbi dicitur, quod vterque reus eſt, qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit.

Eſt autem apud omnes conſtitutum, illum teneri ſub iuramenti religione teſtimonium ferre, quotieſcunque à ſuo Superiore Iudice ſecundum ordinem iuris interrogatur. *D. Thom.* 22. *q.* 7. *ar.* 1. *vbi Arag. Bannes, & Salon, & Val. d.* 5. *q.* 14. *p.* 1. *Leſſ. l.* 2. *c.* 30. *dub.* 6. *Sayr. l.* 2. *cl. reg. c.* 19. *num.* 1.

(Si

(Sicut etiam in aliis cauſis ſecularium tam iudicialibus quam teſtamenti vel Inſtrumenti], modo ſui Superioris licentia interueniat, *Sanch. tom. 2. l. 6. c. 13. num. 103. Maſcard. de Probat. concl. 26. Farinac. in Praxi crim. q. 61. num. 130. Barb. in c. nuper. de teſtib.*)

Et ſupra firmatę aſſertionis ratio eſt, quia quicunq. ſubditus tenetur obedire ſuo Superiori iuſta præcipienti, & eius opera egenti ad crimina pro publico, ſuo officio à republ. eliminanda.

Vbi aduerte recuſationem dicendi teſtimonium, mortalem culpam ſecum trahere poſse contra fraternæ charitatis, & iuſtitiæ leges ſi verum aperiendo, quis ab iniuſta morte, graui infamia, vel ab alio graui malo liberaretur, quod ei iniuſtè infligendum eſset.

Quod multo magis, & potiori ratione verum eſt, quando ſciret crimina, quæ in ſpirituale, vel temporale exitium communitatis uergunt, ut communiter ſcribentes tenent in 22. *D. Thom. q. 70. a. 1. & Sayr. cl. reg. c. 20. num. 25. & lib. 10. c. 15. num. 2.*

Imò in huiuſmodi caſibus etiam ſi à Iudice non interrogaretur, eo modo, quo poteſt, illi qui prodeſse ualet, denuntiare teneretur. et ſi probare non poſſit, &c, *Ant. Genuenſ. in Praxi Neap. c. 23. Bonac. de obligat. denunt. d. 6. pun. 1. §. 4. num. 5.*

Quod procedit etiam ſi teſtes aliàs eſsent inhabiles, tales enim recipiuntur, quando ex negotii, uel facti natura, alij teſtes haberi nequeunt. *Barb. c. 3. de teſt. Viuius, l. 4. commen. opin. tit. 10. Bonac. tom. 2. d. 10. q. 2. p. 3.*

Quando non incidat in caſum.

1 *Exceptio.*

E Contra non incidit. Primo ſi prætermiſso iuris ordine interrogetur, tunc enim perinde ac reus de quo ſupra, ueritatem celare ei licebit.

Hinc Doctores aſserunt, notoria crimina quorum auctor penitus eſt occultus, niſi uergant in reipubl. perniciem, uel in notabile alicuius particularis detrimentum, diuino iudicio relinqui poſse, nec regularem in tali caſu ut teſtem teneri Superiori inquirẽti perſonam detegere, de qua nec infamia, nec ſemiplena probatio, nec probabilia indicia præceſserunt: Et ſic non modo reum, ſed nec

teſtem,

teſtem, aſtringi ueritatem aperire, quando perſona eſt omninò oc-culta; eo quod ab inquirentis iuriſdictione ſit exempta, per defectũ nimirum ſcientiæ publicæ, ad iuridicam ſententiam ferendam neceſſariæ, & per defectum poteſtatis, quæ in huiuſmodi munere limites ſuos egreditur. ut ex doctrina Syluestri, & aliorum, tradit *Pet. Nauar. l. 2. de reſt. c. 4 n. 167. 168. & Reginal. nu. 47. Lazarius de monit. q. 12. sect. 3. Genuenſ. l. c.*

Vnde etiam qui rem aliquam detinet ui monitorii ad ſe ipſum denuntiandum non tenetur, eo quod nemo ſe ipſum prodere, & infamare debet. *c. quis aliquando. de pœnit. d. 1. Barboſa de Epiſc. p. 3. Alleg. 96. num. 46.*

2 *Exceptio.*

SEcundo non incidit, qui extantibus indicijs, & Iudice ſecundum ordinem iuris procedente, circa ſecretum fratris delictum illud non denuntiauit, eo quod fraternam admonitionem non adhibuit, quam ei profuturam probabiliter crẽdidit, prẹſertim ſi peccatum illud in damnum tantum ipſius fratris delinquentis principaliter vergat; ut ſi uotum aliquod ex concupiſcentia, uel alio affectu impulſus uiolet. &c.

Cum certum ſit modum à Chriſto *c. 18. Matth.* de ordine correctionis præſcriptum, æquè religioſos, ac alios fideles obſtringere, ut expreſsè tenet. *D. Thom. 22. q. 33. art. 7. ad 4. & Sayr. l. 11. cl. reg. c. 4. num. 13. & Pet.* Biſfeldius *in theologia paſt. de correct. frat. c. 3.*

An Superiori, vt patri ſine prauia monitione poſſit fratris crimen reuelari, vt ſæpè in religionibus vſu venit.

VBi ex hoc præcepto infertur, grauiſſimorũ Doctorum iudicio errare religioſos, qui in uiſitationibus fratres, de crimine iam correctos Superioribus denuntiant, uel non ſeruato ordine fraternæ charitatis: cum tamen ipſi eorum morbis cõmodè mederi poſſint, ut etiam animaduertit. *D. Baſil. in qq. fuſ. diſput. q. 46. &* M*egal in ſtit. confeſſ. l. 1. c. 5. num. 15. & Sot. in tr. de teg. vel deteg. ſecreto. mẽbo 2. q. 4. dub. 3.*

Qui ſubdjt, Superiores in uiſitationibus debere admonere ſubditos, ut occulta peccata niſi præuia fraterna correctione non denuntientur.

Et D. *Aug. in reg. c.* 89. quamq̃ dicat, fratrem Prælato tamquam patri denunciandum eſſe, non tamen id ante monitionem permittit. Atque huc ſpectat illud Catonis documentum:

Productus teſtis ſalua tamen ante pudorem.

Quantumcunque potes celato crimen amici:

Roder. tom. 2. *q.* 4. *art.* 5. *Thomas à Ieſu. de viſitat. regul. tr.* 1. *c.* 5. *Nald. v. viſitari num.* 11. ut per nos *p.* 1. *de Exam. tr.* 7. *c.* 3. *q.* 17.

3 Exceptio.

TErtio, non incidit, quando auctorem criminis rō vergentis in reipubl. perniciem, vel notabile damnum tertii, ſub ſigillo ſecreti naturalis ad remedium ei adhibendum acceperit, niſi forte id ipſum alia via cognoſcat. *Bonac. tom.* 2. *diſp.* 10. *q.* 3. *pun.* 3. *num.* 6. tũ quia ius naturale, diuinũ, & humanũ poſtulat, vt fides præſtita non frangatur. *c.* 1. *de pactis*: tũ quia is qui ſecretũ ſub fide alteri cõmiſit, habendus eſt perinde ac ſi illud ſibi ſeruaſſet, nec rem aperuiſſet. Niſi obſtet reipub. aut tertij iniuria non emendata, ſed adhuc in futurum pendens: quæ iniuria omnium conſenſu facit, ut promiſſio ſecreta, & iuramentum non adeo obligent, quin poſſit & teneatur quis reuelare, niſi fuerit ſigillum ſacramentalis ſecreti, quod nulla de cauſa quantumcunq. graui frangere licet. *c. omnis. ext. de pænit. & remiſſ. Petr. Nauar. d. l.* 2. *c.* 4. *num.* 223.

Eadem ratione à dicenda veritate, & à caſu reſeruato excuſatur, quando ex hoc teſtimonio aliquod graue damnum probabiliter ſibi euenturum timet. iuxta *Baldi* receptam ſententiam *in c. cum nuntius. ext. de teſtib. Nauar. c.* 25. *num.* 50. *Leſſius l.* 2. *c.* 30. *Dub.* 6. *nu.* 50. *Reginal. l.* 24. *num.* 48. & alij.

4 Exceptio.

QVarto, ſi teſtificari nõ poteſt, niſi ſe ipſum prodat, vt potè quia ſit alicuius peccati complex, cum nemo apud Iudicem exteriorem ſeipſum manifeſtare teneatur: quod etiam in caſu hæreſis locum habere volunt. *Simancas in cathol. inſtit. tit.* 29. *nu.* 40. *Nau. cõſ.* 5. *de hæret num.* 3. & multi alij.

Niſi tamen non teſtimonium perhibendo damnum reipubl. ſequeretur; nam tunc & ſeipſum prodendo teſtificari teneretur, cum

quem-

quemlibet pro communi bono vitã ponere oporteat vulgatis iurib.

Vbi illud animaduertendum eſt, regularem teſtem cum non iuridice interrogatur, vel aliunde à manifeſtanda ueritate excuſatur, mentiri non poſſe, debere autem Iudici dicere, ſe dato quod ſciret, ad interrogata reſpondere non teneri: quod ſi ipſum cogere velit, appellare debet, niſi illum in ſeipſum ſæuiturum timeat.

Quo caſu reſpondere poteſt ſe nihil ſcire, ſub intelligendo, quod dicere teneatur. vt *l. c.* ait *Nau. num.* 4. *&* *Pet. Nau. l. c. num.* 228. *Lazar. de monit. ſect.* 2. *q.* 16. *num.* 12.

Pariter dicere poteſt, ſe non vidiſſe, vel audiuiſſe, ſub intelligendo, vt propalare de iure cogatur.

Nec illius delicti reus erit, etiam ſi ſub iuramento, vt moris eſt, reſpondere præcipiatur, vt alios referendo tradit etiam *Reginal. ſect.* 5. *num.* 48.

Sicut etiam excuſaretur ſi tanquam teſtis à Iudice interrogatus ſi aliquid ſciat, quod ipſe teſtis audiuit, & reſpondeat ſe neſcire, nã quod quis audit neſcire dicitur, præſertim ſi à fide digna perſona nõ audiuit *l.* 2. § *idem ff. de aqua pluuia arcen. Nauar. conſ.* 5. *de hær. Graff. l. caſu.* 5 *num.* 26. *Coriol. num.* 13. *Molf. num.* 61. *Vgol. p.* 2. *de off. Epiſc. c.* 46. §. 1. *Lazar. de monit. ſect.* 2. *q.* 12.

5 *Exceptio.*

TAndem non incidit regularis, qui in iudicio falſum dixit, putans eſſe verum: nam cum excuſetur à mortali culpa, ſi moralem, & mediocrem diligentiam adhibuerit, quæ ad debite recordandum rectoque modo teſtificandum requiritur, ſequitur vt etiã à caſus reſeruatione eximatur, vt per *D. Th.* 22. *q.* 70. *art.* 4. *Sot. l.* 5. *q.* 7. *art.* 4. *de iuſt. & iur.* Nau. *c.* 25. *num.* 4.

Idem dicendum, quando dixit verum exiſtimans eſſe falſum, nã licet quò ad Deum peccati mortalis reus fiat, non tamen quò ad homines, & mundi tribunalia, cenſuras ſubit communi Doctorum ſententia. Et tradit *Graff. l.* 2. *decif. aur. c.* 130. *num.* 22.

6 *Exceptio.*

A Caſu etiam immunis erit ſi iuraret in fide boni religioſi regulariter, n. non eſt hoc iuramentum niſi aliter de mente iurãtis

tis conſtaret, quia nil in diuinum teſtimonium adducitur, & ſolum ſuũ dictũ per fidẽ humanam confirmare cenſetur, quam probus religioſus in ſuis atteſtationibos, & promiſſis ſeruare debet. *Regin. l.* 18 *num.* 6. *Sanch. l.* 3. *de precept. c.* 2. *num.* 16. *Molf. tr.* 11. *c.* 9. *nu.* 37. *Bonac. tom.* 2. *d.* 4. *q.* 1. *pun.* 1.

Atque hic obſerua, Sacerdotes religioſos cum iuſiurandum pręſtant, regulariter non teneri ſacra tangere, niſi in grauibus cauſis, & in caſibus à iure expreſſis, ſed ſatis eſſet ſi pectus tangendo per propriam conſecrationem iurent. *c. ſi quis* 2. *q.* 5. & nos alibi.

Et in manu laici abſque ſui Superioris licentia iurare non poſſe. *arg. Sanch. de precept. l.* 3. *c.* 3. *num.* 8. *&* *Bonac. tom.* 2. *d.* 4. *q.* 1. *pu.* 10. At religioſi omnes in Ciuitate, ac Diœceſi Bonon. nunc tàm quo ad cauſas ciuiles, quàm criminales, Archiepiſcopo eiuſdẽ urbis ſubdũtur, p Cõſtit. Greg. 15. Incip. *cũ nos.* teſte ẽt *Nald. v. religioſus n.* 52.

Praxis obſeruanda erga falſum teſtem, &c.

PRaxis obſeruanda circa confeſſionem, & abſolutionem eius regularis, qui falſum iuramentum in iudicio adhibuit, hæc eſſe poterit.

Primo, ut non ſufficiat pœnitẽti dicere ſe peieraſſe, ſed exprimendum eſſe ſe iuſiurandi religionem in iudicio uiolaſse, tùm quia ſolemne periurium notabiliter aggrauat, tùm propter maius ſcandalũ, ac propter maiorem deliberationem. ex *D. Th.* 22. *q.* 98. *art.* 3. *ad.* 2. Et tutior eſt opinio ſentientium, circunſtantias peccatorum ſpeciem non mutantes, quamuis alioqui eorum deformitatem grauiter augentes, eſse neceſsariò in ſacramentali confeſſione aperiendas. *Azor. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 12. *litera A.* ut per nos *in* 1. *p. de Exam. tr.* 5. *c.* 12. *q.* 74. *&* *q.* 81. Tùm etiam ut Cœnobij Confeſsarius intelligere poſſit, an pœnitens in caſum reſeruatum inciderit, cum abſoluere nequeat, niſi certum iudicium de peccato fecerit, nùm peccatum illud reſeruationi, & cenſuræ ſubiaceat.

Secundo, ſi pœnitens eſt reus, interrogandus eſt, an ad falſum teſtimonium ferendum alium induxerit, cum grauius peccatum ratione culpæ alterius admiſerit. *c. noli de pæn. d.* 1.

Tertio, an ſiue reus, ſiue teſtis fuerit, aliquem in corpore, in fa-

ma, uel in rebus læſerit, quia antequam abſoluatur, illi uidendum, an reſtitutio facta ſit, cum explorati iuris ſit, eum qui peierauit, uel falſum teſtimonium tulit, ad omnia damna reſarcienda teneri, quæ ex huiuſmodi delictis ſubſequuta ſunt.

Imò qui ſciēter falſum teſtificatus eſt, ex cuius dicto alter ad mortem, uel ad triremes, ſeu ad perpetuum carcerem condemnatus fuit, uel alio modo in fama, & exiſtimatione detrimētum paſſus eſt, tenetur cum propriæ uitæ, & famæ periculo, ſi aliter non poteſt, teſtimonium retractare, quò innocens à morte naturali, uel ciuili, & huiuſmodi infamia liberetur. *Sot. lib. 4. de iuſt & iur. q. 6. art. 3. Nauar. c. 15. num. 17. Salon. 22. q. 62. art. 2. cent. 16. Sayr. l. 12. cl. reg. c. 19. num. 8. vbi alios citat* item *Regin. lib. 24. c. 7. num. 167.*

Inſuper an aliquid ob falſum teſtimonium ferendum acceperit, quia ſi ab extraneis accepit, pauperibus erogandum eſt: ſi à fratrib. de rebus monaſterii, illi etiam reſtituendum. *arg. Sayr. l. c. num. 14. Graff. c. 5. num. 32. Belloch p. 1. q. 2. num. 35.*

Quid ante abſolutionem obſeruandum.

ANte abſolutionem pœnitens ad animi dolorem inducendus, & pœnitentia, prout Dei ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit iniungenda *arg. Conc. Trid ſeſſ 14. c. 8.*

Licet autem erga regulares quorum ingenia vt plurimum docilia, & liberalia præſumuntur, plus agat beneuolentia, quàm auſteritas, plus exhortatio, quàm comminatio: cum Gregor. Nazianzenus dicat, vtendum aliquando pedo, vt plurimum autem fiſtula: quod nonnulli ſic exponunt: ſæpè doctrina, rarò abiurgationibus agendū. Si tamen hic periurus religioſus conſcientiam libertinam, & cauteriatā habeat, nec ſatis virtutis amore dolere videatur, dure, & in ſpiritu vehementi increpandus erit, & ad compunctionem, Deique timorem, ex pœnarum conſideratione ſerio excitādus. Inter cætera illud proponi poterit, quod in terra ſanctorum iniqua geſſerit; Ideò non videbit gloriam Dei. *Iſaiæ 26.*

Quadruplex facies Confeſſario ineſſe debet.

POenitentiarius qui, pè quadruplicem faciem oſtendere debet, de qua *Ezech. c. 1.* uidelicet faciem bouis, quò ad maturitatē

in

in agendis: faciem Aquilæ quò ad ſagacitatem in futuris præuidẽdi: faciem hominis in peccatoribus recipiendis: & demum faciem leonis, in exceſſibus compeſcendis; ita vt Apoſtoli exemplo, omnia omnibus fiat, vt omnes lucrifaciat. *ad Corinth. 1. c. 9*

Et ex his colligitur, quanta ſcientia, & prudentia, qui Iudicum, reorum, & teſtium confeſſiones excipiunt, præditi eſſe debeant, cũ in his de ſumma rerum agatur, in quibus tot leges, & obligationes tùm charitatis, tùm iuſtitiæ concurrunt. *Lazar. de monit. ſect. 2. q. 16. nu. 17. Vgol. de off. Epiſc. p. 2. c. c. 56. nu. 4.*

Quippe Confeſſarij munus arduum valde eſt, & multis difficultatib inuolutũ, vt pbat *Lemas in meth. confeſ. p. 4. c. 3.* § 9. Carolus V. Dominicum Sotum vt ſibi à ſacris con feſſionibus eſſet elegit, ipſe vero huius officij periculoſum pondus, vt erat humilis ſuæque animę ſalutis ſolicitus, à ſuis humeris excuſſit, memor illius Euãg. doctrinę, Quid prodeſt homini? &c. *Bannes 22 q. 1. art. 7.*

Et hæc quò ad caſum falſi iuramẽti in iudicio facti dicta ſufficiãt.

Caſus ſexti, qui eſt abortus, explicatio. ſectio. 2.

QVò verò ad alterum caſum in hoc quarto capite contentum, obſeruandum eſt, optima ratione hunc caſum à ſanctiſſimo Pontifice reſeruandum proponi, quandoquidem grauiſſimum delictum abortus procuratio ſemper exiſtimata fuit, cum conſtet omni iuri repugnare.

Quam graue peccatum ſit abortum procurare, & quomodo omni iuri repugnet.

PRimo iuri naturali, cum bruta etiam animantia ipſa natura duce, in partu fœtum expectent: nec vllum hactenus inuentum eſt quod proprios conceptus tueri negligat, partu'que ſuos non foueat. Solus homo cunctis beſtijs hac in re truculentior cum Deo, & natura pugnat. Et procurantem abortum contra naturam delinquere hinc patet, quod hoc naturæ lege comparatum ſit, vt fœminæ cõcipiant, conceptum conſeruent, & ſuo tempore ad humani generis perpetuationem pariant. *Gaſpar. Anton. Theſaur. in addit. ad deciſ.*

*Pedemon.deciſ.12.Lact.Firm.lib.6.diuin.Inſtit.c.20.Claud. Minoes in comment.ad Alciat.Emb.*193.

Vnde & Phocillides Grecus auctor in ſuis moralibus inquit:Neque mulier corrumpat fætum intra ventrē,neque cum pepererit,cãnibus,aut vulturibus iaciat,neq.vir vxori prægnanti manũ iniiciat.

Secundo,iuri etiam diuino aduerſatur:cum Deus. *Exod.cap* 21. hunc prohibuerit,vbi dicitur,Si quis percuſſerit mulierem prægnãtem vt abortum faciat, & mors eius ſubſecuta fuerit, reddet animam pro anima. Et *Matth.c.*5. præcipitur,Non occides,vbi nomine homicidii intelligitur omnis occiſio, truncatio,mutilatio,verberatio,notabilis in corpore læſio, alijque actus,qui innocumentum ſalutis corporalis proximi tendunt.

Et licet Ethnicorum lex conceſſerit in aliquo caſu abortum fieri poſſe,vt potè cum ſuperabundant filij, vt commodè ali nequeant, vel cum aliqua timetur infamia.vt tradit *Ariſt.in* 7. *Polit.c* 16.Quē etiam refert *Iauellus in philoſophia chriſtiana c.*4.in quo caſu conſuluit *Dec.conſ.*535.lege tamen diuina,ſancta,& immaculata, grauibus inflictis pęnis hoc interdicitur.*Menochius l.2.de arbit.Iud.caſu* 354 *num.*41. *Farinac.de homicid.q.*122.*p.*6.

Tertio,omnia etiam humana iura reclamant,vt quò ad ius ciuile patet *in l.Cicero.ff.de pœnis.*vbi etiam pęna mortis contra fętus enecantes decernitur,quæ etiam pęna olim de iure diuino infligebatur *Clarus l.*5.*ſent.*§.*fin.q.*68.*verſ.abortum*,& nos *de Exam.p.*1. *tr.*7.*c.* 19.*q.*88.*&* *p.*3.*tr.*13.*c.*11.*q.*3.*reſol.*4.

Et quò ad Ius Canonicũ hr̄ *in c.Moyſes.*32.*q.*2.vt per *Codronch. l.*2.*de chriſt.ac tuta med.ratione.c.*22.

Sed in praxi Iudicis arbitrio ſemper puniri dantem cauſam abortui, ſiue fœtus animatus ſit,ſiue non animatus,aſſerit.*Menoch.lib.*2. *de arb. Iud.cent.*4.*caſu* 357.*num.*7. *&* *Farinac.tom.*2 *par.* 2. *q.*122. *num.*135.

Eodem iure fętum abigens,vel cauſam præſtans,excommunicationis pęna feritur,& irregularitatis nota inuritur, ſi fętus rationali anima præditus erat. *c.ſi aliquis,ext. de homic. c.ſicut eod. tit.*vt exponit. *Ghirland.de ſortileg.q.*12.*num.*21. *&* *Farinac.num.*164.

Sic enim delicti grauitas expoſcit:ſi quidem ſi fœtus erat animatus,corpore,& anima moritur,ſemper in Lymbo beatifica Dei viſione

ſione carens. DD. *præſertim Alber. in l. qui in vtero. ff. de ſtat. hom. Bonac. tom. 2. d. 2. q. 1. pun. 4. & de cent. d. 2. q. vlt pun. 7.*

Sixtus etiam V. Pontifex Maximus cum huiuſmodi ſcelus totis viribus exterminandum putaret, contra procurantes, conſulentes, & conſentiẽtes abortui, iuſtam edidit Conſtitutionem, quę incipit, *Effrænatam, &c.*

In qua præter quidẽ excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam, qua etiam ipſæ fæminæ, vel vt principales proprium procurãtes abortum, vel vt ſolæ criminis afficiuntur, alias quoq. inflixit pęnas, quas tamẽ ut infra dicemus, Greg. XIV. in Conſtit. incip. *Cũ Sedes Apoſtolica,* ad terminos iuris communis paucis immutatis reduxit. *Barboſa de Epiſc p. 3. Alleg. 51. num. 136.*

Quinam incidant in caſum.

1 Comprehenſio.

INcidit autem in hunc caſum. Primo, qui procurat abortum ſiue conſilium, uel opem ad illum præſtat, ut fętus ipſe abigatur, quocunque modo fiat, ut præbendo pharmaca, uenam incidendo, prægnantis uterum percutiendo, uel oneribus premendo, & huiuſmodi. *Nauar. c. 15. num. 14.* & alii communiter, ut annotauimus *in 1. p. de Exam. tr. 7. c. 19. q. 87.*

2 Comprehenſio.

SEcundo incidit, etiam ſi fętus non eſſet animatus, quamuis in pęnas à Sixto V. uel Greg. XIV. decretas non incurrat. *Sayr. lib. 3. de cenſ. c. 35. num. 26.*

Et ex communi DD. ſententia mari quadrageſimo diè poſt ſuſceptum ſemen, fæminæ in octuageſimo anima ſolet infundi. *gloſ. in c. Moyſes. 35. q. 2. Alciatus in l. quod dicimus. de verb. ſignif. Farinacius num. 141. & ſeq.*

Aiunt etiam, prolem motu quodam intra uiſcera oſtendere infuſam ſibi animam; & in dubio præſumi animatum, & maſculum proinde irregularem fieri, qui poſt 40. dies in cauſa fuit, ut abortum mulier faceret. *Nauar. conſ. 46. de homicid. l. 5. Vgol. de Irregular. ca. 16. §. 2. Viuald. in Cand. Aureo de Irregul. ex homicid. volunt n. 231.*

Imo

Imo irregularis cenſebitur ſi fęminæ grauidæ ad abortiendum pharmacum dederit, ſed dubitat an fętus eſſet rationali anima præditus, cum hic in dubio facti, quod ad ſic iudicandum inducit uerſetur, ut ex communi. tradit *Bonac. de irreg. d. 7. q. 1 pun. 5. num. 6.*

3 *Comprehenſio.*

TErtio etiamſi effectus non ſequatur, utpotè quia præſtitæ ſint res ad efficiendum abortum, qui tamen re ipſa non ſit ſubſequutus; ſicque hic non militat illa regula quod in caſibus reſeruatis uerba cum effectu ſunt intelligēda. *arg. l. 1. § hac verba ff. quod quiſque iuris.*

Cum ex uerborum tenore qui in diſpoſitionibus attendendus eſt hic aliud conſtet. *c. ex literis. ext. de ſpon. vbi Barboſa notat. Franc. Molina de ritu nupt. l. 1. c. 20.*

Quæ aſſertio locum habet etiam ſi peccatum ante reſeruationē commiſsum eſset. &c. *Floron. p. 1. c. 3. n. 17. Megal. conſ. 82. Nald. in v. caſus reſer. num. 7.*

4 *Comprehenſio.*

QVarto, qui dat cauſam abortui, uel ad illum concurrit, poſtquam fętus erat animatus, effectu ſequuto, in excommunicationem etiam Epiſcopo reſeruatam incurrit, ad quam abſoluendam Confeſsarius ſpecialiter deputandus eſt. *Cappuc. in Scholijs ad Com pen. priuileg. Mend. in v. abſolatio quò ad fratres, & ſaculares.* & nos alibi,

5 *Comprehenſio.*

QVinto, incidit in caſum regularis, qui parum honeſtè cum muliere grauida ludit, uel choreas ducit, ſi per hoc abortiri eam contingat. D*D. in c. ſicut. el. 2. ext. de homic. Graff. lib. 2. deciſ. aur. ca. 63. num. 25. Farin. num. 162. Bonac. de cenſ. & irreg. d. 7. q. 4 pun. 7. num. 22.* ut dixi *in 2. p. de Exam. tract. 12. c. 3. q. 14. reſol. 2. Arg. Cou. in clem. 1. §. 4 num. 9 de homicid. Farin. p. 1. Deciſ. recent. Deciſ 260. n. 2. & Barb. in c. continebatur. de homic.* ubi non excuſant clericum ab irregularitate quando ludus uel chorea homicidii cauſa fuit; & ratio illa id comprobat, quod dans operam rei illicitæ, etiam ſi debitam dili-

diligentiam adhibeat, caſus occurentis reus efficitur. *D. Thom. 22. q. 64. art. 8. ibi Caiet. Salon. & Arrag. Henriq. de irreg. c.* 15. ubi aiunt etiam, iure parentibus caſuale homicidium imputari, cum exiſtente periculo, dormiẽdo, paruulos in lecto detentos culpabiliter ſuffocarunt; ac proinde in caſum oppreſſionis infantum incidere, quem nõnulli locorum Ordinarii ſibi reſeruare ſolẽt. Hos autem caſu uolũtarii homicidii non ligari, dixi *ſup. par.* 7 *c.* 3.

6 *Comprehenſio.*

SExto, incidit etiamſi ad euitanda ſcandala, uel infamiã, abortũ procuraſset; cum non ſint facienda mala, ut eueniant bona. *Apoſt. ad Rom.* 5. *c. deniq.* 14. *q.* 5. *arg. Menoch. l. c. num.* 20. *Graſſ. num.* 23 *Tiraq. de temp. pœnis cauſa* 52. *num.* 8.

Et ubi in aliqua actione culpa aliqua, vel leuis committur, potius quodcunque bonum creatum perire permittere tenemur. D. *Thom. Quodl.* 1. *Sot. in* 4. *d.* 22. *q.* 1. *ar.* 4. *Floron. p.* 2. *caſu.* 5.

7 *Comprehenſio.*

SEptimo incidere videretur etiamſi, quod abſit tàm immane ſcelus, infidelis fœminæ abortum procuraſſet; vt ſi v. g. cum Iudæa, vel aliqua ex turcico genere egregię formæ, rem habuiſſet, & illi grauidæ effectę, ne hoc flagitiũ panderetur, potionem ad abortiẽdum dediſſet, vbi enim eſt, eadem ratio idem ius eſt conſtituendũ. *l. vlt. C. ad l. falc. c. cum dilecta. de cõfir. vtil. vel inut. Belloch. de caſ. reſ. p.* 2. *q.* 8.

Qui non incidat in caſum.

I *Exceptio.*

NOn incidit autem qui ob ſalutem mulieris in partu periclitantis, uel alio modo morbo laborantis, & in periculo mortis conſtitutæ, ante animationem cauſam præſtat abortui, qui præter intentionem ſubſequitur; cum communis ſit Doctorum opinio ſentientium, hoc tuta conſcientia fieri poſse. *Arragon.* 22. *q.* 64. *art.* 7. *Petr. Nauar. l.* 2. *de reſtit. c.* 3. *diff.* 2. *num.* 131. *Sayr. l.* 7. *cl. reg. c.* 12. *n.* 20. *Henriq. lib.* 11. *de matr. c.* 16. *num.* 8. *Leſſ. de iuſt. l.* 2. *c.* 9. *dub.* 10.

Sanch.lib.9 de matr.d.20.num.14. Azor.p.2.Inſtit.moral.l.2.c.26. q.5.Reginal.l.21.c.3.num.36. & alij.

2 Exceptio.

SEcundo non incidit, qui abſque dolo, bona fide, interrogatus de cauſis abortiendi, in genere aliquod remedium loquendo retulit, quo poſtea aliqui ad abortum procurandum vſi ſunt. Nam voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia. *c. cum voluntate. ext. de ſent.excom.* Et multa licent dicere in genere, quę non licet in ſpē. *gloſſ.in clem.1.de priuil.*

3. Exceptio.

TErtio, qui ſterilitatis potiones propinauit, & quo minus aliqua fœmina fœtum conciperet impedimentum præſtitit; & ſi enim in hoc caſu mortali culpa ſe obſtrinxerit, cum tamen abortui cauſam non dederit, in caſum incidiſſe dici non poteſt, per ea quæ tradit *Farinac.q.122.num.98.Graff.d.c.63.num.13.Molina de iuſt.tom.4 tr.3.d.27. Barboſa.in c ſi quis.de homic.*

4. Exceptio.

QVarto qui non fuit in dolo, & qui ignorauit fœminam eſſe prægnantem, & ſi irregularitatis pœnam non euitet, ſi forte percutiendo abortui cauſam dedit. *Quar.in v.abortus.*

5 Exceptio.

QVinto qui poculum dedit mulieri ad eam grauidā reddēdam, quo ſumpto interiit; & ſi moraliter peccauerit, & irregularitatem non effugerit, vt idem ait.

Sicut etiā à caſu abortus Epō reſeruati immunis eſſet ſæcularis ille, qui in coniugali congreſſu à ſeminis emiſſione ſe retraheret ne prolē conciperet, licet hoc lethale enorme, ac deteſtandum, ſit flagitium: cum ſemen, vt Theologi dicunt, ſit homo in potentia *Lauel.in philoſophia chriſt.de luxuria tr.8.c.2. Graff.l.2 Deciſ.c.63.num.18. Floron.p.2.caſu.5. Chapeuilla.c.9.q.2. Sayr.de cenſ.l.3.c.35.n.27. Bonac.de cont.d.2.q.vlt.pun.7.in fine.*

Et

Et ratio communis eſt, quia proprie loquendo hoc non eſt procurare abortũ, & pęnę non ſunt ampliandę, *c. odia de reg. Iur. in 6*. Prout etiam dicimus eum qui impedimentum adhibet ne ex coitu conceptio, vel generatio ſequatur, inſtar homicidę teneri, ſed irregularẽ non fieri. vt per *Barb. in c. ſi aliquis. ext. de homicid.*

Praxis obſeruanda erga religioſum qui abortui cauſam dedit, &c.

PRaxis obſeruanda erga regularem, qui abortum procurauerit, vel auxilium dederit, talis eſſe poterit, vt circa confeſſionem.

Primo interrogetur, cur hoc egerit, ſi enim hoc egit, quia cum illa fœmina rem habuerit, & ne pariendo infamiam vterque contraheret, fœtum impedierit, duplex etiam peccatum admiſit, vnum cõtra caſtitatis votum, de quo infra in nono caſu, & alterum contra quintum decalogi præceptum, & Pontificium interdictum, ob quod in caſum reſeruatum incidit. &c.

Secundo an fętus eſſet animatus, quia excommunicatione Epiſcopo reſeruata irretitus fuit, & etiam irregularitatis impedimentũ ſubiit: à qua excommunicatione ipſe regularis Confeſſarius abſoluere nequit, niſi ab Epiſcopo, vel à ſuo Prælato ſi Pontificiis priuilegiis gaudeat, ſpecialiter deputetur. Sicut nec ſuper irregularitate ob hoc contracta diſpenſare poteſt, cum hoc ad Summum Pontificem, & ſacram Romanam Pænitentiariam ſpectet. *Nauar. in c. ſi quis necandi. de pœnitentia d.* 1, *Roder. tom.* 2. *q.* 34. *art.* 4. *Belloch. de caſ. reſ. p.* 2. *q.* 8. *num.* 113. vt diximus *in* 1. *de* *Exam. tr.* 7. *c.* 19. *q.* 88.

Tertio quandiù in illa praua voluntate, & malo propoſito perſtiterit: eo quod ſic magis peccatum aggrauatur, dicente *Gregorio IX. relato in c. fin. de conſuet.* Tanto fiunt grauiora peccata, quanto diutius infęlicem animam detinent alligatam. Imo ſi voluntas per actum contrarium interrumpatur, tot erunt peccata, quot internæ renouationes, *Lopez. p.* 1. *Inſtruct. conſcientia. c.* 31. *Leſſ. lib.* 2. *de Iuſtitia. &* *Iu. c.* 12. *dub.* 4. & alij.

Quarto an alios induxerit vt in peccato ſocios haberet; quia hãc circunſtantiam ſcandali neceſſario confiteri tenebitur.

Quid circa abſolutionem conſiderandum ſit,&c.

QVò ad abſolutionem,priuſquam à peccato abſoluatur, excõmunicationis vinculum prius auferendum. Et ſi fętus erat anima rationali prædịtus,cum in irregularitatem ex homicidio volũtario inciderit,eius diſpenſatio,dictũ eſt, à Sũmo Pontifice petenda erit *Roder.tom.* 1.*qq.regul.art.*9.vbi *art.* 11.tenet, Prælatos regulares diſpenſare poſſe in irregularitate quæ ex homicidio occulto non voluntario contrahitur.

Quod ſaltẽ ex facultate *Conc.Tri.in c liceat* 24.*ſeſſ.* ex aliquorũ ſnĩ, ut ſæpe dixi, eis cõcedi uř, *vt per* Barb.*de Epo.p.*2.*alleg.*39.*n.*18.

Ad peccati deteſtationem, & contritionem inducendus eſt: Terribiliſque illa ſententia,ſi opus eſſe videbitur,obiicienda, In terra ſanctorum iniqua geſſit,non videbit gloriam Dei. *Iſa.c.*26.

Proponat vt pro ſeria conuerſione ad B. V.M. opem confugiat eſt enim omnium religionum patrona,teſte *Plato de bono ſtat. relig. c.* 34. Vnde,& D. *Innocentius.*3.*ſerm.* 2. *de Aſſumpt.* exponens illud *Cant.c.*6 Pulchra vt luna, ſic ait luna lucet in nocte. Qui ergo iacet in nocte culpæ reſpiciat lunam,deprecetur Mariam, vt ipſius filius cor eius ad compunctionem illuſtret. Quis enim de nocte inuocauit eam,& non eſt auditus ab ipſa? &c.

Et pænitentia pro ratione culpæ,quò ad fieri poteſt, iniungẽda.

Et à hortabitur vt quò ad fieri poterit,& ei licebit,plenarias indulgentias lucretur. *Graff.in Append.l.*2.*c.* 5.*num.* 26. *Leonius de off. confeſſ temp. Iub.p.*2.*q.*12.*num.*75.*Sanct.de blaſph.c.*7.*dub.* 1.*nu.*6.

Et in formæ prolatione imponere non prætermittet: Quidquid boni fecerit,& mali in religione ſuſtinuerit, &c. Maximam curam adhibeat,vt illud peccatum omnino in poſterũ cauere ſtatuat. Hic eſt enim omnis fructus,& finis confeſſionis,vt præteritum auferatur & futurum impediatur:ne dum iterum ad vomitum redit, & ſpiritum ſanctum contriſtat,ei deterius aliquid contingat,atque pœnitẽtiæ tempus aliàs denegetur, quod diuitias bonitatis eius patientiæ, & longanimitatis contempſerit: Horrendum eſt enim incidere in manus Dei viuentis. *Apoſt.ad Heb.c.*10.

Quare illum in timorem Domini omni conatu traducat, cum in

hoc

hoc ad bene viuendum maximum ſit momentum, quia timor Domini expellit peccatum. *Eccl.c.1.Combrec.de ſtud perfect.l.2.c.5.*

Septimi caſus explicatio ſect.1.

De ſeptimo caſu, qui eſt falſificatio manus, aut ſigilli Officialiũ monaſterij, aut conuentus. Et de octauo qui eſt de furtum de rebus monaſterij in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale. Cap. V.

Criminis falſi grauitas.

CRimen falſi quàm graue delictum ſit, ex his, quæ ſupra de falſo teſte dicta ſunt, clare innoteſcit; quibus ex *Iul. Claro. in* §. *falſum. Menoch.lib.2.cent.4.caſu* 306.*& Farinac.in tract.de falſitate, & ſimulatione q.*150. & alijs.

Illud adiiciam, falſi crimen grauiſſimum, & iniquiſſimum eſſe, & propter eius frequentiam, tùm à legibus, & iure communi, tùm à ſtatutis municipalibus atrociter puniri ſolere. Inter publica etiam delicta connumerari, proinde quemlibet de republica, etiam ſi particulariter eius nõ interſit, poſſe de falſo accuſare. Notat ẽt *Scholiaſtes ad Clarũ.* hoc crimen veneficio, & homicidio deteſtabilius eſſe, quia per maculam falſitatis ad nihilum deuenit, cum vulgo homo falſus ſine fide, & conſcientia dicatur eſſe. vt per *Afflict.decif.vlt.n.*23.*& Farinac.l.c.*

Ideo ex communi ſentẽtia falſi crimen à Principe indultum nõ cenſetur, licet delinquenti ac reo venia generaliter ſit cõceſſa. *Suarez.in communi opin.in v.falſi crimen.nu.*31.

Et vt dixit *Bar.in l.tranſigere.C. de tranſact.* licet condemnatio falſi regulariter hominem non interimat; omnino tamen illum vituperat, adeo vt nullum crimen iſto deteſtabilius ſit. *Mantuus in Dial.Iur l.*1. *Dial.*12.*Tuſch.in v.falſitas concl.*41.*Clar. in d.* §. *falſum, &* § *fin.q.*53.

Et propter huius criminis atrocitatem multa à iure in eo inducta fuerunt ſpecialia, de quib. per *Marſ.in rub.ff ad l.Cor.de ſicarijs.*

Et in hoc ſcelere diligentem eſſe faciendam inquiſitionem voluit

huit *Imp. in l. vbi falſi C. ad l. Corn. de fal.* & notat *Baiardus in annot. ad Clar. num. 3 & Farinac. l. c. num.* 18.

Vnde cum caſuum reſeruatio ſit religionum ſepes, & medicina, tàm curans, quàm præſeruans. *Coriol. p. 1. ſect. 1. art.* 8. merito hic caſus à regularibus reſeruari ſolet; ex quo tot damna in religioſis ordinibus prouenire ſolent.

Suppoſita.

PRo clariori caſus dilucidatione ſupponendum eſt, falſitatem nihil aliud eſſe quàm veritatis mutationem, doloſe, & in alterius præiudicium factam. Item falſum quatuor modis committi.

Primo ſcripto, vt in conficiente falſas ſcripturas, vel eas adulterãte, vel alienas literas aperiente.

Secundo dicto, ut in falſo teſte,

Tertio facto, pro ut accidit in eo, qui falſam monetam cudit, ue ſigilla deprauat.

Quarto vſu, ut cum quis falſis probationibus utitur *Graſſius l. 2 deciſ. aur. c. 135. num. 2. ex Marſil. l. c.*

Quinam non incidat in caſum falſi.

1 Comprehenſio.

INcidit ergo in caſum ille regularis, qui ex quacunque cauſa uiolat, & adulterat manum, ideſt ſcripturam, uel ſigillum Officialiũ monaſterii, ut Præfecti gñalis, Diffinitoris, Viſitatoris, uel Prouinciali, Præpoſiti domus localis, Vicarii, uel Cellerarii, ſeu etiam Cancellarii, & huiuſmodi, pro cuiuſque religionis conſtitutionibus, & uſu, etiam ſi poſtea aliquod damnum, uel effectus, quem ipſe intendebat, non ſequatur.

Nam ut Doctores aſtruunt, quamuis ad eſſentiam falſificationis vt in foro externo pęna ordinaria puniri poſſit tria requirantur, uidelicet ueritatis mutatio, ut cum dolo fiat, & alteri damnum inferat. ut per *Syl. & alios ſummularios, in v. falſarius*; *Duard. in Bulla Cęna Domini l. 2. can. 6. q.* 5.

Ad incurrendum tamen hunc caſum ſufficit mutatio ueritatis interueniente dolo, ideſt animo inferendi damnũ, licet iactura non ſequatur.

Eſt

Eſt bene uerum quod bona agentis fides omne falſitatis vitium excludit, ex quo dolus requiritur, in falſum errore quis potius, quàm malitia incidiſſe præſumendus eſt. *l. meritoff. pro ſocio l. ſi poſt diuiſionem. vbi* Bart. C. *de iuris & facti ignor. Tuſch. in v. falſitas cō. cl. 43. Menoch. conſ 98. Gabriel. in commun opin. concl. 2.*

Imo in dubio ſemper debet fieri interpretatio, vt quis à periurio excuſetur. *Decian. tr. crim. l. 6. c. 11. n. 58. Barboſ. in c. 1. de crim. falſi.*

2 *Comprehenſio.*

Secundo incidit, qui ſcripturas adulterauit, ſed nō ſigillum, quo muniuntur: adeſt enim in caſu alternatiua, vel diſiunctiua dictio, ad cuius veritatem ſufficit, alteram partem adimpleri. *c. in alternatiuis de reg. Iu. in 6. Abb. & Felyn. in c. inter cæteras. ext. de reſcriptis.*

Quibus autem modis falſitas in ſigillo arguatur, & ex eo Inſtrumenti fides tollatur, & quando præſumptionem, vel plenam fidem faciat tàm in publicis, quàm priuatis negotiis. vide *Menoch. lib. 2. de præſumpt. præſumpt. 57. & lib. 2. de arbit. Iud. caſu. 113.*

An ſigillum, ſignum, vel vt dicunt, marcha, dominium ſigillantis denotet. docet *Straccha de Mercat. p. 2. n. 11. & 71. Surd. vol. 1. conſ. 6. num. 28.*

Quomodo etiam falſitas in ſcripturis detegatur; tradit idem *Menoch. lib. 5. de præſumpt. præſumpt. 20. Farinac. de falſitate, & ſimulatione. q. 153. Nicolaus Genua. de priuata ſcriptura. lib. 1. q. q. 7. & ſeq. ex traditis per canoniſtas in c. inter dilectos. ext. fide Inſtr.*

Qui non incidunt in caſum.

1 *Exceptio.*

NOn incidit, qui ſcripturas, vel ſigillum nō deprauauit, ſed illis tantum vtitur: ſunt enim hæc diuerſa & ideò de vno ad aliud non fit illatio. *c. ad audientiam. ext. de decimis.* idque patet *ex c. ad falſariorum. ext. de crim falſi.*

Sicut etiam in excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini latam non incidit, qui Apoſtolicis litteris falſatis vtitur, cum per illā ſolum falſarii earundem litterarum excommunicationis gladio feriantur, non autem vtentes, vt habetur in Bulla. Atque ſic tradit *Vgol. in eius explicatione c. 6. §. 2. num. 7. Graſ. l. 3. deciſ. aur. c. 18. n. 99. Duar. l. 2. can. 6. q. 2. num. 4.*

Se-

2 Exceptio.

SEcundo non incidit, qui mandat, vel conſulit: quia vt alias ſæpe diximus, in caſib. reſeruatis verba propriè ſunt intelligẽda; & cũ facere, & mandare, vel conſulere; maximè inter ſe differant, pœna facienti aliquid impoſita, mandantem, vel conſulentem non ligat, niſi à legiſlatore exprimatur. *Sayr. l. 3. de cenſ. c. 12. num 25. Vgol. l. c. p. 1. c. 12. num 2. Tol. l. 1. c. 8. Clarus in Praxi crim. q. 88. Sanch. l. 3. de matrim. Diſp. 49. Fagundex. l. 8. c. 7. num. 21. Moſſeſ. hic num. 78.*

3 Exceptio.

Tertio ſecundum aliquos immunis erit à caſu qui manum uel ſigillum falſificauit, ſi literæ non erunt ſubſcriptæ; licet enim in rigore grammaticę per manum non ſolum ſubſcriptio, ſed etiam epiſtola ſine ſubſcriptione intelligi poſſit, attamen cum literæ ſine ſubſcriptione nihil ualeant, teſte *Menocb. de arbit. Iud l. 2. cent. 1. caſu 94. & Borell. de edict. Magiſtr. l. 2. c. 12. & ſeq* profectò ut peccatum reſeruatum ſit, opus erit ut ſubſcribantur. *Fagundex. l. c.*

Porro ſigillum quid operetur tàm in publicis, quàm priuatis negotiis, agunt D*D. in c. poſt ceſſionem ext. de probat.* Meno*cb. de Arbit. Iud. l. 2. caſu 13. Gabriel l. 1. comm. opin. tit. de præſumpt. concl. 4.*

Praxis erga regularem falſarium obſeruanda.

PRaxis erga præſentem caſum obſeruanda eadem erit, quæ circa quintum caſum de peierante tradita eſt. Inter alia illud admonendum, non ſatis eſſe, ſi pęnitens confiteatur ſe manum, uel ſigillum alicuius deprauaſſe, niſi etiam aperiatur perſona, cum clarũ ſit, immunem eſſe à reſeruatione caſus, qui alias ſcripturas, uel aliud ſigillum quàm Officialium monaſterii adulteraret.

Quidquò ad abſolutionem.

QVò ad abſolutionẽ, uidendum, an per falſas litteras, uel falſũ ſigillum, ad aliquem ſacrum ordinem ſit promotus, eoque ſit functus; quia per Conſtitutionem Pij II. Incip. *cum ex ſacrorum*, ſuſpenſione, & irregularitate innodatus eſt; à qua tñ & ſuper q̃ Prælato religionis p̱ Pontificia priuilegia abſoluere, & diſpẽſare conceditur.

ditur.ut per *Compend. priuileg. Mendicant. in v. abſolutio quò ad fratres,& in v. diſpenſatio.*

Quinimo cum Prelatus regularis epiſcopali auctoritate fungatur ſi hęc occulta fuerint,ex ui *c. liceat. Conc. Tri ſeſſ. 24. de refor.* ut aliqui uolũt, abſoluere,& diſpẽſare illi integrum erit. *Roder tom. 1. qq. reg. q. 61. art. 9. Miran. tom. 2. q. 8. ar. 10. Beia. 4. p. reſp. caſu. 37.*

Inquirendum etiam erit,an falſis litteris,& inuito proprio Superiore facultatem audiendi confeſſiones ſæcularium ab Epiſcopo loci obtinuerit, nam contra religioſam obedientiam grauiter deliquit,& ab eodem Præfecto puniri poterit. *Angles. in flor. theolog. q. de Confeſſione. 8. diff. Graff. l. 1. deciſ. aur. c. 13. num. 88.*

Imo gratia ipſa inualida eſt,ſiquidem omnis expreſſio falſi Principem,uel Prælatum ad concedendum gratiam mouentis,ipſam uitiat. *Nauar. c. 22. num. 86. Cou. l. 1. var. reſol. c. 20. Sanch. l. 8 de mat. diſp. 21. Salas de leg. d. 20. ſect. 15. Bonac. de leg. d. 1. q. 1. pun. 4. nu. 3.*

Sicut in ſimili dicimus contractum factum contra legem irritantem eſſe inualidum. *l. non dubium. C. de legib. Dec. in cap. 2. de conſt. Suar. l. 5. de leg c. 19.* ut patet in matrimonio clandiſtine contracto *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de ref. c. 1.*

In alienatione rerũ Eccleſiaſt. ſine ſolẽnitate *Extranag. ambitioſę de reb. Eccleſ. non alien.* In beneficio per ſimoniã acquiſito. *c. ſicut c. nobis de ſimonia. Molf. tr. 9. c. 7. nu. 46.*

Poſſe enim quis non dicitur,quod contra ius non poteſt. *c. cauſã ext. de reſcrip Gratian. in* Deciſ. *Marchię. Deciſ. 13. num. 34. Bald. l. 3. conſ. 112. Tuſch. v. impoſſibile. concl. 62.*

Significanda eſt delicti grauitas,ut ad contritionem pęnitens inducatur.

Cauendum tamen,ne qua nimis acerba increpatione Pęnitentiarius confitentem ipſum cõturbet,& vulnus quod leni fotu curandum eſt,durius contrectans exaſperet,ac ſuppurare cogat, *D. Bened. in reg. c. 64.* ne forte,& ipſi contingat,quod ſeni cuidam in Ægypto accidiſſe. *Caſſ.* refert *collat. 2. c. 13.*

Sed qualiſcunque ſit;Non eſt contemnenda increpatio,quæ ruina peccati eſt,ſanitas eſt cordis,nec non uia Dei ad animam. *D. Bernar. ſuper Cant. ſerm. 42. D. Baſil. homil. de feren. reprehen.*

Si chirurgos diligis corporis vulnera curantes,etiam ſi crucient,

dolo-

doloremque inferant, eiſque mercedem pro labore, & animi grati-tudine reddis: quanto magis dilrgendus eſt is, gratięque illi agēdę, qui animæ vulneribus medetur, licet curationis tempore triſtitiam aliquam afferat?

Certè qui corripit, gratiam poſtea inueniet apud eum magis quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit. *Prou.c.* 28. *Ludou. à Ponte.p.1.tr.3.c.9. Roder.in exerc. perfect.p.3.tr.8.c.1.*

Octaui caſus explicatio. Sectio 2.

QVò ad octauum caſum, qui eſt furtum de rebus monaſterii, &c. non eſt quod circa eius interpretationem immorer, cū ea, quę huc pertinent, ex his, quæ circa quartum caſum proprietatis dicta ſunt, deſumi poſſint. Certum eſt enim furtum à regulari uiro commiſſum ad uoti paupertatis uiolationem ſpectare, & proprietatis crimen conſtituere. ut per *Pet.Nauar.lib.3.de reſtit.rer.ablat.c.* 1.*num.*166. M*olina tom* 3.*tract.*2.*d.*276.*Sayr.in clau.reg.l.*9.*c.*26. *Azor.p.*1.*l.*12.*c.*11.*q.*6.*Roder.tom.*2.*qq.reg.q.*39.*art.*1.*Sanch p.*2.*de precept.l.*7.*c.*2.*num.*7.

Quam turpe ſit extra communem menſam priuatim, vel furtim quippiam ſurripere.

ILlud tantum addendum uidetur, quod licet ſurripere cibaria, ut furtiue clam Superioribus comedātur, mortalem in ſe culpā nō inuoluat, & per cōſequēs id à caſus reſeruatione ſit immune. *Ant. Fer.in exam.theolog.mor.p.*1.*c.*6.§.2.F*aguud.de precep.*Ecc*leſ.p.*2.*l.* 8.*c.*6.*nu.*8. Arg. quod de domeſticis famulis ſcribit idem P*etr Nauar.l.*3.*c.*1.*num.*221. turpis tamen res eſt, & periculoſa, & quæ multum ſpiritualem profectum impedit, ac proinde à SS. Patribus ſeueris uerbis improbatur.

In primis .n. extat illa D. Bonauenturæ mordicans reprehenſio in *p.*2.*ſpec.p.*3.*c.*4. Extra duas uices in die (niſi neceſſitate cogente) in domo, uel extra comedere, puerorum, imo pecudum eſt.

*Caſſ.l.*4.*c.*14. cum leuiores culpas enumeraſſet, grauiores deinde exponens, ſic ait: Extraordinaria ac furtiua cibi refectio, & his ſimi-

lia.

lia, non illa increpatione, quam diximus ſpirituali; ſed uel plagis emendantur, uel expulſione purgantur. Et *lib. 5. Inſtit. c.* 20. Monachus ait, hanc in primis ſibimet cautionem indicat, vt non potus quidquam, nec eſus, vlla oblectatione deuictus, ante ſtationem legitimam, communemque refectionis horam, extra menſam percipere ſibimet prorſus indulgeat, ſed nec refectione quidem tranſacta, ex his præſumere ſibi quantulumcunque permittat: ſimiliter quoque canonicum ſomni tempus, menſuramque cuſtodiat, &c.

Imitandus Hellen Abbas, qui cum aliquãdo ſummo mellis deſiderio arderet, cumque præter opinionem fauos reperiſſet, appetitui fænum inijciens, dicebat: recede à me intemperans, & importuna cupiditas. Non ignorabat vir ſanctus, quanta virtus foret placitis abſtinuiſſe bonis. *Pallad. in vitis PP. c. 59.*

Gulam proſternendi ratio.

S. Carolus ita de gula victoriam obtinuerat, vt extra conſueta bibendi tempora, ne guttam quidem aquæ, vel in æſtiuis caloribus & laboribus guſtare ſoleret. Reprehendit aliquando ſacerdotem familiarem, quem viderat extra horam conſuetam bibentem, nec excuſationem admiſit, quod os tãtum ablueret, ob eãdem rationem, quod facillime ſenſus niſi cohibeatur, licentior fiat.

Et ſæpe edendi vel bibendi ratio gulæ ſeruit, & indigentiæ ſeruire ſe ſimulat. *Iuſſanus in eius vita lib. 8. c.* 20.

Huc pertinet illud *Eccl. c.* 20. Væ tibi terra cum Principes mane comedunt. Beata terra cuius Principes ueſcuntur tempore ſuo, ideſt ſtato ac determinato. *D. Bernard. epiſt.* 42. *& Beſs. infra cit.* Quiſquis, inquit. *D. Greg. in Paſt. p.* 2. *c.* 5. intrare æternitatis ianuã pititur, tentationes ſuas (gulæ præſertim) menti Paſtoris indicet. *Beſſeus in arca medica in v. gula.*

Et ipſi religioſorum cætuum Præfecti, quò temperantia ſeruetur & gaſtrimargiæ vitium compeſcatur, prohibere debent, ne edulia in cubiculis retineantur.

Et quidem Clemens VIII. P. M. cum in vrbe Cœnobiorum diſciplinam ſcrutaretur, pœnas illis religioſis iniungebat, apud quos eſculenta, vel poculenta, præcipue bellaria, & gulæ irritamenta reperta fuiſſent, &c.

 Con-

Contra duo vitia potiſſimũ chriſtiano,& religioſo viro pugnandum eſt,concupiſcentiam videlicet,& gulam: quibus profligatis, & ipſi Dæmones tentatores ſuperantur. Te uince, & mũdus victus eſt, animus victor ſui inuictus eſt ad omnia. *D. Aug. ſerm. 1. oratione domin. Adr. Manget. in monit. ſacr. p. 1. monit. 47. Ioannes Nider. lib. 2. form. c. 11. Lud. à Ponte de chriſt. perfect. tom. 3. tr. 2. c. 15.*

1. *Monitum.*

PRoinde Confeſſarius ſuadeat, vt contra hoc vitium in quod pœnitens relabi ſolet, per preces alicuius ſancti qui contraria virtute enituit, diuinam opem imploret, & vt firmiter proponat ſe illã, vel illam pœnam ſubiturum, ſi adhuc relabi contigerit, tanquam ſibi legem imponens, qua ſe ipſum coerceat, ac ſibimet terrori ſit, quaſi Dei authoritate ad pugnam gladio accinctus aduerſus proprios affectus, diuinum honorem tuẽdo. In quo certamine illa difficultas occurrit, quod is impugnãdus ſit qui diligitur, iuxta illud ad *Epheſ.* 5. ſupra allatum. Nemo vnquam carnem ſuã hodie habuit, ſed nutrit, ac fouet. &c. *Reginal. l. 2. c. 8. num.* 104.

2 *Monitum.*

SEcũdo obſeruet regularium Cõfeſſarius religioſum ad lethalẽ culpam condemnandũ non eſſe, & adeo caſu furti ſi in religione reſeruetur non ligari, ſi ob ſolam animi leuitatem, aut ventris ingluuiem (qui ratione caret) de communitate, vel penu aliquid comeſtibile, clam accipiat, quia moraliter Superioris voluntas non eſt ad peccatum obligari. Sicut nec patres volunt filios mortifera noxa obſtringi, ſi hæc aliquãdo efficiant: religioſi enim inter filios connumerantur iuxta. *cap. licet de ſepult. & l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. & Authen. Ingreſſ. C. de ſacroſanctis Eccleſ.* & docet *Nauar. in c. nõ dicatis n. 62. 12. q. 1. & Rebel. p. 1. l. 3. q. 15. ſect. 13. n. 22.*

Et non cum ſeruis, & mancipijs computantur, vt male quidam Canoniſtæ cenſuerunt. Et ita reſoluit *Hieronym. Lamas in 3. p. methodi confeſs. c. 9.* §. 11 *& Fagund. de Præcep. Eccleſ. Præcep. 2. l. 8. c. 6. num. 8. & ſeq.*

Atque hinc perſpicitur, vt ſuperius diximus, quàm longe à recto

ſapientiæ, ac prudentiæ tamen ſi illi Superiores aberrent, qui ſubditos hæc leuia eſculenta, & poculenta ſurripientes, excommunicationis cenſura percellunt. contra mentem. *Conc. Trid. ſeſ. 25. de reform. c. 3. Azor par. 1. l. 12. c. 18. q. 60. Ricc. in Praxi Fori Eccl.* Deciſ. 84. *Salon. tom. 2. q. 77. art. 1. cent. 8. Sayr. in claui reg. l. 3. c. 7 n. 14.* & alii.

Quam deteſtabilis etiam ſit hæc clandeſtina, & furtiua comeſtio, & quantum à ſpirituali, & religioſo viro aliena eſſe debeat, clare oſtendit *Vmber. in reg. D. Aug. c. 57.*

Nec dubitandum, quin hoc clandeſtinum furtum voto paupertatis repugnet, cum religioſus nil furari poſſit, quin id ſuum facere, & ſibi parare conetur, quod eſt votum paupertatis, imo etiã obedientiæ infringere.

Nec peccatum minuit, quod quæ comeduntur à propinquis vel amicis mittantur: quandoquidem ſtatim atque res aliqua religioſo datur, in ius commune tranſire debet: Cum quidquid acquirit monachus, acquirat monaſterio. *Authen. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Quantum valetudini noceat, extra legitimas refectiones, abſque neceſſitate edere, vel bibere &c.

VT omittam etiam has furtiuas, & intempeſtiuas comeſtiones & potationes corporis ſanitati valde officere, cum ex medicorum placitis, intẽpeſtiuus, & immodicus cibus, vel potus, valetudinem lædat, morbos ingerat, & hominis naturam corrumpat.

Et eorum præceptum ſit, vt eo tempore quod inter prandium, & cænam intercedit, cibus potuſque quò ad fieri poteſt euitentur, & non niſi magna cogente neceſſitate nouus cibus, vel potus ingeratur: præſumptorum enim ciborum concoctio impeditur, & cum totius corporis detrimento digeſtio retardatur. Quò etiam ſpectat illud *Ouid. lib. 1. de remed. amoris.*

Temporibus medicina valet, data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Verum, vt ſup. dixi, Non eſſet ad mortale peccatum, & per conſequens ad caſum reſeruatum condemnandus religioſus, ſi ob impotentis gaſtrimargiæ vitium, aliquid comeſtibile puta pullum, caſeum, vel capſulam dulceariam furtim de communi penu ſubri-

piat, quia Superioris voluntas moraliter talis non præſumitur. *Fagund. in 2. p. Eccleſ. l. 8. c. 6. num.* 8.

Et quænam quantitas ad furtum mortale conſtituendum ſufficiat, boni viri arbitrio committitur. *Molſ. tr. 7. c. 20. num.* 83. *Sanch. p. 2. mor. l. 7. c. 20. num* 33.

Si aliquando difficile ſibi videatur, inediam vſque ad ſtatam horam ſuſtinere, illum imitetur, qui vt eſt in vitis SS. PP. cum authore Dæmone fame vrgeretur, hora prima diei ſibi imperauit, vt vſque ad tertiam expectaret, & cum tertia eſſet, vſque ad ſextam, & cum ſexta, vſq. porro ad nonã, quæ erat p̄ſcripta hora prandij; qua exercitatione ſecundo, tertioue repetita, ſic Dæmonem, famemque vicit, ut nec poſt biduum eſuriret. *Buſæus in v. gula. 1. antid.*

Ad dijudicandum, quinam incidant in caſum furti, & qui non: Item quomodo in ſacramento pęnitentiæ ſe gerere debeat Confeſſarius erga regularem pęnitentem, qui furtum admiſit, ex traditis circa caſum proprietatis dignoſcendum erit, &c.

1 *Obſeruatio.*

HÆc tantum hic notanda uidentur, religioſum qui ſuam indigentiam Præfecto propoſuit poſſe ſibi conſulere, & neceſſaria capere, nempe cibos, ueſtes, medicamenta, &c. tunc enim cum Superior ſit irrationabiliter inuitus, ſubditus ſibi ſuccurrendi ius habet. *Coriolanus p. 2. caſu* 8. *Bonac. de cont. d.* 10. *q.* 2. *pun.* 3. & alij.

Sicut etiam non peccat, & à caſu immunis eſt religioſus, qui aliquid de monaſterii rebus ſurripit, credens probabiliter illam rem Prælato debite conſentiente, detinere poſse, ut ſi ei ſit familiaris, & ab eo amnetur. Item ratione benemeritorum, & honeſtæ uitæ præcedentis, & ſubſequentis. *Graff. de caſ. reſ. l.* 3 *c. 7. num.* 38 *arg. Sanch. p. 2. de præcep. l. 7. c. 19. & Tiraq. de temp. pæn. cauſa.* 49 *&* 51.

2 *Obſeruatio.*

SEcùndo obſeruandum, non licere religioſo de monaſterii rebus clam ſumere, uel ſurripere, ut inde etiam amicis; uel conſanguineis pauperibus eleemoſynam eroget, aliàs ſi res notabilis ſit lethali culpa ſe ſauciat, & in caſum reſeruatũ incidit, ut colligitur ex

c. non

*c.non eſt putanda q.*1.ubi dicitur; Non eſt putanda eleemoſyna ſi pauperibus diſpenſetur, quod ex illicitis rebus accipitur; quia qui hac intentione male accipit, ut quaſi bene diſpenſet grauatur potius quàm iuuetur, hoc enim uoto paupertatis aduerſatur. *c.cum ad monaſterium.ext de ſtatu monach & c.non dicatis* 12.*q*.1.

Niſi tamen pauperis neceſſitas extrema fuerit, quæ boni uiri arbitrio æſtimanda eſt, vt quæ moraliter magnum damni ſalutis uitæ periculum præſefert. *c.ſi quis, ext.de furtis. Coriol p.*2.*caſu* 8.*Molfeſ. tr.*7.*c.*20.*num.*89.

Si quidem poteſt quiſque fame, uel frigore, alioue incommodo pereuntibus, aut grauiter alioqui de uita periclitantib. cõſulto prius ſi fieri poteſt ſapiente aliquo uiro, & doto Confeſsario, neceſſaria uitæ præſidia ex alienis, ſi ex proprijs non habeat ſubminiſtrare dũ modo nullum inde ſcandalum futurum præuideatur; pręſtaret enim in tali caſu pauperis ſortem diuinæ prouidentiæ relinquere. *Iuſtinian.in Tob.c.*4.*verſ.*7.*Doc.*1.

Et quia omnibus non eſt Sanctorum communicata prudentia, & ſæpius boni ſpecie fallimur, caueant religioſi de monaſtetii bonis, eleemoſynas, uel donationes, abſque expreſſa, uel præſumpta ſeu tacita moderatoris, uel Superioris licentia facere, præter minutiora quædam, quæ pauperib. ſtipem oſtiatim quærentib. ſupfuerunt, in quibus Præfectus conſentire præſumitur, niſi de contraria uoluntate conſtet. ut per *Graff.p.*1.*Deciſ.l.*3.*c.*15.*num.*62.*Arrag.*22.*q.*32.*art.*8.*Bonac.de larg.mun.* *Diſp.*3.*pun.*6.*num.*23.contra *Sanchez.de pręcept.l.*7.*c.*19.*num.*103.

3 *Obſeruatio.*

TErtio aduertendum accipientem bona à religioſis in caſibus non permiſſis, teneri illa monaſterio ſi extent, aliàs pretium, reſtituere, ex communi ſnĩa, ut per *Molſ.l.c.nu.*92.*& Fagund.nu.*16. Imo nondum facta reali reſtitutione, à Confeſsario ſacramentali abſolutione donari non poteſt, ut expreſſe cauetur in Bulla Clem. VIII. Ita ut abſolutio pœnitenti collata antequam rem ipſam reſtituerit, inualida ſit, dummodo moraliter abſque graui incommodo, & damno ſatisfacere poſſit. Eccleſiæ enim pręcepta benigne sũt interpretanda, nec ad impoſſibile, ſeu ualde difficile obligant. *l. impoſſi-*

poſſibilium. vbi *Dec. & Cagnol ff de reg. Iu. Cephalus conſ. 451. num. 316 Roder in qq reg. tom. 2 q. 46. art. 2.*

Et modo ipſe pœnitens abſolutionem bona fide non obtinuerit. ut per *Bonac. l c pun. 4.* Ex quo etiam principio, ut ait *Fagund n. 16.* eos à reſtitutione excuſare poſsumus, qui bona fide aliquid à religioſis etiã ob illicitos uſus acceperint, &c. p ea quæ docet. *Ant. Gabriel. tit. de acq. rer. domin. concl. 2.* & à nobis tradita *in 2. p. de Exam. Eccl. tr. 10. c. 1. q. 2.*

4 Obſeruatio.

QVarto obſeruandum religioſum qui crimen hoc in ſuo monaſterio reſeruatum commiſit, quod ibi confitetur reſeruationi non eſt ſubiectum à quolibet Confeſſario ſuper caſus reſeruatos poteſtate non habẽte abſolui poſſe, ſi à iuriſdictione Præfecti illius monaſterij eſt exemptus, id eſt qñ ab illo cænobio eſt mutatus &c. *Sot. in 4 d. 18. q. 4. art. 2. Syl. v. Confeſſor. 1. q. 12.* Graff. *l. 1. Deciſ. aur. c. 13 num. 47.*

Et ſi in omnibus fere Prouincijs nunc ij caſu reſeruati cenſeantur, qui in Decreto Clem. VIII poſiti ſunt. Quod ſi acciderit in illa prouincia aliquem alium caſum præter illos in Decreto præſcriptos eſſe reſeruatum, tunc talis religioſus etiam ſi non ſit mutatus, ſed hoſpes, illa reſeruatione afficitur, quia regioni, & Prouinciæ in qua reperitur ſe conformare debet *c. illa d. 12. Coriol. p. 1. ſect. 3. art. 10.*

5 Obſeruatio.

QVinto obſeruãdum, religioſo qui facultatem à ſuo Superiori obtinuit, vt quemlibet ſacerdotem in Confeſſariũ aſſumere poſſit, licere quemlibet eligere alterius ordinis, aut etiam Sacerdotem ſecularem à ſuo Epiſcopo non approbatum, idque ſaltem extra Iubilæi tempus, & etiam circumſcriptis caſibus reſeruatis, niſi à Superiore de his etiam ſpecialis facultas detur vt abſolui poſſit, modo ex vi regulæ vel Conſtitutionum, Præfecto illam authoritatẽ dare non ſit interdictum. *Bonac. de pænit. d. 5 q. 7. pun. 1. nu. 25.* Idem *Coriol. l. c. art. 13.*

De nono caſu, qui eſt lapſus carnis voluntate, & opere conſummatus. *Cap. VI.*

Quàm graue ſit peccatum carnis in religioſis perſonis.

QVàm graue peccatum, & enorme piaculum ſit in religioſis uiris Deo dicatis luxuriæ vitium, non ſatis uerbis exprimi poteſt, quid enim tetrius, & deteſtabilius caſtitatis votum profeſſis, & pudicitiæ inſigne quaſi gentilitium candida veſte gerentibus, quàm obſcœnitas, & impuritatis monſtrum, cuius vel ſolum nomen animus audire exhorreſcit? Ad ſordes namque libidinis quæ ſexto decalogi præcepto prohibetur, accedit ſacrilega ſolemnis voti violatio, & religioſi ſtatus ſcandaloſa deformitas. *c. 1. tit. de voto l. 6.*

Certum eſt enim, priuatorum religioſorum peccata toti familiæ, atque vniuerſo cætui à mundanis hominib. attribui. Quinimo quò religioſus ordo eſt obſeruantior, & probitatis, prudentiæq; opinione clarior, eò vehementius in eum ſingulorum regularium errata regeri, illudque poeticum decantari ſolere.

Et crimine ab vno diſce oēs. Man. in adag. D. Aug. ep. 137. ad cler.

Hinc ab ordinis Eccleſijs, & domib. fuga naſci ſolet, contēptui, ac riſui paſſim ipſi religioſi habentur, concionum, & ſacramentorum adminiſtrationis ſpiritualis fructus perit, eorum conuerſationes deuitantur, eleemoſynarum, quibus ipſorum vita ſuſtentabatur, defectum experiuntur. &c. Proinde in huius vitij animaduerſione auctoritatis virgam adhibere debent Superiores; nam ſicut iuſtitia ſine compaſſione crudelitas eſt, ita compaſſio abſque iuſtitiæ rectitudine diſſolutio, & vitioſa, damnoſaque indulgentia eſt. *B. Laur. Iuſt. de reg. Prælat. c. 9.*

Omnibus caſtitas pernecesſaria eſt, ſed maximè miniſtris Eccleſiæ altaris, quorum vita aliorum debet eſſe eruditio, & aſſidua ſalutis prędicatio. Tales enim decet dominum habere miniſtros, qui nulla contagione carnis inficiantur, ſed potius continentia caſtitatis ſplendeant, & totis honeſtis fulgeant in populo exemplis, &c. ait idem *D. Aug. ſerm. 1. dom. 25. poſt. Trinit.*

In quam ſententiam. *Iſaias. c. 52.* incontinentiam ſummopere dete-

deteſtatur dicens: Pollutum nolite tangere, mundi eſtote, qui fertis vaſa Domini. Et *D. Greg.* ſcribens Petro Subdiacono *lib. 1. ep. 42. in fin.* & refertur. *in c. nullum. d. 28.*

Nullus ait, ad miniſterium altaris accedere debet, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata.

Quamobrem incontinentes tanquam ſcabie infecti panes Domino offerre prohibebantur. *Leuit. c. 21.* Scabiem enim habere dicitur is, cui carnis petulantia dominatur: In ea namque feruor viſcerum ad cutim trahitur, per quam luxuriam deſignari dixi. *D. Greg. relatus in c. hinc etenim. d. 99.* In cuius rei exemplum Nadab, & Abiu incontinentes Sacerdotes dum thuribulis ignem imponerent, diuino ictu percuſſi interierunt. *Leuit. c. 10.*

Hinc teſte Cœlio *lib. 7. antiq. lect. c. 27.* ſcribit D. Hieronymus doctiſſimi viri eſſe ſententiam, pudicitiam in primis eſſe retinendam, quoniam ea amiſſa, oīs ruit virtus, & libido in potente, & honorato viro eſt deterior, ſicque ob vitiū luxuriæ plures Reges eſſe interfectos, & regno expulſos, vt etiam refert *Guliel. Bened. in repet. c. Raynutius. num. 69. ext. de teſtam. & Io. Guttierez. lib. 2. can. 2. qq. c. 6 num. 6.*

Tanta eſt etiam huius vitii fœditas, vt propriè ei nomen turpitudinis, & flagitii competat, cuius rei rationem reddit. *D. Th. 22. q. 156. art. 4.* quod omnia carnali cupiditate, quæ nobis communis eſt cum belluis, non ratione metiatur, &c. Vnde *Clemēs Alex.* libidinoſum Centauro comparat, qui ſurſum hominis, deorſum equi effigiē refert.

Exemplum D. Cathar. Senenſis, & S. Philippi.

DE D. Catharina Senenſi ſcribitur, ſi aliqñ à viris, vel fœminis opulentis, ſed flagitioſis, & turpi uitio inuolutis ſalutaretur, nil reſpondiſſe, nec eos aſpexiſſe, imò tergum obuertiſſe, & dixiſſe, ſe ex illorum anima tantum fœtorem efflantem ſenſiſſe, ut ad vomitum prouocaretur. *Buſæus in arte medica v. luxuria.*

B. etiam Philippus Nerius cōfeſſiones excipiens hominum iſtiuſmodi ſordibus infectorum, ita teterrimo, illo, atque peſtilenti odore, qui ex obſcœnis illorum voluptatibus permanabat, afficiebatur, vt manus, aut linteum ad nares admouere, ſe ſeq; in aliam quando-

que

que partem obuertere cogeretur: quod admirabili tamē dexteritate, ne quis id aduerteret, faciebat. Narrabat ille, tàm grauem ſe ex hoc nefario ſcelere odorem percipere, vt cum nullo ſibi videretur fœtorum genere poſſe conferri, vt refert *Gallonius in eius vita.*

Quod multo magis procedit in religioſis, quorum ſtatus in quadam conſecratione conſiſtit, per quam totus homo Deo immolatur, & holocauſtum fit. Et in quibus illa canonica regula militat: Quod ſemel Deo dicatum eſt, nō eſt ad vſus humanos transferendum (ſm̄ illud *S. Lud. ex ordine Franciſc. & poſtmodum Epiſc. Tolet.* Abſit vt hoc meum corpus Deo dicatum velociter abeunte adulterem uoluptate) *c. ſemel. de reg. iur. in 6. D. Thom. 22. q 88. ar. 11.*

Quorum proinde uita Angelorum puritate florere debet, & cum in partem ſortis ſanctorum ſint uocati, ſanctos, ac à cæteris hominibus ſegregatos eos eſſe oportet.

Vnde & lumen mundi, & ſal terræ eſſe dicunt, propterea quod eorum munus eſt fideles doctrina, & moribus illuminare, & Spiritus ſapore condire.

Quod ſcelus in Deo conſecratis uiris, q̄ ſeuerè ultus ſit ipſe Deus, formidabili exemplo oſtendit. *Mart. Delr. lib. 3. diſq. Mag. p. 1. q. 7.* Quod & ſi, ut ipſe ait, recenti fere memoria multis ſit notiſſimum, ſine horrore tamen memorari nequit. Cuius hæc eſt ſumma.

Diuina vltionis exemplum.

IN Flandriæ comitatu tres nominetenus Monachi degebant, proiectæ libidinis, Baccho, Venerique deditiſ cum ſinguli cum ſuo ſcorto cubarent, à Dæmone duobus coquis procacior traditus eſt, & ueru infigi iuſsus, & luculento igne aſsari; eo mortuo ad ſuperſtites ſub ſtragulis trepidantes uix uiuos ait: Niſi reſipiſcatis, terribiliora uos manent. Diſparent laruæ, nec tamen his aliis animus rediit, uel uox, niſi clara iam luce, ubi ſurrexere, collegam inueniunt interemptum, plenè aſſum, & igne conſumptum, ergo.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Et iuxta Græcam ſententiam:

Aliena ſpectans doctus euaſit mala.

Alia exempla eiuſdem generis, quàm plurima tùm in Eccleſia-

ſticis,cùm in profanis hiſtoriis uidere licet: ſed præſertim *in 2. lib. dialog.* D.*Greg.c.*8.*& lib.*4.*c.*32.

Et meritò,eo quod ſuæ dignitatis obliti ſimiles beſtiis efficiantur,& cœleſtibus delitiis contemptis ſtercora amplexentur, & in tanta diuinorum chariſmatum copia, poſt ſolēne caſtitatis uotum, in rem tàm uilem ſe abiiciant,ut eorum cauſa diuina myſteria ludibrio ſint infidelibus, & ab ipſis etiam fidelibus paruifiant. ut experientia docet. *Iuſtinel.de caſt.p.*1.*c.*32.

Et ſane religioſus qui ſibi nequam eſt cui alii bonus erit? *Eccleſ.c.*14. Ita ut merito in eum illa Sulpitii ſugillatio coniici poſſit, Noli imitari malos medicos,qui in alienis malis ſe medicinę ſcientiā temere profitentur,ſeipſos autem curare neſciunt, & nequeunt; ut proinde uerum ſit quod dicitur, Nequicquam eum ſapere qui ſibi prodeſse nequit. Et alijs uigilare,ſibi dormire,extremæ dementiæ eſse.

Quinam in caſum reſeruatum incidant.

EX his cum ſatis conſtet,hunc caſum à Sūmo Pont. propoſitum à iure reſeruari poſse,uidendum eſt,qui nam in caſum incidant. Cum per lapſum carnis omnes ſpecies peccati carnalis comprehendantur, de quibus textus in *c.illa.*36,*q.*1.*&* D.*Thom.*22.*q.*154.*art.*1.*& ſeq vt dixi in p.*1.*c.*7.

1 *Comprehenſio.*

FIt ut non ſolum incidat qui comittit peccatum fornicationis, adulterii,inceſtus,ſtupri,ſacrilegii,ſed etiam qui perpetrat peccatum mollitiei(quod inter delicta contra naturam connumeratur)etiam ſine commixtione tertiæ perſonæ, modo actus ſit perfectus,& opere conſummatus.

Hinc ēt colligatur religioſus cum muliere cubans,& extra uas ſemen emittens.&c.*Coriol p.*2.*c.*9 *num.*19.*Molf tr.*7.*c.*20.*num.*109.

Caſu quoq. hoc afficitur religioſus,qui reperiens ſe ſolum cum ſola muliere, ad actum carnalem eſt ab illa ſolicitatus ſub commu. nicatione de ipſum infamando niſi conſentiat,& cū ipſa peccauit, debebat enim potius quodlibet malum pati, quam ſic delinquere. *c.ſacris.ext.quod met.cauſa.*

Et

Et ad id nou admittendum plura ſibi ſuppetunt remedia, pręſertim ſi ex corde Deo, & B.M.V. ſe commendet. *Coriol. p. 2. caſu 9.* cuius rei exemplum tradit D. *Bonau. p. 1. ſpec. p. 4. c. 4. & Sur. in vita D. Bernard. Senenſ. & Vincent. Ferr.*

Si tamen hic turpi actui conſenſerit, Pontificias pęnas non incurrit, cum in Bullis tantum ſermo ſit de Confeſſarijs ſolicitantibus. *Sanct. c. 46. num. 2. Bonac.* Diſp. 6. *pun. 3. num. 17. Ricc. in Praxi reſol. 67. Graff. de pœnit. & remiſſ. conſ. 7.*

Quinimò quando per capitulum generale, ſeu Prouinciale iuxta falcultatem à Summo Pontifice ſibi traditam, ad præſentem nouũ caſum hæc verba ſuperadderentur, videlicet, Et quidquid eſt contra votum caſtitatis, quod in actum externum prodeat, tunc ſi ſolũ prouocatio, ſeu ſolicitatio ad turpia intercefferit, puta oſcula, tactus, ſeu impudici amplexus, ſiue in propria, ſiue in aliena perſona, caſus etiã reſeruati cenſerentur. *vt per Steph. Quar. in ſum. Bul. in v. caſus.*

Caſtitatis voto quęnam includantur.

ET ratio eſt, quod caſtitatis votum ea omnia includit, quæ in ſexto decalogi præcepto continentur, in quo quidem omnis carnalis corruptio interdicitur, ea excepta, quę in ſacramentalis cõiugii fœdere permittitur; ergo mollities, quæ eſt carnalis turpitudo, & caſtitati opponitur, voto etiã ipſius caſtitatis directe aduerſatur. *Nau. conſ. 22. de voto Graff. de voto conſ.* 11.

Cui enunciato fauet quod ait *D. Aug. relatus in c. meretrices. 32. q. 4.* vt ſicut furti nomine omnis illicita vſurpatio rei alienæ comprehenditur, ſic fornicationis vocabulo omnia illa abſque dubio prohibentur, quæ ſextum decalogi mandatum complectitur.

Addo quod ſi Confeſſarius regularis ad turpia in actu confeſſionis prope, ante, vel poſt, uel etiam in loco confeſſionis ſollicitaſſet, vel obſcœnos ſermones admiſcuiſſet, licet olim eius Superior cõtra ipſum procedere poſſet, nunc tamen eius cognitio ad Inquiſitores ſpectat, vt Clem. VIII. declarauit. teſte *Peramo de orig. Inq. l. 3. q. 10.* At hodie ex Bulla Greg. XV. ad ipſos Inquiſitores, & Epiſcopos pertinet.

Qui non incidant.

1 *Exceptio.*

NOn incidit primo, qui turpem aliquem actũ perpetrare tantum cuperet, vel qui carnali peccato voluntarie delectaretur, quod eſt lethalis culpa, & vt multi volunt, eiuſdem cum peccato operis ſpeciei. *Sayr. in claui reg. l. 8 c. 7. dub 9. Leſſ l. 4. c. 7. dub.* 15. vbi de cõi ſententia teſtatur. Nec ẽt qui ſe ipſum impudicè tangeret, vel aliam tertiã perſonam oſcularetur, & libidinose contractaret, etiam ſi per accidens, & præter intentionem pollutio ſubſequatur (quamuis mortali culpa huiuſmodi impudicitia ſe cõtaminet.) Niſi tamẽ fragilem ſuam naturã cognoſcendo, hoc euẽturum eſſe facile præuidere potuerit. &c. arg. quod de delicto ab ebrio, vel dormiente commiſſo. tradit *Couar. in clem.* 1. *p.* 3. *num.* 31. *de homicidio. & Tiraq. de temp. pœnis cauſa* 5. *&* 6. Arg. etiam quod diximus *in* 1. *p. de Exam. tr.* 7 *c.* 27. *q.* 113. de Confeſſario fragili qui aliàs expertus eſt dum fœminarum confeſſiones audit pollui ſolere. &c.

At nullam mortalem noxam admittet religioſus ille, & multo minus incidet in caſum, qui abſque praua libidinis intentione iuxta morem patriæ mulierẽ (vt apud Gallos fit) oſculatur, & manũ tangit, licet motus ſenſualitatis inſurgat, & aliqua carnalis delectatio percipiatur. *Sayr. lib. 8. clau. reg. c. 7. num.* 33.

Hic nihilominus decorũ, & honeſtatis leges, ſi fieri põt, ſeruãdæ ſunt, & ſcandalum cauendum eſt; nec enim viros Eccleſiaſticos maxime religioſos decet hoc modo erga fœminas amicitiam teſtari; etiam ſi aliquo modo ſanguine iunctæ eſſent, vel pueros, ex quibus aliquid ſcandali, vel periculi naſci poſſet, vt ait *Leſſ. lib.* 4. *de iuſt. & iur. c.* 3. *dub.* 8. *num* 57. *Val. Regin. lib.* 22. *c.* 1. *ſect.* 2. *num.* 5. *Maſcar. volum.* 2. *de probat. concl.* 1472.

2 *Exceptio.*

NOn incidit 2. qui neceſſitatis uel munditiæ cauſa ſecreto balneo ſe abluendo, nudas partes abſque praua mente tangendo, inconſultò pollutionem pateretur. *Sanchez. lib. 9. de matrim. d.* 45 *num.* 9. *Bonac. q.* 4 *pun.* 10. *num.* 8.

Vt enim pollutio ſit caſus reſeruatus, tria concurrere debent. Primo vt ſit lapſus carnis. Secundo vt ſit uoluntarius. Tertio ut ſit opere conſummatus. *Molf. tr. 7. c. 20. num. 98.*

An balneis ſit vtendum, &c.

NIſi tamen neceſſitas cogat, & debitæ cautelæ adhibeantur, balneis, & ablutionibus ſancti Patres abſtinendum arbitrã‑tur, tùm ob puritatis, & caſtitatis periculum, tùm ob decorum religioſum, cum fieri non poſſit lotio ſine nudatione, qua corpus vel propriis, uel alienis oculis exponitur. *Vmbert. in reg.* D. *Auguſt. c. 122.*

Vnde cum ex balneorum frequentatione multa animarum pericula naſcantur, multi religioſi ordines diſtricte præcipiunt, ne quis ſine magna neceſſitate de medicorum conſilio, & Superioris licentia ad ea accedat. *Nigron. Reg. 17.*

In perditis quoque, & ad omne dedecus expoſitis hominibus tenerrima eſt oculorum uerecundia, ait *Senec. lib. 1. nat. q. c. 16.*

S. Athanaſius ad virginem religioſam de nuditate vitanda loquẽs, Imo, inquit, neque te ipſam conſideres depoſita ueſte. Et poſtea niſi ſumma neceſſitas cogat, vſum balnei interdicit. ut per eundem *reg. de virg. conſecr.*

Et ſcimus tàm in mulieribus, quàm in uiris nuditatem ſemper habuiſſe aliquid pudoris, & uerecundiæ, præſertim uero pudẽdorum, quæ & hinc hoc nomen accepiſſe uidentur. ut ait *Tiraq. in l. 5. connub. num. 34.*

Vnde aliqui ſancti uiri zelo caſtitatis, & ſtudio tegendæ nuditatis, iure laudantur, quod morte imminente, ſibi adhuc ſpirantibus ſubligaculum induci iuſſerint, ne quis poſt mortem eas corporis partes nudas aſpiceret, quas ipſi opertas maxime cupiebant.

Commendatur in primis B. Burchardus apud *Baro. tom. 11. Annal. an. 1026* qui paulo ante mortẽ aqua puriſſima ſe lauit, ne mortuus nudus cerneretur.

3. *Exceptio.*

TErtio non incidit, quoties pollutio præter intentionem inuoluntarie ſequitur ex aliqua neceſſaria, uel honeſta cauſa, ut

audi-

audire confeſſiones fęminarum; uel eas caute, & iuſta ſubſiſtentē cauſa alloqui, equitare, &c. Nam modo cōſenſus abſit, nulla eſt culpa ab eo munere non deſiſtere, etſi ipſa pollutio ſubſequenda prævideatur, cum ille potius patiatur quàm agat, vt dum etiam ex naturæ infirmitate, uel debilitate uirtutis retentiuæ procedit. *c. teſtamentum. d. 6.*

Et effectus per accidens contingens ius ſuum proſequenti non imputatur. D. *Thom. 22. q. 154. art. 5. in corpore. Caiet. in opuſc. tom. 1. tr. 22. de pollutione ex audentia confeſſionum. q. 1. art. 1. & 2. Sanch. l. c. num. 4.*

Quod tamen *num. 6. Graff. de caſ. reſ. l. 3. c. 8. num. 30. & Bonac. l. c. num. 9.* merito temperant ex communi Doctorum ſententia, niſi probabile conſenſus in pollutionis delectationem periculum ſubſit, tunc enim quantumuis cauſa licita ſit, ſub lethali culpa eſt ab ea abſtinendum, quia amans periculum peribit in illo. *Eccleſ. c. 3. Caiet. in ſumma in v. periculum. Io. Bapt. Corrad. in reſponſ. caſ. conſcientia. q. 397. in addit.* ut ſcriptum reliquimus *in 2. p. de Exam. tr. 7. ca. 27. q. 113.*

Aduertendum tamen ex *Caiet. in d. art. 2. & Sanch. num. 2.* inter urinam, & ſemen dari medium & tertium humorem, qui ex quacumque alteratione turpis membri effundi ſolet, & proprie dicitur diſtillatio, de qua non magis quàm de ſudore curandum eſt, ni ſi ipſam carnis rebellio comitaretur.

Signum autem quod pollutio non ſit, hoc eſt pręcipuum, quod pollutio abſque carnis commotione, ac uenerea delectatione contingere nequit: cum tamen diſtillatio aliquando impercibiliter, & ſine carnis motu fluat. *Arg. Fuſch. de viſit. eccleſ. l. 2. c. 25 num. 6. Vgol. de off. Epiſcopi p. 2. c. 29. §. 3. Comit. in Reſpon caſ. conſc. l. 4 q 18.*

4 *Exceptio.*

QVarto non incidit, qui in ſomnis poſtquam ex lumbis excíſa eſt pollutio, expergeſieret, nec illam retineret, cum cohibere nequeat: tunc enim non peccat ſaltem mortaliter; cum pollutio inuoluntaria inſemi experrecto culpa lethali careat, eo q̃d nō adſit plenũ iudiciũ. *Tolet. lib. 5. c. 12. Sot. in 4. d. 12. q. 1. ar. 7. Sayr. l. 8. clau. reg.*

reg. c. 5. num. 11. Sà in v. luxuria num. 11. Molfeſ. tr. 8. c. 8. num. 207. Fagund. p. 3. l. 3. c. 6. num. 11. Sanch. de mat. l. 9. Diſp. 17. num. 17. Bonac. eod. tr. q. 4. pun. 10.

5 *Exceptio.*

QVinto non incidit, etiamſi pollutio in ſomnis contingens ex cauſa mortali proueniat, quandoquidem pollutio nullo modo in ſe volita, ſed indirecte tantum in ſua cauſa, non eſt peccatum malitia ſua interiore, ſed exteriore ſuæ cauſæ, ea ratione præſoribus ſe offerente: quia non aliter quidquam peccatum eſt, quàm prout voluntarium. *Tolet. lib. 7. de ſept. pecc. mort. c. 1.*

Vnde ſequitur, eum, qui occaſionem culpabilem pollutioni dedit, ſi de ea legitime pœni uerit, antequam hæc ſubſequatur, poſt eã ſubſequentem cu pa vacare, cum intrinſecam cauſam non habeat, vt pote in ſe non voluntariam, nec extrinſecam ex data occaſione, quia culpa admiſſa eam dando abſterſa eſt, prauaque voluntas pœnitendo emendata. *Sanch. l. 9. de matrim diſp. 25. num. 29. & Regin. l. 22. c. 3. ſect. 10. num. 44.* Idem *Fagund p. 2. l. 8. c. 7. num. 17.*

Ex quibus autem cauſis pollutio in ſomnis naſci, & prouenire ſoleat, vide præcitatos Doctores, vbi tradunt, ex quatuor potiſſimũ cauſis deriuare.

Nocturna pollutio vnde naſcatur.

PRimum ex Dæmonum illuſione, qui phantaſmata commouere ſolent, ex quorum repreſentatione ipſa pollutio in ſomnis ſubſequi ſolet; & culpa vacat, *ex D. Thom. 3. p. q. 8. art. 7. Caſſ. collat. 22. c. 6. Perer. in Danielem, lib. 1. q. 2.*

Secundo ex naturæ ſuperfluitate, quæ in corde generatur;

Nam, *Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.*

Lexicon Theologicum in v. digeſtio. Graff. conſ. 23. num. 17. de ſct. excom. & hæc etiam inculpata eſſe ſolet.

Vnde S. Petro Cæleſtino dubitanti an poſt pollutionem, quæ noctu ſine ulla animi labe acciderat, ſacrum facere poſſet, Chriſtus in ſomnis apparens ſignificauit, non debere animum à rerum diuinarum exercitatione ſeiungi, cum ab immundæ carnis illecebris alienus eſt. Qua uiſione ſeruus Dei recreatus, mentis quietem reſum-

pſit,

pſit, probè intelligens ob inuoluntariam legique mentis ſuæ repugnantem carnis impuritatē, non eum oportere à diuini ſacramenti communione ceſſare. vt apud *Surium. & Lipom. in eius vita 19. Maii.* Conſulenda ſunt quæ ſcripſimus *in Comment. de Exam. Eccl. tr. 7. c. 27. q. 112.*

Imo adde bonum eſſe conſilium tunc digne, deuote, ac reuerenter accedere, vt docet *Iuſtinus Martyr. philoſoph. q. 21. ad gentes.* ibi Non eſt æquum propter hanc inuoluntariam paſſionem abſtinere à myſteriis. Et ita docet etiam *Suar. in 3. p. diſp. 68. ſect. 2. & Fagũdez. in 3. p. Eccleſ. l. 3. c. 6. num. 6.*

Tertio ex præcedenti cogitatione ortum habet pollutio, cum ea in ſomnis contingere ſoleant, quæ in uigilia mente uoluimus: quæ illam culpam ſecum trahit, qualis erit cauſa quæ data fuerit.

Quarto ex ſuperfluo cibi, uel potus humore, cui ut plurimum ueniale peccatum ſubeſt. *DD. in c. teſtamentum. d. 6. Nauar. in man. c. 16. num. 8. Tolet. lib. 5. c. 13. Sot. in 4. ſent. d. 12. q. 1. art. 7. Sayr. lib. 8. clau. reg. c. 3.*

6 Exceptio.

SExto nõ incidit in caſum, qui moroſe in aliqua turpi cogitatione delectaretur, ſeu turpiter loqueretur, uel aſpiceret, ſeu etiã in aliquod obſcœnum mente conſentiret. Nam etſi lethali noxa ſe obſtringat, & uotum caſtitatis etiam uiolet, & ſacrilegium admittat, cum tamen hoc non ſit lapſus carnis uolũtarius, opere perfectus hoc caſu non includitur. *Coriol. caſu 11. num. 15. Molf. num. 104.*

Sicut à caſu nõ uero à culpa eſſet exẽptus, q̃, ut ſupra innui, libidinoſe tangeret, uel oſcularetur, niſi ex iis ad pollutionis actũ deueniretur, &c. *Graſ. conſ. 2. in fi. de pænit. & remiſſ. Nald. in v. caſus n. 3.*

7 Exceptio.

SEptimo non incidit in hunc caſum, q̃ fœminã uel puerum in cõfeſſione uel in loco confeſſioni deputato, ad turpia ſolicitauit, cum hic non adſit lapſus carnis opere conſummatus, quamuis graui ſacrilegio ſe contaminauerit, & de hæreſi ſe ſuſpectum reddiderit, ut proinde à perſona ſolicitata, ſub lethalis culpæ reatu ad Epiſcopum, uel Inquiſitorem hic ſacerdos ſit deferendus, quò ꝓ criminis qualitate grauibus pœnis afficiatur, ut cauetur in Bulla Greg.

XV.

XV. Incip. *Vniuerſis gregis.* vt per *Sanct. de hæreſi c. 44. & Bonac. de obligat. denunt. l. 6. pun. 3.*

8 *Exceptio.*

OCtauo à caſu immunis eſſe poterit cum probabiliter dubitat an actus ſit conſummatus ac proinde peccatum reſeruatum ne ſit ambigit. Hinc qui v.g. dubius eſt, an pollutio ſit ꝓpria culpa opere conſũmata, à non habente facultatẽ abſoluẽdi à reſeruatis beneficio abſolutionis donari poterit, quia in dubio caſus reſeruatus, non cenſetur.

Et pœnæ inflictæ in Decreto Clemẽtis VIII. contra abſoluentes à caſibus dubiis non habent locum quò ad regulares in propria religione. *Sanch. de Præcep. l. 1. c. 10. num. 74. Flor. p. 1. c. 5. num. 23. Bonac. tom. 2. d. 5 pun. 5. §. 4.*

Praxis obſeruanda erga regularem in peccatum carnis prolapſum, &c.

PRaxis obſeruanda circa pœnitentem regularem, qui in aliquod peccatum carnis re ipſa lapſus fuerit, huiuſmodi eſſe poterit.

Quid quò ad confeſſionem obſeruandum.

QVò ad confeſſionem inquirendum, an opus ipſum ſit conſummatum, vt ſciatur, an peccatum ipſum ſit reſeruatum. Nam vt ſupra dixi, Et ſi qui votum caſtitatis emiſerunt, toties mortaliter votum ſuum infringant, quoties deliberato animo in aliquem luxuriæ actum mente ipſa conſentiunt. *c. vouentib. 17. q. 1.* non tamen caſus reſeruatione ligantur, niſi actus ſit opere conſummatus. *Graff. conſ. 2 de pænit & remiſſ. num. 18.*

An pollutione voluntaria ſe fędauerit, in qua quidem aliæ deformitates inuolui ſolent; quandoquidem ſi dum ipſum peccatum admittebat, alicui perſonæ mente adhærebat, eſt eiuſdem generis delictum, cuius eſſet ſi re ipſa committeret cũ ea perſona quam affectabat, vel de qua turpiter cogitabat; vt ſi virginem optat, vel eam imaginatur, eſt ſtuprum, ſi coniugatam, adulterium, conſanguineã, ince-

inceſtus,& ſic de aliis. Imo cũ ſæpius in vno delinquat actu, quoties in diuerſas perſonas fertur. Perpendendum erit an diuerſa tunc in mente verſauerit obiecta. Item an alieno adminiculo fœditatem illam procurauerit, quia propter ſcandalum,& participationem in alterius peccato grauius ſcelus admittitur. *Sayr.lib.4.clauis reg. c. 5. num* 7. & alii communiter. Quæ omnia ſunt in confeſſione aperienda. *Tolet.lib.* 5. *c* 13.

Cum autem hoc peccatum non tantum luxuriæ, ſed etiam ſacrilegij rationem habeat, ſicq. duplicẽ malitiã induat, non ſufficit ei, vt in confeſſione dicat. Fornicatus ſum, niſi etiam aperiat, ſe violati voti reum eſſe. *Azor.l.*12.*c.*12.*q.vlt. Sayr.l.*6.*c.*2.*num.*4.*Leſſius l.*4. *c.*3.*dub.*12.

Delicti grauitatem oſtendat, & obiurgare non omittat, iuxta Sapiẽtis conſilium. *eccleſ.c.*19. Corripe amicum, ne forte non intellexerit, &c. Cõfeſſarius enim ex lege iuſtitię, charitatis, & amicitiæ errantem pœnitentem corripere tenetur. *Val.*22.*d.*3.*q.*10.*p.*3 *in fi.*

Si autem puſillanimem eum videat, & tantum de ſuis peccatis concepiſſe dolorem deprehendat, vt non obiurgatione, ſed conſolatione egeat, iacentem erigat, & ad ſpem hortetur, ſicque ad inſtar Samaritani vinum, & oleum in plagas ſauciati infundat. *c. omnis. ext.de pœnit. & remiſſ.*

Quid quo ad abſolutionem obſeruandum.

QVò ad abſolutionẽ, animaduertatur, an ſemotæ ſint peccandi occaſiones. Quod in omnibus carnis peccatis ſæpius obſeruandum diximus. Si quidem, *vt ait D.Ber.in pſ* 91. Caro pœnitentis memor libertatis recens amiſſę, acrius concupiſcit aduerſus ſpiritum.

Quantum valeat loci mutatio.

ET ſi abſoluens eſſet Superior, vt Generalis, vel Prouincialis Præfectus, ſi ſine ſuſpicione fractionis ſigilli fieri valet, vt multi volunt, de vno Collegio in aliud mutare poſſet, quia mutatione loci mutatur mentis affectus. *c. valet. d.*81. Et locorum mutatio ad corporis etiam, nedum animi morbos confert, iuxta illud: *Conualet*

ægrotus veteri ſtatione recedens. Tiraq.l.16.connub.num.54.

Et in animarum curatione valet ille Medicorum aphoriſmus, à Cornelio Celſo traditus *lib. 2. de re medica.c.1.* Peſſimum eſt cælū quod ægrum fecit.

Quoniam etiam rei amatæ imago, quę noctes, atque dies ob oculos obuerſatur, hominem effaſcinatum reddit, ideò in grauiorem aliquam curam animus diſtrahendus, quouſque inſidens illa mẽtis cogitatio intepeſcat; nam

Intrat amor mentes vſu dediſcitur vſu.

Quod & Lucretius his verſibus aperit.

Sed fugitare decet ſimulacra, & pabula amoris
Abſterere ſibi, atque aliò conuertere mentem.

Et ut ait *D.Aug.in reg.c.19.* Si nolit ægrotus, ſuæ cupiditati non obediatur; aliquando enim etiamſi noceat, prodeſse creditur, quod delectat. Quod etiam illo Catonis dicto docemur. *Quæ nocitura tenes, quamuis ſint chara relinque, &c.*

Quia tamen confeſſionis iugum ex hoc graue reddi poſset, & ſubditis occaſio daretur, ne libere peccata ſua Superioribus confiterentur, & multa alia incommoda facile conſequi contingeret: ideò ſatius eſset, notitia in ſacramentali confeſſione comparata nullo modo uti, vt Clemẽtis 8. Decreto cautum eſt. *Coriol.p.1.ſect.1.art.13. Mart.Delrio.l.6.diſq.mag.c.1.ſect.2.Sanchez.l.3.de matr.diſp.16. Sà in v.Confeſſio num.32.*

Ad peccatorum deteſtationem eum inducet ſignificans quàm turpe, & damnabile ſit, poſt caſtitatis uotum, Venereos actus exercere. Vnde *Gulielmus Peraldus in ſumma vitiorum.tom.2.c.9.*

Peccatum carnis in religioſo apoſtaſia eſt, & quid ad eam profligandam conferat.

SIc ait: Peccatum carnis in religioſis apoſtaſia eſt; ſi enim qui habitum religionis deſerit, apoſtáta iudicatur, cum caſtitas magis ſubſtantialis ſit religioni, quàm habitus, qui caſtitatem deſerit, apoſtata eſt, proinde de tali uerum eſt quod legitur *Prouerb.c.6.* Homo apoſtata vir inutilis: nec quantum ad Deum utilis eſt, quidquid enim facit in Clauſtro, non ualet ei ad meritum uitæ æternæ. Et quò ad homines inutilis eſt, cum ei ſit ſcãdalo, & deriſioni. hæc ille.

Vrgeat quàm turpe, & execrandum ſit, uotiuam caſtitatem, & datam

datam fidem fregiſſe, nā conſtitutio illa, Pacta ſeruabo, ab ore Dei proceſſit. *Pren.c.5. Bald. in Rub.de conſtit. num.* 1. *Peregrin.de Iure fiſci l.6.tit.1.num.9.*

Vnde Ariſtoteles Alexandrum Magnum monebat vt promiſſa obſeruaret, aliàs malus exitus ſubſequeretur. Idem *Bal.in l.1.ff.de pactis. Curt.Senior.conſ.68. Burſatus vol.1.conſ.78. Bart.in l. Quin. M.ff mandati. Menoch.conſ.156.num.22. Surd.conſ.583. Barb.cap.1. de pactis.*

Significet, opus eſſe lachrymarum flumine, & contritione inſtar oceani, ad eiuſmodi maculas eluēdas, opus eſt oratione, deuotionis ſenſu, & inconcuſſo bene viuendi propoſito ad Dei gratiam conciliandam, &c.

B.M.V. opem imploret, & per eam à Deo veniam expoſcat. Ille enim non timet æternum væ, pro quo ſemel orauerit Maria, vt ait *Ludulphus in lib.de vita Chriſti.*

Illam ad tuendam in poſterum puritatem patronam, & adiutricem ſibi aſſumat. Tanta enim erat etiam in terris eius vis, & potentia, vt non ſolum in ſe virginitatem ſeruaret, ſed etiam ijs, quos cerneret, inſignem integritatem conferret. *Mart. Fer. in iuſtit. conſ. lib.2.tr.1.c.7. Ægidius de Iure honeſt.art.*18.

Finem religionis ad eius memoriam reuocabit, qui quidem eſt animæ puritas, & cordis munditia. *vt Caſſian in* 1. *collat.PP.c.4.* his verbis tradit.

Finis regularis profeſſionis.

FInis quidem noſtræ profeſſionis regnum Dei, ſeu regnum Cælorum eſt; deſtinatio vero, ideſt ſcopus, puritas cordis, ſine qua ad illum finem impoſſibile eſt quemquam peruenire.

Sic enim, & D. Ludouicus Franciſcanæ familiæ alumnus, & poſtea Epiſcopus Toloſanus, viſus eſt à quodam religioſo ſocio à magna multitudine Angelorum in Paradiſum deferri, cæleſti voce clamantium. Sic fit ſeruiēti Deo in munditia, & puritate. *Henric. Sedul in eius vita in annotat.ad c.* 19.

A qua re non abludunt illi verſus, qui à Thoma Triuiſano in *prai*[illegible] *ui crim.regul.c* 2. referuntur.

Ampla corona quidem, nigra vt illis, vota rotunda,

Non faciunt monachum, ſed mens à crimine munda.

Arg. Card. Bellar. l. 2. de monach. c. 2.

Atque poſtea idem *Caſſ. c.* 7. ait, quod gratia huius puritatis acquirendæ ſolitudo ſectanda eſt, pro hac ieiunia, vigiliæ, labores, lectio, meditatio, & vniuerſæ virtutes ſuſcipiendæ ſunt: quia ipſe non ſunt perfectio, ſed perfectionis inſtrumenta.

Puritas cordis quibus modis comparetur.

HÆc autem cordis puritas tribus potiſſimum modis acquiritur, & tribus etiam conſeruatur.

1. Modus puritatem acquirendi.

PRimus eſt oratio, qua hæc virtus à Deo poſtulatur, iure enim Salomon. *ſap. c.* 8. ait: Sciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det.

Vt quotidie orationi mentali ſe tradat, eſt. n. potiſſimum adiumentum ad perfectionem perueniendi. *Caiet. 22. q. 8. ar. 3. Suar. in Canal. 3. §. 8. q. 2.*

Inſuper vt humilitatē amplectatur, vt enim homo humilis fiat, ac ſe demittat, aliquando Deus permittit vt in aliquod luxuriæ peccatum labatur, eiuſque facies ignominia impleatur. *Lud. à Ponte. tom. 3. tr. 2. c. 7. Morales in* Matth. *l. 4. c. 7. num.* 41. *Inſtit. Tob. ca. 4. verſ. 14. Docum.* 1. Quod alibi aduerti.

2. Modus puritatem acquirendi.

SEcundus eſt quotidianum conſcientiæ examen, & propriarum actionum trutina, in qua perfectioris vitæ cardinem verti rectè exiſtimarunt Patres. *S. Doroth. ſerm. 16. Hier. Grat. de regul. diſſip. c. 8. &* Io. *Oſor. tom. 4. in concione de exam. quotid.* vbi inquit, vt hoc examen rectè fiat, ſummo mane te Deo tuo offer, proponens omne vitare peccatum. In nocte vero priuſquam cubes, collige te ipſum, & primum gratias Deo age pro acceptis beneficijs; deinde lumen cæleſte pete, quo peccata tua agnoſcas, & corrigas, ſine enim

hoc

hoc auxilio nil proficimus: nam prouerbium fuit antiquum. Lunæ radiis non maturefcit bottus: ſed ſole iuſtitiæ indigemus, & luna noſtræ diligentiæ. hæc ille.

Et. *D.Bonauent.de Purit.conſc.c.*14.ait vitioſas ſuas affectiones non agnoſcere eſſe maximum impedimentum, ne quis in uia Domini proficiat.

3 *Modus puritatem acquirendi.*

TErtius eſt, vt regularis ſi in ſe aliquid deprehenderit, quod legi naturali, diuinæ, regulæ ſtatutis, & propriæ profeſſioni repugnet, contritione, confeſſione, & ſatisfactione expiet, & dignos pænitentiæ fructus faciat. *Molf.tr.7.c.1.num.31.*

Progreſſiones ſuas ſemper vrgeat, & ad maiora ſemper animum intendat, vt Sanctos omnes feciſſe legimus, & inter alios D. Carolũ Borrom. De quo *Carolus à Baſilica Petri in eius vita lib.7.c.* 12.

Statuat præterea ſibi ſemper dum viuit eſſe in ſpiritu progrediẽdum, nec propriis viribus, ſed diuinis auxiliis nitendum. Peccata vero etiam leuiora ſedulo eſſe deuitanda, præſertim quæ magis religioſæ perfectioni aduerſantur. Perpetua eſt enim Satanæ conſuetudo, vt primum peccata quoad fieri poteſt, extenuet, eoque hominẽ adducat, vt ea tanquam leuia, paruique momenti nihil curet, vt proinde atrocioribus peccatis aditus ad nos pateat. *Bilius in Anthol. cer.46.*

Nemo repente fit malus.

IO. *Oſorius tom.3.conc.2.ad religioſos, & Roſignol.de Diſcip.Chriſt. perfect.l.2.c.*19.ait ex D.Bernardo, Cum videris grauem caſũ viri religioſi, noli putare repentinum illum fuiſſe, quia nemo repente fit ſummus, ſed illud primum accidit, quod Sapies ait in *Eccleſ.c.* 10. In pigritiis humiliatur contignatio, & in infirmitate manuum perſtillabit domus. Conſentit *Caſſian.collat.6.c.* 27 Meminerit B. Laurentium Iuſtinianũm dicere ſolitum, ſerui Dei nõ eſſe à magnis peccatis cauere, id enim ſæcularis hominis eſſe, ſed parua, & leuia deuitare, ne charitas refrigeſcat. *Bernard. Iuſt. in eius vita c.* 9. *Fornar. in Inſtit. Confeſſ.l.2.tract.1.c.*13. *Nigron.in tract.de Cura minim.p.1.*

Proinde Clemens VIII. in *Decretis pro refor. regul.* Superiores admonet, vt memores ſint rationis quam in nouiſſimo die pro grege ſibi commiſſo reddituri ſint, ideo omni ſtudio inuigilēt, vt quæ in ſui ordinis regulis de oratione mentali, ſilentio, ieiuniis, capitulo culparum, alijſque ſpiritualibus exercitiis pie ſancita ſunt, ea omnia ad vnguem obſeruentur. Et in quolibet conuentu ſingulis hebdomadibus de religioſa diſciplina, regularique obſeruantia, ſermo habeatur. vt apud. *Nald. v. religioſus num.* 38.

Tribus pariter modis conſeruatur hæc cordis puritas.

Puritas cordis quomodo conſeruetur.

1 *Modus puritatem conſeruandi.*

PRimus eſt, vt Deum præſentem ſibi ante oculos proponat. *gloſſ. in c. & venit. de pænit. d.* 1. *Caſſ. collat.* 12. *c.* 5. Magna malorum pars tollitur, ſi Deus iudex, & teſtis habeatur. *Leſſius de vera fide cõſid.* 3. Meretrix aliquando pictam Palemonis ſeuerioris diſciplinæ philoſophi imaginem cum vidiſſet, timuit, ſibique ne in ſcelus rueret, conſpectu imaginis frænum iniecit. Thais venereis obſcœnitatibus dedita, diuinæ præſentiæ conſideratione, à cæno vitiorum emerſit, *Thom. Stapl. in Dom.* 16. *poſt Pent. Victorel. in notis ad Nau. cap.* 23, *num.* 111. *Lud. à Ponte de perfect. tom.* 3 *tr.* 2. *c.* 10. § 1.

Maxime conducet, religioſos ſui ordinis Patriarchas, uel fundatores ſemper habere præſentes, cum probabile ſit, eos non modo externas actiones ſuorum alumnorum cognoſcere, ſed totius cætus, ac ſingularum perſonarum mutationes videre, cogitationumque ſecreta rimari. teſte *Molina in* 1. *p.* D. *Thom. art.* 8. *diſp.* 5. *membro* 3.

Hinc fiet ut cum religioſi eximio amore, atque obſeruantia uitæ ſuæ duces proſequantur, ſi illorum præſentiam efforment, & ab illis ſe uideri opinentur, à multis uitiis, & defectibus abſtineant, quos alias admitterent, conſiderata nempe eorum ſanctitate, ueſtigiiſque ad inſiſtendum relictis. *Combrec. lib.* 2. *de Rud. prof. &. c.* 2.

2 *Modus puritatem conſeruandi.*

SEcundus eſt externorum ſenſuum cuſtodia, præſertim oculorũ cautio, cum mors intret per feneſtras, & oculi ſint principes ad nocendum. *Ier. c. 9. c. viſis. 17. q. 2. Caſſ l. 6. c. 2. Ianſen. in comment. in Eccleſ. c 9.*

3 *Modus puritatem conſeruandi.*

TErtius eſt otii deuitatio, aliarumque occaſionum declinatio, quæ in illis uerbis comprehenduntur.

In turpe peccata labendi occaſiones.

O*Tia, ſegnities, ſomnus, caro, fœmina, vinum,*
Proſperitas, ludus, carmina, forma puer.

Ropertus Holchot. *ſuper Sapien. lect* 128. *Mart. Delr. p.* 1. *diſq. mag. lib.* 3. *ſect.* 3. *Grat. de diſcipl. reg c.* 7. vt etiam ſcripſi ſupra in prima parte *c.* 7. *de remedijs luxuriæ.*

De primo, & ſecundo eſt illud SS. In deſideriis eſt omnis otioſus. *numquam de conſ. d.* 5.

Et Diogenes dicere ſolebat, Amorem eſſe uacantium, & otioſorũm occupationem.

Proinde Lucianus in dialogis inducit Venerem filium obiurgãtem cupidinem, quod Palladem non vulneraſset, is autem ſe tuetur quod numquam inuenerit otioſam, ſed litteris ſemper operam dantem. *Tholoſ. in arte mirabili l.* 12 *c.* 1. *& in ſynt. Iuris l* 39. *c.* 6.

Hinc excuſantur à peccato puellæ etiam in die feſto laborantes, ad fugandum otium, luxuriæ, ac ueneris nidum. *Syluester.* 2. *Dominica. num.* 4. *Campan. Rub.* 12. *c.* 18. *Sà in v. feſtum num.* 6.

De tertio canit Cato.

Nam diuturna quies vitijs alimenta miniſtrat.

Et B. *Ephram. de vita ſpirituali, c.* 76.

Quieti, inquit, & ſomno tantum tempus impende, quantum cogit ipſa neceſſitas, quies enim diuturna corpus emollit, & libidinis ignem facile accendit.

De

De quarto ait *Apoſt. ad Rom.* 14. Bonum eſt non manducare carnes, cuius ratio eſt, ꝙ earũ vſus luxuriã gignit. *Gemãn c. deniq. d.* 4.

Quantum mulieres fugiendæ.

DE quinto dicũt Doctores mulierem dici à molliendo, quia animos ẽt ferreos emolliat. *Lud. à Pon. tom.* 3. *tr.* 2. *c.* 9. *Tiraq. l.* 6. *connub. p.* 6. *num.* 24. *Barb. in c.* 9. *tit. de eo qui cogn. conſ.* 1. Vnde ſcite, & vere ille dixit: Oleum nutrit lucernam, & ignem luxuriæ confabulatio mulierum.

Meminerit religioſus, quod iuſtus vix ſaluabitur. 1. *Petr.* 4. quia laborioſo certamine inter tentationes conſtitutus, concupiſcente quotidie carne contra ſpiritum, vix iuſtus perſeuerat. Hinc & D. *Hier. in ep. Nep.* ait, nec in præterita caſtitate eſſe confidendum. Siquidem & D. Greg *Nanzianz.* conqueritur ſe cum moleſtia in ſeneƈtute ſentire, quæ in iuuentute facile vicerat, videlicet ardentes libidinis faces, & alios confliƈtus. Vnde ſollicite Dominum precatur, ſeneƈtutẽ quæſo meam optime Deus, canumque hoc caput ſerua vitæque finem optatum concede. Proinde religioſus Confeſſarius cum earum cõfeſſiones excipit, auſterum potius, quam blandum, & familiarem ſe exhibere oportet. *D. Ant. in* 4. *p. tit.* 4. *c.* 6. §. 2. *Fuſch. lib.* 2. *de viſit. eccleſ. c.* 15. *num.* 88. *Coriol. p ſect.* 4. *art.* 14.

Vinum moderate ſumendum.

DE ſexto ait *Apoſt. ad Epheſ.* 5 Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. *c. luxurioſa d.* 35. Et Poeta:

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

Iõ moderate, & eo aqua diluto vtẽdũ eſt. *c.* 14. *de vit. & hon. cler.* Quia luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas. *Prouer. c.* 20 D. *Baſil. l. de vera virg. Ludou. de* Ponte *de hom perfeƈt. tom.* 3. *tr.* 2. *c.* 15. §. 2. *Barb. de Epiſcopo p.* 1. *tit.* 2. *gloſſ.* 11. Vnde etiam vere ille cecinit:

Abſtrahe ligna foco, ſi vis extinguere flammam,
Si carnis motus, ocia, vina, dapes.

Propterea vinum ipſum tribus interdiƈtum fuiſſe legimus. Primo virginibus. Si experto creditur, hoc primum moneo, vt ſpõſa Chriſti uinum fugiat pro veneno. D. *Hier. ep.* 95. Secundo ſacerdotibus, cũ olim tabernaculum ingrediebantur. *Leuit. c.* 10. Tertio Regib. *Prouerb. c.* 31. *Holchot. ſuper ſap. leƈt.* 21. *Chce in aphor. polit. l.* 6. *c.* 6.

Addo ēt ex *Val. Max. l. 2. c. 1.* vſū vini Romanis fœminis ignotum fuiſſe.

Sed & ſi vinum immodice ſumptum multum, & animæ, & corpori noceat, moderate tamen potatum plurimas corpori præſtat vtilitates. *Alciat. emb. 23.* vbi *Claudius Minoes. Alphonſus de Caſtro lib. aduerſus hæreſes in v. vinum. Guttierez. l. 2. qq. can. c. 4. num. 32.* vbi *num. 56.* ait *ex Abb. in c. à crapula. ext. de vita, & honeſt. cler.* clericos, & religioſas perſonas potiſſimum vinum potantes aqua dilutum bibere debere, ne ſcilicet nimio calore, & igne animæ, & corpori officiat, tradidi *in 1. p de Exam. tr. 6. c. 14. q. 68.*

Turpe eſt enim illud Poliphemi pronuntiatum, Perdidiſti vinum infuſa aqua. Merum moderate ſumptum ſenibus potius conuenit, eorum enim natura, & conditio continuo deficiens, & ad occaſum tendens, id remedii loco quodammodo requirit. Vnde vulgo dicitur, vinum lac eſſe ſenum. Et ut ille dixit. Sicut ocreæ aridæ, & uetuſtæ oleo unguntur, ita ſenes generoſo uino indigent. *Card. Paleot. de ſeneƈt p. 2. Guttier. l. 2. can. q. c. 4.*

Quò ad ſeptimum. *Sapiens Prou. c. 1.* Proſperitas ſtultorum perdet eos. *Cened. in colleƈt. Iur. Canon. in c propheta uit 1. q. 1.* Ideo Seneca, ſcite optabat ut ſibi eſſet potius gutta ſapientiæ, quā gurges fortunę. Et Ouid.

Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis.

Et Saluſtius in Catil. Secundæ, inquit, res ſapientum animos fatigant. Et idē *Seneca ep. 29.* Segetem nimia ſternit ubertas; ſic rami onere frangūtur, ſic ad maturitatē non peruenit nimia fœcunditas. Idem animis quoque euenit, quos immoderata fœlicitas rumpit, qua non tantum in aliorum iniuriam, ſed etiam in ſuam uertuntur. *Morales in Mattheum lib. 5. tr. 8 num. 15. D. Hier. ep. 4. ad Ruſt. & Roderiq. p. 3. tr. 4. p. 3. c. 7 Beyer. in Apoph. Chriſt. v. otium.* Vbi è contra tradunt, animi curas, & moleſtias, laſciuum amorem expellere, ex ueteri diƈto, clauus clauum trudit.

Alterius vires ſubtrahit alter amor.

Prudens fœminæ diƈtum.

MAria uel, ut alii uolunt Catharina Henrici VIII. Regis Angliæ uxor, ſapienter dicere ſolebat, malle ſe fortunam moderatam

deratam, quàm ſecundam uel aduerſam, quarum tamen alterutra ſi optanda eſſet, hanc potius, quam illam eligeret: propterea quod qui bus fortuna àcerba eſt, & miſera, ſolatia nunquam deſint, fortunatis uero hoc eſt his, quibus omnia ſecunda, proſperaque accidunt, nec ratio, nec iudicium adeſt, adeò lætitia rerum ſecundarum corruptus eſt animus. *Tymp p. 1 ſigno. 71. Bilius in antholog. carm.* 56. *Minoes in Emblem. Alciat.* 124.

Quod etiam proprio ore quidam faſsus eſt, qui ad inſignem Prę laturam elatus, cum priorē amicum quem ante unice diligebat, ne quidem agnoſcere uideretur, de hoc reprehenſus dixit, ſuam dignitatem ei mentis oculos abſtuliſse, ita ut nedum amicos, ſed nec ſe ipſum cognoſceret.

Nomine ludi intelligitur iocus, & omnis uana lætitia, eo quod mœſtitia libidini repugnat, illo atteſtante, qui dixit:

Non ſolet in mæſtos illa uenire choros.

Carmina etiam id eſt diſsoluta, & laſciua harmonia fugienda, quandoquidem,

Eneruant animos cythara, cantuſque, lyraque, &c.

Tiraq. l. 16. connub. num 35. vt dixi *in comment. de ſtat. p. 2. c. 14.*

Formæ etiam aſpectus declinandus, quia lis eſt cum forma magna pudicitiæ.

Forma libidinis fax.

H*Orat. l. 4. carm.* Ode 13. non ineleganter pulchritudinem facē appellat, quoniam ad amorem impurum accendat, ſitque libidinis incitamentum ut uocat *Valerius Maximus. lib 4. rerum memor. tit. de verecundia.* Quo loco Spurinæ hiſtoriā refert huic propoſito accomodatiſſimam. Cuius etiam meminit D. Ambroſ. in ſua ad uirgines exhortatione. Et Leucippes apud *Ant.* Monachum *Meliſſa tom.* 1. *c.* 60.

Quarum etiam ſolus ornatus magis ad luxuriam quàm ipſa forma incitat, iuxta illud. *Nazian. l. 1. de remedio amoris.*

Decipimur cultu gemmis, auroque teguntur.

Omnia pars minima eſt ipſa puella ſui.

Morales in Matth. l 2. tr. 10. *num.* 25.

Conqueruntur ſæpe homines à Dæmone tāquam aucupe captos &

 & ta.

& tamen ipſi Dæmoni uiſcum parant, quo ſe caperet, & irretiret ſcilicet per mulierum cohabitationẽ, & aſpectum: tales enim ſunt uelut turdi de quibus extat adagium qđ mortem ſibi gignunt.&c.

Pueri tandem ut proxima libidinis occaſio uitandi ſunt: quantũ enim periculi ſexus affert in muliere, tantum ętas in puero, periculoſa eſt pueri ætas, periculoſior ſocietas periculoſiſſima uerò familiaritas. Vnde in uitis PP. legitur. Non habendam familiaritatem cum fœmina, puero, & hæretico. D. *Ant.* 2. *p. tit.* 5. *c.* 1. §. 2.

Hæc ſupradicta tanquam remedia in omittendo conſiſtunt.

Alia remedia.

Alia etiam ſunt, quæ in faciendo ſunt poſita, ut mentis occupatio in grauioribus curis, cogitatio mortis, & Inferni, lectio bonorũ librorum, priuilegiorum caſtitatis conſideratio, de quibus *S. Baſil. de virg.* Platus *de Bon. ſtat relig. l.* 1. *c.* 10. *l.* 2. *c.* 4. *l.* 3. *c.* 9. *D. Thom.* 22. *q* 152. *Sot. in* 4. *ſent. d.* 49. *q.* 6. *art.* 2. Bened. *Ægid. in tract. de priuileg. Hon.* E contra incontinẽtiæ, & luxuriæ fœditas, & pernicies, de quibus *Iustinel. de Triumpho caſtitate.* Valde conferunt preces ad Deũ fuſæ, imploratio B. M. V. quæ ut caſtitatis amantiſſima ſummopere cupit religioſos homines hac libidinis lue liberari, cum ut ait D. *Bonauẽtura.* ipſa ſit totius religionis mirabile firmamentũ. *Holchot.* 3. *ſap lect.* 36. *Sur. tom.* 7. *in vita* B. *Aegidij die* 23. *Apr.*

Inſuper qui caſtè uiuere ſtudet, alia uitia deteſtetur, ſuperbiam præſertim; nam ut illam abiiciat, ſæpe ut aliàs dixi, permittit Deus hominem in hæc turpia labi. *Caſſ. lib.* 6. *c.* 18. *& coll.* 4. *c.* 15. *& ſeq.* D. *Bernard. Senen. ſer.* 48. *fer.* 2. *poſt. Reſur.*

Ad hæc erga Superiores ſuos obedientiã præſtet, & facilè libidini reſiſtet, ut admonet, *D. Bernard. ſerm.* 1. *in feſto omnium Sanct.*

Prauorum quippe habituum tres ſunt fontes, quos cũ exhauſerit religioſus, facilè ad pf ctionẽ contendet, ſed hoc opus, hic labor eſt.

Primus eſt concupiſcentia, quæ nobiſcum in matris uentre concipitur, & eſt omnium uitiorum ſeges, & fomentum.

Secundus eſt naturalis cuiuſque complexio, & conſtitutio.

Tertius conſuetudinis uis.

Qui etiam triplici via propelluntur.

Primo, Domini noſtri Ieſu Chriſti gratia,

Se-

Secundo, ceſſatione ab opere, & diſſuetudine.

Tertio, actibus contrarijs. *Crombec. lib. 2. de ſtud. perfect. c. 27. vi.*

Animaduerſio.

VIdeat poſtremo Monaſterii Prioris an forte regularis pœnitẽs, q in carnis peccatũ lapſus eſt, filias, vel filios ſpirituales ad turpia ſolicitauerit, nã præter grauiſſimũ ſacrilegij, ac inceſtus pœnã, dignitatis honorem amittere debet, & toto vitæ tempore pœnitentiam agere *c. ſi quis 30. q. 1.* vt ſuſpectus de hæreſi puniri poteſt, ſi in actu confeſſionis, vel paulo poſt ſeu ante id fecerit, vel etiam ſi tñ in loco ad confeſſiones excipiendas deſtinato. vt cum eis ibi illicitos ſermones habuerit. *Molf. tr. 7. c. 24. n. 5.* *Nal. in v. Confeſſarius. nu. 41.* *Sanct. de hæreſi c. 44. Dub. 1.*

Eſt autem communis praxis Tribunalis. S. Inquiſitionis, vt cum ſponte comparentibus ac ſe prodentibus mitius procedatur, qui ſi non ſint de hæreſi ſuſpecti, ſed libidinis ardore peccatum patraſſent ſine abiuratione ſalutaris pœnitentia iniungitur, & ad tempus ab audiendis fidelium confeſſionib. ſuſpenduntur. *Molf. l. c. nu. 42.*

At in foro conſcientiæ, & penitentiæ, ſi hic ſacerdos regularis pœnitat, & reſipiſcat, nihil obſtat, quo minus ſacramentali abſolutione donari poſſit, cum nemo occultus peccator in externo foro ſe prodere teneatur, &c. *Nau. in c. quis aliquãdo § non dico tibi de pœnit. d. 1.* vt dixi *in p. 1. de Exam. tr. 7. c. 28. q. 114.*

De qua materia alibi ſcripſimus præſertim *p. 1. de Exam. tr. 5. c. 4. q. 20. & tr. 7. c. 26. q. 109. Et 2. p. tr. 8. c. 3. q. 7.* Et *in 3. tr. 13. q. 13.*

De decimo caſu, qui eſt occiſio, aut vulneratio, ſeu grauis percuſſio cuiuſque perſonæ. Et *de vndecimo, & vltimo, qui eſt malitioſum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.*

Cap. VII.

Decimi caſus explicatio. Sectio. I.

Peccati occiſionis, vulnerationis, ſeu percuſſionis grauitas.

RAtio cur primus hic caſus reſeruandus proponatur, illa potiſſima præ foribus ſe offert, quod valde à ratione alienum eſt, &

eſt,& diuino, & humano iuri multum repugnat,ſi religioſus Deo mancipatus,& in eius ſortem vocatus,alterum verbo, vel facto lædat:Nam *vt ait D.Aug.ſer.36 ad fratres Eremi.*

Non licet Sacerdoti percutere ſeruos,non occidere, non iracundiã portare;quia Dñs eius humilis, benignus, & miſericors eſt,&c.

Et S. Iſidorus Pel. *Epiſt.* 157 *lib.* 1. Si Chriſti altari miniſtras, da operam, vt cum ipſius legibus,munus tuum adminiſtres,mãſuetum videlicet,atque corde humilem,& ſubmiſſum te præbens.Neque enim forenſem quandã præfecturã,atq. imperiũ faſtu,ac põpa,& inſolentia tumidũ tractas, ſed pacatũ atq; tranquillũ miniſteriũ,&c.

Et D. Gregorius Nyſſenus in eos,qui alios durius iudicant. Tàm alienus,inquit,à cædendi acerbitate Sacerdos eſſe debet,tamquam promptus,ac paratus ad excolendam humanitatem,vt etiam ſi Dominus aliquem vti plantam inutilem excindere iubeat,ipſe tanquã inſitor debeat ſupplicare,&c.

Cur viri ſanguinum ab altaris miniſterio arceantur.

HInc à Iure Canonico ſtatutum eſt,vt homicidæ,& viri ſanguinum ab altaris miniſterio arceantur. *c.fin ext. de tẽp. ordin.*

Viſum eſt ſiquidem Eccleſiæ non poſſe eum ſatis referre lenitatem,& manſuetudinem Chriſti pro nobis occiſi, qui cum percuteretur,non repercutiebat. 1. *Pet.* 2. qualem is qui ſacris miniſtrat, referre decet,qui etiam licite occidit,vel mutilat.*vt tradit D.Thom.* 22.*q.*64.*art.*4.*Beia.p.*1.*caſu.*17.*Ricc.Deciſ.*587.*p.*1.

Quod procedit etiam ſi exulem proſcriptum,velut dicunt,diffidatum occidiſſet &c.*c.*9.*ext.ne cler.vel monachi*. *Fillius.tract.*19.*c.*10.*num.*27.*Bonac.de cenſ.d.*7.*q.*4.*p.*1 *num.*22.

Vnde tanto grauius peccant religioſi occidendo, vel percutiendo,quanto magis ad eos ſpectat illa generalia tria iuris præcepta ſeruare:Honeſte uiuere,alterum non lædere, & ius ſuum vnicuique tribuere.§.*iuris præcepta.ciuil.Inſt.de iuſt.& iur.* Et propter perfectionem ſtatus à propriarum iniuriarum vindicatione abſtinere.

Scimus enim de quodã nouitio apud antiquos Patres recipiẽdo ad mortuorum oſſa miſſo,vt illis ignominias,& honorẽ exhiberet, quatenus ſicut hæc ad vtrumque inſenſibilia cerneret,ſic & ipſe laudes,& vituperia non curaret.

Pa.

Quantum patientia religioſos deceat.

PAtiẽtia uera, & perfecta quæ religioſos præcipue decet, eſt cum quis ſuſtinet patienter iniurias, non ſolum cum reus eſt, ſed & cum innocens, exemplo Iobi dicentis: Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. *Iob. cap. 17. Albert. Magnus in Paradiſo animæ cap. 4. Roſignol de diſciplina chriſtianæ perfection. lib. 4. cap. 31.*

Vt proprium chriſtiani, & religioſi hominis eſt, non inferre iniuriam: ita etiam illatam non vlciſci. *Caſſian. collat. 16. c. 26. & lib. 4. inſtit. c. 41.*

Clerici quippe, & monachi tonſuram deferunt in memoriam ſpineę coronæ, quam Chriſtus in capite geſſit, quo eius exemplo iniurias, calumnias, contumelias, & alia ſenſui dura perpeti diſcant. Biretrum quoq. in modũ crucis clerici gerunt, quod carnis mortificationem ſignificat, ut crucem ſuam tollãt, ac Chriſti uitã imitentur. *Dur. l. 2. diuin. off. c. 1. num. 31. Molf. in ſumma tr. 2. c. 3 poſt. D. Thom. in Add. ad 3. par q 40. & Catechiſ Rom. de ordine.*

Chriſtianæ patientiæ exemplum.

S. Eleazari Comitis miram in omni aduerſitate patientiam miſrata uxor cum quæreret, quomodo toties offenſus nullum offẽſionis ſignum daret; hoc ab eo reſpõſum accepit: Noueris me ſentire aliquando indignantis animi motionem, ſed illico ad cogitandam Chriſti paſſionem mentem uerto, quæ ſane eam longe ſuperat quam hic ſuſtinemus. Verã mentis tranquillitatem docebat, iugem dominicæ paſſionis memoriam. ut apud *Surium, tom. 5 die 27. Sept.*

Neque aliud eſt, quod ſic animi tranquillitatem conciliet, atq; conſeruet, ut iniuriarum omnium ſtabilis, & firma toleratio. Siquidem beati prædicantur, qui propter iuſtitiam perſecutiones patiuntur, & nobile uindictæ genus eſt ignoſcere, illo atteſtante qui dixit:

Nobile vincendi genus eſt patientia, vincit
Qui patitur, ſi vis vincere, diſce pati.

Si perſecutiones ueniunt, Sacerdotes mei, non deficiamus, ſed patientiam habeamus, ſi neceſſitas paupertatis contingat, non deſperemus, ſed in Dño confidamus; ſi colaphis cædimur, aliam partẽ parare nõ differamus. Si blaſphemamur, nõ rñdeamus, ſed parcamus.

Si

Si uerbo, uel murmure percutiamur, taceamus; ſi occidimur, gaudenter ad mortem pergamus. Quare? quia non eſt ſeruus maior Domino ſuo. ait idem. D. *Aug. ad Fratres Eremi ſerm.* 37.

Apoſtolus in clementia, & lenitate maxime uerſatus ad homines lucrifaciendos, & ad uirtutem traducendos, illorum ſe ingeniis attẽperabat, cumq. infirmis ſe ut infirmum gerebat. 1. *ad Cor.* 10. Quem propterea imitari unumquemque religioſum decet, ſecundum illud: *Qui ſapit innumeris moribus aptus erit.*

D. *Iſidorus de contemptu mundi. c. de patientia.*

Et paratus eſſe debet iuſtus ſacerdos, & pius, patienter eorum malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quærit, ut numerus potius creſcat bonorum, non vt pari malitia ſe quoque numero addat malorum, inquit ipſemet *Aug.* relatus *in c. paratus.* 23. *q.* 1.

Sic Vitalius Alexandrinus monachus, hominem à quo alapam acceperat, ſtatim à Dæmone correptum dũ pro illo oraſſet, oĩ prorſus moleſtia liberauit, viuere illũ in æternũ cupiens *vt in vitis* PP.

Adde religioſum ut pote perfectionis ſtudioſum, cum omnib. hominibus, tùm domeſticis, tùm extraneis charitatis uinculo coniunctum eſſe debere, ita ut nefas ſit ab aliquo animo auerſum eſſe. *Gulielm.* P*ariſien. lib de ſacr. Euch c.* 6.

Mortifica tuas paſſiones dicebat Caſſianus, & cum belluis pacẽ habebis, iuxta illud. *Iob. c.* 5. Beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi.

Quinam hoc caſu comprehendantur.

1 *Comprehenſio.*

CVm ex ui uerborum appareat, quinam in caſum incidat, illum nempe, qui occidit, vulnerat, uel grauiter, quamcumque perſonam, ſiue domeſticã, ſiue extraneã percutit. Imo etiã eũ qui ſuadente Diabolo, & deliberato animo clericum, uel religioſum cędit in excõicationem incidere. *c ſi quis ſuadente* 17. *q.* 4.

1 *Exceptio.*

DIcendum eſt, non hoc caſu comprehendi, qui non voluntarie, nec dolo malo, ſed caſu potius, uel ex iudicij defectu, occidit, vulnerat, uel percutit, per ea, quæ ſcribit *Couar. in clem.* 1. *tit. de homicidio Tiraq. de temp. pænis cauſa* 3. 4. & 5. ut dixi *ſupra p.* 2. *de blaſphe-*

ſphemia homicidio. Coriol. caſu 10. num. 1. Hinc D. Bernard. *in tr. de libero arbit.* Ve ſanis, inquit, & infantibus, ac dormientib. nihil quod agunt imputatur.

Sicut etiam à caſu excluduntur religioſi ſuſurrones, rixas, & diſcordias in monaſteriis diſſeminantes, licet homicidæ in iure dicantur, *c. homicidiorũ. c. noli. de pænit. d. 1. vbi Turrec.* & alij. Et *Theologi in 22. q. 74. ar. 1.* Graui tamen pœna, & animaduerſione digni ſunt cùm ingens piaculum admittant. Siquidem per eorum ſuſurrationem charitas, & amicitia, quod eſt maximum bonum, inter fratres collegás tollitur. *Nauar. conſ. 26. de præb.* & nos *in 1. p. de Exam. tr. 6. c. 4. q. 15. & ſeqq.* Et in hoc opere *p. 2. de homicid. except. 6.*

In religione enim, quando ſine charitatis glutine viuitur, omnis cogitatio eſt tædium, omnis operatio labor, omnis vita tormentum.

Sicut è contra vbi in domo Domini religioſi vnanimes, & cum conſenſu ambulant, vere canit Regius uates: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. *Pſal. 132.*

Vt autem pax, & concordia in religioſis ordinibus ſeruetur, Superiores ſtudere debent, vt regularis diſciplina ſarta tecta cuſtodiatur. cùm *D. Bonauen. lib de ſex alis ſeraph. c. 3.* doceat, tunc inter fratres pacem turbari, cum diſciplina non obſeruatur, & quiſque pro libito viuit, &c.

Quænam porro ſint diſſenſionum inter religioſos radices, & quõ euellendæ, docet *Lud. de Ponte de perf. chriſt. tom. 3. tr. 7. c. 12.*

2 *Exceptio.*

SEcundò, ſi ob propriæ vitæ defenſionem, mortem aliter euadere non potens, prædicta ageret, cum vim vi repellere omnia iura cuicunque permittant. *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. c. ſignificaſti. el. 2. ext. de homicid. c. ius naturale. d. 1. Tort. conſ. vlt. Curtius Senior. cõſ. 20. Clar. § fin. q. 77. verſ. percutientes.*

Illud vero Diui Pauli *ad Rom. 12.* Non vos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ, intelligendum eſt de defenſione, quæ fit cum liuore vindictæ. vt exponit. *D. Thom. 22. q. 64. art. 7.*

Quod locum habet, etiamſi aggreſſor fuerit innocens, ideſt puer vel furioſus, dormiẽs, vel ebrius, aut alius. Nõ ſic ſi miniſter iuſtitiæ

Cccc quid

qui ſententiam latam ſecundum allegata, & probata exequitur. &c. *Petr. Vel. lib. 2. de reſt. c 3. nu* 347. & alij communiter.

Quinimo dummodo occiſio cum moderamine inculpatæ tutelæ fiat.

3 Exceptio.

IMmunis erit à caſu religioſus, ſi (quod Deus ſemper auertat) dando operam rei illicitæ ſe ipſum in illud diſcrimen coniecit, vt nequeat aliter mortem euadere, quàm aggreſſorem occidendo, vt cū in adulterio deprehenſus mariti manus effugere non poteſt, &c. *Sot. l. 5. de iuſt. & iur. q.* 1. *art. 9.* Qui aſſerit, clericum, vel religioſum cui aliquid huiuſmodi contingeret, nō affici irregularitatis labe, eo quod in tali caſu immunis eſſet à peccato homicidii, non autem à peccato adulterij. Quę ſentētia ꝓbabilior eſt, at in praxi minus tuta, *vide Sayr in cl. reg. l.* 7. *c.* 10 *num.* 24. *& irreg. lib.* 6. *c.* 17 *num.* 19. *ſeq. Vgol. de irreg. c.* 29. §. 3. *Regin. l.* 21. *c.* 5 *num.* 59 *Bonac. d.* 7. *de irregu. q.* 4. *pun.* 7.

Religioſus quando fugere teneatur. &c.

ADdunt aliqui, & forte non improbabiliter, religioſum non teneri tunc effugere, etiamſi poſſet: vt ſi ad illud flagitium perpetrandum eſset ſæculari habitu indutus, & per huiuſmodi fugam publicum ſcandalum præberetur, & ignominia, aut infamia toti ordini irrogaretur. Nam & ſi unuſquiſque iuri ſuo cedere poſſit, non tamen renuntiare poteſt iuri in ſui, & aliorum fauorem inducto *c. ſignificaſti. ext. de foro comp. Tuſch. tom. 6. concl.* 170. *& ſeq.*

Sicque ex nonnullorum ſententia tenet *Viuald. in cand. aureo. de irreg & homic. vol. n.* 21. *& Sayr. in theſ. caſ. conſc. lib.* 6. *c.* 17. *n.* 17.

4 Exceptio.

QVarto nō incidit, qui mandaret, vel conſuleret, ſiue opē præſtaret homicidio, vulnerationi, uel percuſſioni: cum caſus tātum de principali agente loquatur, & pœnæ potius reſtringendæ ſint, quam ampliandæ. *c. odia c. in pœnis de reg. iur. in 6. Vgol. de cenſ. in interp. Bulla cœna Domini. p* 1. *c.* 12 *idem Sayr. de cenſ. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 25. Vbi aiūt, aliud eſse facere quò ad rationem peccati: ſic enim qui mandat, facere dicitur, & per conſequens mandans, uel conſulens lethalem noxam contrahit. Aliud vero facere ratione Eccleſiaſticæ

pœnæ, ſi quidem non incurrit niſi qui opus ipſum perficit, cum aliud de mente ſtatuentis non conſtat.

5 *Exceptio.*

QVinto Prælati religionum, qui iuſta ſubſiſtente cauſa ad correctionem ſubditos uerberant, etiamſi debitum uerberationis modum excederent. *Menoch. de arbit. Iud. caſu* 364. *Maſcard. de probat concl.* 996. Bellett. *in Diſq. cler. par.* 1. *tit. de fau. cler. can.* §. 2. *Barb. in d.* §. *fin. Caiet. in v. excomm. c* 10. *Arrag. & Salon.* 22. *q.* 65. *ar.* 2. *c. cum. voluntate.* § *fin. ext. de ſent. excom.* ubi habetur non attendi id quod acceſsorie, ſed quod principaliter fit, quia uerbera nō poſſunt ſemper in ſtatera ſuſpendi. *Molf. tr.* 7. *c.* 20. *num.* 9.

Atque idem dicendum eſt de Magiſtro tyronum, uel nouitiorū, qui ut eos in religioſo officio contineat percutit: nam uirga atque correctio tribuit ſapientiam. *Prouer c.* 29.

An autem percuſſio irato animo fiat, uel correctionis cauſa, ex Confeſsarij arbitrio pendere uidetur. *Graff. de arb. confeſſ. l.* 2. *c.* 52.

Correctio qualis eſſe debeat.

SEd tamen animaduertendum eſt, quod ut ait *D. Greg. relatus in c quid autem d.* 45. Verborum correptione, non uerberibus timeri debet Prælatus: Paſtores enim facti ſunt, non percuſsores. Et egregius Prędicator dicit; Argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Noua uero atque inaudita eſt iſta prædicatio, quæ uerberibus exigit fidem. *Barb de Epiſcopo p.* 1. *tit.* 2. *gloſſ.* 12. Prius leuioribus medicamentis, deinde acrioribus utendum, cum plus erga corrigendos agat beneuolentia, quàm auſteritas, plus exhortatio, quā comminatio. *Concil. Trid. ſeſſ.* 13. *de reform. c.* 1.

Medici raro admodum ſectionem, uel uſtionem adhibēt, ne morbos grauiores efficiant, ſed eos perfuſionibus, & mitib. medicamentis leniunt, ac curant. Superiorem perturbationibus, & turbulentiis uacare oportet: nam ſicut in altiori aeris regione nulla eſt nubes, infra uero turbines, & tonitrua generantur, ita Prælatos ſedato, & pacato animo eſſe oportet. Nè ſit turbulentus, & anxius Abbas, ne

dum nimis cupit eradere æruginē, frāgatur uas, ait. D. *Bened. in reg. c. 64 Scriban. de ſuperiori relig. l. 1. c. 25. Qui vult amari* (dixit quidam) *languida regat manu.*

Ex hac nimis rigida correctione, & nimis auſtera ratione diſciplinæ exigenda (in q̄ extremū noui rectores potiſſimū cadere ſolēt. Sicut in aliud relaxationis diſciplinę extremū ſenes, & regēdi laborib. fracti) ſubditorū corda odio, quærimoniis ora complentur; inde conſpirationes in Superiorem inſurgunt, apoſtaſię, & ad Superiores, Iudices, uel Procuratores appellationes enaſcuntur; quę omnia religioſos ordines peſſundant, & euertunt, ut experientia docet.

6 Exceptio.

NOn etiam incideret nouitius, occidens uel grauiter percutiens religioſum profeſsū; puniri tñ poteſt à Superiori regulari; ſed latius erit eum ſuadere brachio Epiſcopi, qui in eum agat, quod iuris eſt. *Coriol. p. 2. caſu* 10. *Vecchius de nouit. Diſp.* 11. *c.* 11.

7 Exceptio.

SEptimo, qui leuiter arbitrio boni uiri percutit. Nam modicum ſemper à mortali culpa excuſare tradit uniuerſa Theologorum, & Iuriſtarum ſchola.

Vnde, & *Bart. Bald. & ſeq. in l. ſi prędium C. de ædil act.* aſſerunt, Statutum infligens pœnam pro uulnere, non habere locum in uulnuſculo. Nec quęlibet infirmitas denominat quem infirmum. Et alicubi uice Prouerbij effertur. Pro modico nec plus, nec minus *glo. in c. ſi proponente ex 1. de reſcriptis. Tira q. in tr. de iudicio in rebus exiguis ferendo*, ubi more ſuo multa circa hanc regulam congerit. ut etiam facit: *Tuſch. in v. minima concl.* 238. *arg. Duard. in* Bullę cęna Domini *l.* 2. *can.* 5. *q.* 46. & *Bonac.* infra *citan. de cenſ. d.* 2. *q.* 5. *pun.* 4. *n.* 13.

An autem in genere res aliqua modica ſit, Iudicis, & boni uiri iudicio relinquitur. Gr*aff. de arbit. confeſſ. l.* 2. *c.* 41. P*iaſec. in praxi c.* 4. *p.* 2. *c.* 3. *num.* 33.

Imo ex aliquorum ſententia leuis percuſſio quò ad hanc rem, ea intelligenda non eſt, quæ mortalem malitiam ſecum non trahit, ſed illa, quę licet lethalem noxam, & culpam inuoluat, habita tamen ratione aliarum, nec enormis, uel grauis, ſeu mediocris eſt, de quibus infra dicemus, & fuſe probat. *Nau. c.* 27. *num.* 91. & alij.

Leuis

Leuis porro cēſebitur percuſſio, ſi fiat palma, pugno, pede, ligno aut lapide, veſtigium, aut ſugillationem poſt ſe non relinquentē. *Bonac. de cenſ. d. 2. q. 4. pun. 1. num. 19. pun. 5. Mar. Anton. l. 3. var. reſol. reſol. 11. Mar. Anton. Genuen. in praxi cur. Eccl.* Neap *c. 98. Suarez. tom. 5. d. 22. ſect. 1. Nauar. c. 18. num. 91. Fagund. p. 2. l. 8. c. 7. num. 79.* Vbi tradūt ad iudicandum quæ ſit leuis, & quæ grauis percuſſio, in foro externo ad Epiſcopum, uel eius Officiales ſpectare, in foro interno ad Confeſſarium.

8 *Exceptio.*

ADdi poteſt ex nonnullorum non contemnenda ſententia, non incidere in caſum, qui etiam grauiter percutiendo venialiter tantum peccauit, vt qui ſubita ira correptus, motu ſecundo primo grauem ictum alicui intuliſſet. *arg. quod. dixi p. 1. c. 3. Zerula in praxi pænit. c. 8. q. 5. Tolet. l. 1. c. 6.*

Procuſſio etiam reſeruata intelliganda uidetur de graui, & enormi nōn delcui, à qua religioſi Confeſſarii deſignati vi ſuorum priuilegiorum abſoluere ualent. *Nald. v. clericus num. 39. Molf. tr. 11. c. 19. num.* 57. vt dixi *in commēt. de* Exam. *Eccleſ. p. 3. tr. 15. ca. 8. q. 24. Reſol.* 4.

Praxis circa hunc caſum obſeruanda.

QVò ad praxim, quæ circa regularem qui in hunc caſum incidit obſeruanda eſt, animaduertendum eſt, præter illa, quæ ſupra *p. 2. c. 3.* dicta ſunt, confitentem interrogari debere, an ille qui occidit, vulnerauit, vel grauiter percuſſit, ſit clericus ſæcularis, vel religioſus, etiam nouitius, in eadem, vel alia religione: nam præter ſacrilegium illud, quod admiſit, in excommunicationem ſummo Pōtifici reſeruatām incidit. *c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*

Item an in clauſtro, an extra illud, cum ſecundum aliques, maius ſit delictum, quod intra clauſuram admittitur, cum per illam percuſſionem ipſius clauſtri immunitas quodammodo violetur.

Quid circa abſolutionem obſeruandum ſit.

SEd quò ad abſolutionem annotandum eſt, quod ſi regularis alterum eiuſdem monaſterii percutiat, ſi percuſſio ſit leuis (quid; quid

quid, ſecundum aliquos, ſit de graui vel enormi) à ſuo Prælato vt dictum eſt ſupra, abſolui poterit. *c. monachi. c. cum illorum, de ſent. excomm.*

At à graui ēt, & enormi abſolui poſſe nonnulli ſentiūt. *Roder. p. 1. q. 20. art. 12.* caſus enim S. Pont. *ex Decreto Clem. VIII.* reſeruati, non intelliguntur quò ad abſolutiones religioſorum, ſed ſæculariū. *Molfeſ. c. 19. num. 2. Barthol. Vecch. de nouit. d 9. dub. 3.*

Per Prælatum autem intelligendus eſt Abbas, Præpoſitus, Cuſtos, oīs Prior, qui in illo conuentu ſuperiorem nō habet, vt per *DD. in d. c. cum illorum, & Regin. p. 1. lib. 1. in append. c. 19. ſect. 2.*

Quinimo dicere poſſumus, nomine Prælatorū cenſeri poſſe Vice rectores, & alios, qui vi ſtatuti, vel Conſtitutionum, vel Superiorum auctoritate vice ſeu officio Præpoſitorum abſentium funguntur. per ea quæ tradit *Roder. tom. 1. qq. regul. q. 17. ar 4. Azor. p. 1. l. 7. c. 29. q. 6. & Sanch. lib. 8. de mat. diſp. 3. num. 9.*

Si vero ſæcularem clericum percuſſerit, ab Epiſcopo abſoluēdus erit. *c. religioſo. de ſent. excom. in 6.* Niſi aliud in eorum priuilegio caueatur. vt per *Sorbum in compend. priuileg.* Mendic. *in v. abſolutio quo ad fratres, & ſæculares.*

Imo ratione excommunicationis occultæ poterit regularis ab Epiſcopo, etiam à graui, & enormi percuſſione liberari ſi cum licentia ſui Superioris ei ſe ſubiiciat. *c. liceat. 24. ſeſſ. de reform ex comm. Sanct. de hęreſ c c. 5.* Dub. 2.

Niſi etiam dicere velimus Præfectos regulares, vt Generales, & Prouinciales vi eiuſdē. *c. liceat.* vel alterius priuilegii ſuos ſubditos abſoluere poſſe, vt per *Rodriq. tom. 1. qq. regul. q.* 6ū. *art. 9. Beiam p. 4. reſp. moral. caſu 37. Megal. l. 1. Inſtit. c. 13. num.* 10. *Sanch. l. 2. de Pręcept. c.* 11. *num. 7.* & alij vt ſupra innui. *p. 1. c. 5.*

Quod ſi regularem alterius clauſtri in corpore læſerit, per proprium Prælatum, & Prælatum eius, qui iniuriam paſſus eſt, beneficium abſolutionis obtinendum erit. *d. c. cum illorum. de ſent. excōm. Sayr. lib. 3 de cenſ. c. 28. num.* 11. *Suar. tom. 5. d. 22 ſect. 2. num. 72. & ſeq. Bonac. de cenſ. d. 2. q. 4. pun. 5. num. 1. & 3. Barboſa de Epiſcopo p. 2. Alleg. 41. num. 17. & in collect. Iur. can. in c. 2. de ſent excom.*

Quò ad percuſſionem factam contra perſonam ſæcularem quænam ſit grauis, vel leuis, vt dignoſcatur an ſit caſus reſeruatus, arbi-

trio

trio Iudicis, vt dixi, relinquendum eſt. *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 6. caſu* 553.

Quod iudicium ad Pœnitentiarium monaſterii pertinere poteſt. *Tolet. lib. 1. ſumma. c. 3.*

Quando vero dubitatur vtrum percuſſio ſit leuis, vel grauis, uel mediocris, grauis iudicanda eſt, vt patet *ex Extrau. Perlectis apud Nau c. 27. num. 92.* Et eſt communis.

Si autem in particulari quæratur, quænam grauis percuſſio in caſu cenſenda ſit, cum communiori ſententia dicendum eſt, illam cuiuſcunque perſonæ grauem, ſimulque enormem percuſſionem iudicari, qua membrum abſcinditur, aut inutile, vel quaſi ad ſuum munus obeũdũ ineptũ efficitur. Et illa, ob cuius ictum illatũ in alia poris parte, quam in naribus vel alia, vnde ſanguis facile erumpere ſolet, multum cruoris defluit. Ad quod caput illa reducitur, quæ, licet corporalis læſio grauis non ſit, in proprium Epiſcopum, vel Abbatem, ſeu Superiorem, vel etiam erga aliã perſonam cum magno ſcandalo in populo perpetratur.

Si cuiuſcunque perſonæ factæ fuerit occiſio, uel mutilatio, in irregularitatem etiam incidit. *clem. 1. de homic.* pro cuius diſpenſatione Romana Sedes conſulenda erit.

Nec Legatus de latere ab ea liberare poterit, nec ut quis diſpenſetur facultatem cõcedere. Et ſi ab excõicatione. *c. ſi quis ſuadente.* abſoluere valeat. *c. ad eminentiã de ſent. exc. Azor. p. 2. l. 5. c. 32. q. 6.*

Etiam ſi abſoluendi ſint extra ſuæ legationis limites, dummodo ſint in via, uel ẽt ſi tales excommunicati aliunde ueniant. *c. pen. extr. de off. legati. Graffius l. 2. aur. Deciſ. c. 49. num.* 58 *Duard. in Bulla Cęnæ Domini l. 2. can. 11. num* 8. *& ſeq* Cuius poteſtas quanta ſic uide *Francum in c ſi Abbatẽ de elect. in 6. Barb. vol. 2. conſ. 44 & in tr. de ac re.* Item *Andr. Gambaram.* Quæ per Summos Pontifices ex iuſta cauſa in Diplomatibus reſtringi ſolet.

Quid quo ad abſolutionem obſeruandum.

QVod attinet ad abſolutionem, animaduertendum, quod ante eam regularis offendens debet re ipſa in quantum poteſt offenſo ſatisfacere, puta ueniam petendo, &c. *c. ex parte. vbi Barboſa*

notat,

eſt,& diuino, & humano iuri multum repugnat,ſi religioſus Deo mancipatus,& in eius ſortem vocatus,alterum verbo, vel facto lædat:Nam *vt ait D.Aug.ſer.36 ad fratres Eremi.*

Non licet Sacerdoti percutere ſeruos,non occidere, non iracundiã portare;quia Dñs eius humilis, benignus, & miſericors eſt,&c.

Et S. Iſidorus Pel. *Epiſt.* 157 *lib.* 1. Si Chriſti altari miniſtras, da operam, vt cum ipſius legibus,munus tuum adminiſtres,mãſuetum videlicet,atque corde humilem,& ſubmiſſum te præbens.Neque enim forenſem quandã præfecturã,atq; imperiũ faſtu,ac põpa,& inſolentia tumidũ tractas, ſed pacatũ atq; tranquillũ miniſteriũ,&c.

Et D. Gregorius Nyſſenus in eos,qui alios durius iudicant. Tàm alienus,inquit,à cædendi acerbitate Sacerdos eſſe debet,tamquam promptus,ac paratus ad excolendam humanitatem,vt etiam ſi Dominus aliquem vti plantam inutilem excindere iubeat,ipſe tanquã inſitor debeat ſupplicare,&c.

Cur viri ſanguinum ab altaris miniſterio arceantur.

HInc à Iure Canonico ſtatutum eſt,vt homicidæ,& viri ſanguinum ab altaris miniſterio arceantur. *c.fin ext. de tẽp. ordin.* Viſum eſt ſiquidem Eccleſiæ non poſſe eum ſatis referre lenitatem,& manſuetudinem Chriſti pro nobis occiſi, qui cum percuteretur,non repercutiebat. 1. *Pet.* 2. qualem is qui ſacris miniſtrat, referre decet,qui etiam licite occidit,vel mutilat. *vt tradit D. Thom.* 22.*q.*64.*art.*4.*Beia.p.*1.*caſu.*17.*Ricc.Deciſ.*587.*p.*1.

Quod procedit etiam ſi exulem proſcriptum, velut dicunt, diffidatum occidiſſet &c.*c.*9.*ext.ne cler.vel monachi*. *Filliuc.tract.*19.*c.*10.*num.*27.*Bonac.de cenſ.d.*7.*q.*4.*p.*1 *num.*22.

Vnde tanto grauius peccant religioſi occidendo, vel percutiendo,quanto magis ad eos ſpectat illa generalia tria iuris præcepta ſeruare:Honeſte uiuere,alterum non lædere, & ius ſuum vnicuique tribuere.§.*iuris præcepta.ciuil.Inſt.de iuſt.& iur.* Et propter perfectionem ſtatus à propriarum iniuriarum vindicatione abſtinere.

Scimus enim de quodã nouitio apud antiquos Patres recipiẽdo ad mortuorum oſſa miſſo,vt illis ignominias,& honorẽ exhiberet, quatenus ſicut hæc ad vtrumque inſenſibilia cerneret,ſic & ipſe laudes,& vituperia non curaret.

Pa.

Quantum patientia religioſos deceat.

PAtiētia uera, & perfecta quæ religioſos præcipue decet, eſt cum quis ſuſtinet patienter iniurias, non ſolum cum reus eſt, ſed & cum innocens, exemplo Iobi dicentis: Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. *Iob. cap. 17. Albert. Magnus in Paradiſo animæ cap. 4. Roſignol de diſciplina christianę perfection. lib. 4. cap. 31.*

Vt proprium chriſtiani, & religioſi hominis eſt, non inferre iniuriam: ita etiam illatam non vlciſci. *Caſſian. collat. 16. c. 26. & lib. 4. inſtit. c. 41.*

Clerici quippe, & monachi tonſuram deferunt in memoriam ſpineę coronæ, quam Chriſtus in capite geſſit, quo eius exemplo iniurias, calumnias, contumelias, & alia ſenſui dura perpeti diſcant. Birretrum quoq. in modū crucis clerici gerunt, quod carnis mortificationem ſignificat, ut crucem ſuam tollāt, ac Chriſti uitā imitentur. *Dur. l. 2. diuin. off. c. 1. num. 31. Molf. in ſumma tr. 2. c. 3 poſt. D. Thom. in Add. ad 3. par q 40. & Catechiſ Rom. de ordine.*

Chriſtianæ patientiæ exemplum.

S. Elcazari Comitis miram in omni aduerſitate patientiam miſrata uxor cum quæreret, quomodo toties offenſus nullum offēſionis ſignum daret; hoc ab eo reſpōſum accepit: Noueris me ſentire aliquando indignantis animi motionem, ſed illico ad cogitandam Chriſti paſſionem mentem uerto, quæ ſane eam longe ſuperat quam hic ſuſtinemus. Verā mentis tranquillitatem docebat, iugem dominicæ paſſionis memoriam. ut apud *Surium. tom. 5 die 27. Sept.*

Neque aliud eſt, quod ſic animi tranquillitatem conciliet, atq; conſeruet, ut iniuriarum omnium ſtabilis, & firma toleratio. Siquidem beati prædicantur, qui propter iuſtitiam perſecutiones patiuntur, & nobile uindictæ genus eſt ignoſcere, illo atteſtante qui dixit:

Nobile vincendi genus eſt patientia, vincit
Qui patitur, ſi vis vincere, diſce pati.

Si perſecutiones ueniunt, Sacerdotes mei, non deficiamus, ſed patientiam habeamus, ſi neceſſitas paupertatis contingat, non deſperemus, ſed in Dño confidamus; ſi colaphis cædimur, aliam partē parare nō differamus. Si blaſphemamur, nō rñdeamus, ſed parcamus.

Si uerbo, uel murmure percutiamur, taceamus; ſi occidimur, gaudenter ad mortem pergamus. Quare? quia non eſt ſeruus maior Domino ſuo. ait idem. D. *Aug. ad Fratres Eremi ſerm.* 37.

Apoſtolus in clementia, & lenitate maxime uerſatus ad homines lucrifaciendos, & ad uirtutem traducendos, illorum ſe ingeniis attẽperabat, cumq. infirmis ſe ut infirmum gerebat. 1. *ad Cor.* 10. Quem propterea imitari unumquemque religioſum decet, ſecundum illud: *Qui ſapit innumeris moribus aptus erit.*

D. *Iſidorus de contemptu mundi. c. de patientia.*

Et paratus eſſe debet iuſtus ſacerdos, & pius, patienter eorum malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quærit, ut numerus potius creſcat bonorum, non vt pari malitia ſe quoque numero addat malorum, inquit ipſemet *Aug.* relatus *in c. paratus.* 23. *q.* 1.

Sic Vitalius Alexandrinus monachus, hominem à quo alapam acceperat, ſtatim à Dæmone correptum dũ pro illo oraſſet, oĩ prorſus moleſtia liberauit, viuere illũ in æternũ cupiens *vt in vitis* PP.

Adde religioſum ut pote perfectionis ſtudioſum, cum omnib. hominibus, tùm domeſticis, tùm extraneis charitatis uinculo coniunctum eſſe debere, ita ut nefas ſit ab aliquo animo auerſum eſſe. *Gulielm. Pariſien. lib de ſacr. Euch c.* 6.

Mortifica tuas paſſiones dicebat Caſſianus, & cum belluis pacẽ habebis, iuxta illud. *Iob. c.* 5. Beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi.

Quinam hoc caſu comprehendantur.

1 *Comprehenſio.*

CVm ex ui uerborum appareat, quinam in caſum incidat, illum nempe, qui occidit, vulnerat, uel grauiter, quamcumque perſonam, ſiue domeſticã, ſiue extraneã percutit. Imo etiã eũ qui ſuadente Diabolo, & deliberato animo clericum, uel religioſum cędit in excõicationem incidere. *c ſiquis ſuadente* 17. *q.* 4.

1 *Exceptio.*

DIcendum eſt, non hoc caſu comprehendi, qui non voluntarie, nec dolo malo, ſed caſu potius, uel ex iudicij defectu, occidit, vulnerat, uel percutit, per ea, quæ ſcribit *Couar. in clem.* 1. *tit. de homicidio Tiraq. de temp. pœnis cauſa* 3. 4. & 5. ut dixi *ſupra p.* 2. *de Blaſphe-*

ſphemia homicidio. Coriol. caſu 10. num. 1. Hinc D. *Bernard. in tr. de libero arbit.* Ve ſanis, inquit, & infantibus, ac dormientib. nihil quod agunt imputatur.

Sicut etiam à caſu excluduntur religioſi ſuſurrones, rixas, & diſcordias in monaſteriis diſſeminantes, licet homicidæ in iure dicantur, *c. homicidiorũ. c. nolt. de pænit. d. 1. vbi Turrec.* & alij. Et *Theologi in 22. q. 74. ar. 1.* Graui tamen pœna, & animaduerſione digni ſunt cùm ingens piaculum admittant. Siquidem per eorum ſuſurrationem charitas, & amicitia, quod eſt maximum bonum, inter fratres collegas tollitur. *Nauar. conſ. 26. de præb.* & nos *in 1. p. de Exam. tr. 6. c. 4. q. 15. & ſeqq.* Et in hoc opere *p. 2. de homicid. except. 6.*

In religione enim, quando ſine charitatis glutine viuitur, omnis cogitatio eſt tædium, omnis operatio labor, omnis vita tormentum.

Sicut è contra vbi in domo Domini religioſi vnanimes, & cum conſenſu ambulant, vere canit Regius uates: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. *Pſal. 132.*

Vt autem pax, & concordia in religioſis ordinibus ſeruetur, Superiores ſtudere debent, vt regularis diſciplina ſarta tecta cuſtodiatur. cùm *D. Bonauen. lib. de ſex alis ſeraph. c. 3.* doceat, tunc inter fratres pacem turbari, cum diſciplina non obſeruatur, & quiſque pro libito viuit, &c.

Quænam porro ſint diſſenſionum inter religioſos radices, & quo euellendæ, docet *Lud. de Ponte de perf. chriſt. tom. 3. tr. 7. c. 12.*

2 *Exceptio.*

SEcundo, ſi ob propriæ vitæ defenſionem, mortem aliter euadere non potens, prædicta ageret, cum vim vi repellere omnia iura cuicunque permittant. *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. c. ſignificaſti. el. 2. ext. de homicid. c. ius naturale. d. 1. Tort. conſ. vlt. Curtius Senior. cõſ. 20. Clar. § fin. q. 77. verſ. percutientes.*

Illud vero Diui Pauli *ad Rom. 12.* Non vos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ, intelligendum eſt de defenſione, quæ fit cum liuore vindictæ. vt exponit. *D. Thom. 22. q. 64. art. 7.*

Quod locum habet, etiamſi aggreſſor fuerit innocens, ideſt puer vel furioſus, dormiẽs, vel ebrius, aut alius. Nõ ſic ſi miniſter iuſtitiæ

qui ſententiam latam ſecundum allegata, & probata exequitur. &c. *Petr. Vu.lib. 2. de reſt. c 3. nu* 347. & alij communiter.

Quinimo dummodo occiſio cum moderamine inculpatæ tutelæ fiat.

3 Exceptio.

IMmunis erit à caſu religioſus, ſi (quod Deus ſemper auertat) dando operam rei illicitæ ſe ipſum in illud diſcrimen coniecit, vt nequeat aliter mortem euadere, quàm aggreſſorem occidendo, vt cū in adulterio deprehenſus mariti manus effugere non poteſt, &c. *Sot. l. 5. de iuſt. & iur. q.* 1. *art. 9.* Qui aſſerit, clericum, vel religioſum cui aliquid huiuſmodi contingeret, nō affici irregularitatis labe, eo quod in tali caſu immunis eſſet à peccato homicidii, non autem à peccato adulterij. Quę ſentētia ꝓbabilior eſt, at in praxi minus tuta, *vide Sayr in cl. reg. l.* 7. *c.* 10 *num.* 24. *& irreg. lib.* 6. *c.* 17 *num.* 19. *ſeq. Vgol. de irreg. c.* 29 §. 3. *Regin. l.* 21. *c.* 5 *num.* 59. *Bonac. d.* 7. *de irreg. q.* 4. *pun.* 7.

Religioſus quando fugere teneatur. &c.

ADdunt aliqui, & forte non improbabiliter, religioſum non teneri tunc effugere, etiamſi poſſet: vt ſi ad illud flagitium perpetrandum eſset ſæculari habitu indutus, & per huiuſmodi fugam publicum ſcandalum præberetur, & ignominia, aut infamia toti ordini irrogaretur. Nam & ſi unuſquiſque iuri ſuo cedere poſſit, non tamen renuntiare poteſt iuri in ſui, & aliorum fauorem inducto *c. ſignificaſti. ext. de foro comp. Tuſch. tom. 6. concl.* 170. *& ſeq.*

Sicque ex nonnullorum ſententia tenet *Viuald. in cand. aureo. de irreg & homic. vol. n.* 22 1. *& Sayr. in theſ. caſ. conſc. lib.* 6. *c.* 17. *n.* 17.

4 Exceptio.

QVarto nō incidit, qui mandaret, vel conſuleret, ſiue opē præſtaret homicidio, vulnerationi, uel percuſſioni: cum caſus tātum de principali agente loquatur, & pœnæ potius reſtringendæ ſint, quam ampliandæ. *c. odia c. in penis de reg. iur. in 6. Vgol. de cenſ. in interp. Bulla cane Domini. p* 1. *c.* 12 *idem Sayr. de cenſ. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 25. Vbi aiūt, aliud eſse facere quò ad rationem peccati: ſic enim qui mandat, facere dicitur, & per conſequens mandans, uel conſulens lethalem noxam contrahit. Aliud vero facere ratione Eccleſiaſticæ

pœnæ, ſi quidem non incurrit niſi qui opus ipſum perficit, cum aliud de mente ſtatuentis non conſtat.

5 *Exceptio.*

QVinto Prælati religionum, qui iuſta ſubſiſtente cauſa ad correctionem ſubditos uerberant, etiamſi debitum uerberationis modum excederent. *Menoch. de arbit. Iud. caſu* 364. *Maſcard. de probat concl.* 996. *Bellett. in Diſq. cler. par.* 1. *tit. de ſeu. cler. can.* §. 2. *Barb. in d.* §. *fin. Caiet. in v. excomm. c.* 10. *Arrag. & Salon.* 22. *q.* 65. *ar.* 2. *c. cum. voluntate.* § *fin. ext. de ſent. excom.* ubi habetur non attendi id quod acceſsorie, ſed quod principaliter fit, quia uerbera nō poſſunt ſemper in ſtatera ſuſpendi. *Molf. tr.* 7. *c.* 20. *num.* 9.

Atque idem dicendum eſt de Magiſtro tyronum, uel nouitiorū, qui ut eos in religioſo officio contineat percutit: nam uirga atque correctio tribuit ſapientiam. *Prouer c.* 29.

An autem percuſſio irato animo fiat, uel correctionis cauſa, ex Confeſsarij arbitrio pendere uidetur. *Graff. de arb. confeſſ. l.* 2. *c.* 52.

Correctio qualis eſſe debeat.

SEd tamen animaduertendum eſt, quod ut ait *D. Greg. relatus in c quid autem d.* 45. Verborum correptione, non uerberibus timeri debet Prælatus: Paſtores enim facti ſunt, non percuſsores. Et egregius Prędicator dicit; Argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Noua uero atque inaudita eſt iſta prædicatio, quæ uerberibus exigit fidem. *Barb de Epiſcopo p.* 1. *tit.* 2. *gloſſ.* 12. Prius leuioribus medicamentis, deinde acrioribus utendum, cum plus erga corrigendos agat beneuolentia, quàm auſteritas, plus exhortatio, quā comminatio. *Concil. Trid. ſeſſ.* 13. *de reform. c.* 1.

Medici raro admodum ſectionem, uel uſtionem adhibēt, ne morbos grauiores efficiant, ſed eos perfuſionibus, & mitib. medicamentis leniunt, ac curant. Superiorem perturbationibus, & turbulentiis uacare oportet: nam ſicut in altiori aeris regione nulla eſt nubes, infra uero turbines, & tonitrua generantur, ita Prælatos ſedato, & pacato animo eſse oportet. Nè ſit turbulentus, & anxius Abbas, ne

dum nimis cupit eradere ærugině, frãgatur uas, ait. D. *Bened. in reg. c. 64 Scriban. de ſuperiori relig. l. 1. c. 25. Qui vult amari* (dixit quidam) *languida regat manu.*

Ex hac nimis rigida correctione, & nimis auſtera ratione diſciplinæ exigendæ (in quod extremũ noui rectores potiſſimũ cadere ſolẽt. Sicut in aliud relaxationis diſciplinę extremũ ſenes, & regẽdi laborib. fracti) ſubditorũ corda odio, quærimoniis ora complentur; inde conſpirationes in Superiorem inſurgunt, apoſtaſię, & ad Superiores, Iudices, uel Procuratores appellationes enaſcuntur; quę omnia religioſos ordines peſſundant, & euertunt, ut experientia docet.

6 Exceptio.

NOn etiam incideret nouitius, occidens uel grauiter percutiens religioſum profeſsũ; puniri tñ poteſt à Superiori regulari; ſed latius erit eum ſuadere brachio Epiſcopi, qui in eum agat, quod iuris eſt. *Coriol. p. 2. caſu* 10. *Vecchius de nouit. Diſp.* 11. *c.* 11.

7 Exceptio.

SEptimo, qui leuiter arbitrio boni uiri percutit. Nam modicum ſemper à mortali culpa excuſare tradit uniuerſa Theologorum, & Iuriſtarum ſchola.

Vnde, & *Bart. Baldus ſq. in l. ſi prędium C. de ædil act.* aſſerunt, Statutum infligens pœnam pro uulnere, non habere locum in uulnuſculo. Nec quęlibet infirmitas denominat quem infirmum. Et alicubi uice Prouerbij effertur. Pro modico nec plus, nec minus *glo. in c. ſi proponente ext. de reſcriptis. Tiraq. in tr. de iudicio in rebus exiguis ferendo*, ubi more ſuo multa circa hanc regulam congerit. ut etiam facit: *Tuſch. in v. minima concl.* 238. *arg. Duard. in Bullę cęna Domini l. 2. can. 5. q. 46. & Bonac.* infra *citan. de cenſ. d. 2. q. 5. pun. 4. n.* 13.

An autem in genere res aliqua modica ſit, Iudicis, & boni uiri iudicio relinquitur. *Graff. de arbit. confeſſ. l. 2. c. 41. Piaſec. in praxi c. 4. p. 2. c. 5. num. 33.*

Imo ex aliquorum ſententia leuis percuſſio quò ad hanc rem, ea intelligenda non eſt, quæ mortalęm malitiam ſecum non trahit, ſed illa, quę licet lethalem noxam, & culpam inuoluat, habita tamen ratione aliarum, nec enormis, uel grauis, ſeu mediocris eſt, de quib. infra dicemus, & fuſe probat. *Nau. c. 27. num.* 91. & alij.

Leuis

Leuis porro cēſebitur percuſſio, ſi fiat palma, pugno, pede, ligno aut lapide, veſtigium, aut ſugillationem poſt ſe non relinquente. *Bonac. de cenſ. d. 2. q. 4. pun. 1. num. 19. pun. 5. Mar. Anton. l. 3. var. reſol. reſol. 11. Mar. Anton. Genuen. in praxi cur. Eccl. Neap. c. 98. Suarez. tom. 5. d. 22. ſect. 1. Nauar. c. 18. num. 9. Fagund. p. 2. l. 8. c. 7. num. 79.* Vbi tradũt ad iudicandum quæ ſit leuis, & quæ grauis percuſſio, in foro externo ad Epiſcopum, uel eius Officiales ſpectare, in foro interno ad Confeſſarium.

8 *Exceptio.*

ADdi poteſt ex nonnullorum non contemnenda ſententia, non incidere in caſum, qui etiam grauiter percutiendo venialiter tantum peccauit, vt qui ſubita ira correptus, motu ſecundo primo grauem ictum alicui intuliſſet. *arg. quod. dixi p. 1. c. 3. Zerula in praxi pœnit. c. 8. q. 5. Tolet. l. 1. c. 6.*

Procuſſio etiam reſeruata intelliganda uidetur de graui, & enormi non delcui, à qua religioſi Confeſſarii deſignati vi ſuorum priuilegiorum abſoluere ualent. *Nald. v. clericus num. 39. Molf. tr. 11. c. 19. num. 57.* vt dixi *in comment. de Exam. Eccleſ. p. 3. tr. 15. ca. 8. q. 24. Reſol. 4.*

Praxis circa hunc caſum obſeruanda.

QVò ad praxim, quæ circa regularem qui in hunc caſum incidit obſeruanda eſt, animaduertendum eſt, prætèr illa, quæ ſupra *p. 2. c. 3.* dicta ſunt, confitentem interrogari debere, an ille qui occidit, vulnerauit, vel grauiter percuſſit, ſit clericus ſæcularis, vel religioſus, etiam nouitius, in eadem, vel alia religione: nam præter ſacrilegium illud, quod admiſit, in excommunicationem ſummo Pōtifici reſeruatam incidit. *c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*

Item an in clauſtro, an extra illud, cum ſecundum aliquos, maius ſit delictum, quod intra clauſuram admittitur, cum per illam percuſſionem ipſius clauſtri immunitas quodammodo violetur.

Quid circa abſolutionem obſeruandum ſit.

SEd quò ad abſolutionem annotandum eſt, quod ſi regularis alterum eiuſdem monaſterii percutiat, ſi percuſſio ſit leuis (quid-

quid

trio Iudicis, vt dixi, relinquendum eſt. *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 6. caſu* 553.

Quod iudicium ad Pœnitentiarium monaſterii pertinere poteſt. *Tolet. lib. 1. ſumma. c. 3.*

Quando vero dubitatur vtrum percuſſio ſit leuis, vel grauis, uel mediocris, grauis iudicanda eſt, vt patet *ex* Extrau. *Perlectis apud Nau c. 27. num.* 92. Et eſt communis.

Si autem in particulari quæratur, quænam grauis percuſſio in caſu cenſenda ſit, cum communiori ſententia dicendum eſt, illam cuiuſcunque perſonæ grauem, ſimulque enormem percuſſionem iudicari, qua membrum abſcinditur, aut inutile, vel quaſi ad ſuum munus obeũdũ ineptũ efficitur. Et illa, ob cuius ictum illatũ in alia poris parte, quam in naribus vel alia, vnde ſanguis facile erumpere ſolet, multum cruoris defluit. Ad quod caput illa reducitur, quæ, licet corporalis læſio grauis non ſit, in proprium Epiſcopum, vel Abbatem, ſeu Superiorem, vel etiam erga aliã perſonam cum magno ſcandalo in populo perpetratur.

Si cuiuſcunque perſonæ factæ fuerit occiſio, uel mutilatio, in irregularitatem etiam incidit. *clem. 1. de homic.* pro cuius diſpenſatione Romana Sedes conſulenda erit.

Nec Legatus de latere ab ea liberare poterit, nec ut quis diſpenſetur facultatem cõcedere. Et ſi ab excõicatione. *c. ſi quis ſuadente.* abſoluere valeat. *c. ad eminentiã de ſent. exc. Azor. p. 2. l. 5. c. 32. q. 6.*

Etiam ſi abſoluendi ſint extra ſuæ legationis limites, dummodo ſint in via, uel ẽt ſi tales excommunicati aliunde ueniant. *c. pen. extr. de off. legati. Graffius l. 2. aur. Deciſ. c. 49. num.* 58 *Duard. in Bulla Cœnæ* Domini *l. 2. can. 11. num* 8. *& ſeq* Cuius poteſtas quanta ſic uide *Francum in c ſi Abbatẽ de elect. in 6. Barb. vol. 2. conſ. 44 & in tr. de acre.* Item *Andr. Gambaram.* Quæ per Summos Pontifex ex iuſta cauſa in Diplomatibus reſtringi ſolet.

Quid quo ad abſolutionem obſeruandum.

QVod attinet ad abſolutionem, animaduertendum, quod ante eam regularis offendens debet re ipſa in quantum poteſt offenſo ſatisfacere, puta ueniam petendo, &c. *c. ex parte. vbi Barboſa*

notat,

notat. de verb. ſignif. Nam quò ad damna,& expenſas, &c. cum regularis nihil proprium habeat, ab huiuſmodi ſatisfactione immunis erit. Nec monaſteriū tenebitur illa reſarcire, niſi in eius commodū, uel utilitatem ſit conuerſum. *Molina de iuſt. & iur. tr. 2. diſp.* 140. *Nauar. conſ 7 de ſolut. Graff. p 2. conſ. 1. de ſent. excom. diff.* 3.

Grauitatem delicti ſignificabit, & ad cordis dolorem inducet, & arbitrariam poſtmodum pœnitentiam iniunget; communiendusq; eſt eius animus illo propoſito, ut in futurum mori potius eligat, quā lethaliter delinquere, exemplo Sancti Edmundi Cantuarienſis Archiepiſcopi, cuius frequens hæc uox erat. Malo inſilire in ardentiſſimum rogum, quàm peccatum ullum ſciens in Deum meum admittere. *Sur. in eius vita tom. 6. die* 16 *Nouembr.*

Vndecimi caſus explicatio. ſect. 2.

Quam grauiter peccet regularis, qui impedit, retardat, vel aperit litteras, &c.

QVod ſpectat ad undecimum, & ultimum caſum, in hac, & poſtrema ſectione contentum, obſeruandum eſt, grauitatem huius delicti ex eo dignoſci, quod regularis qui mala fide litteras à Superioribus ab inferiores, & ab inferioribus ad Superiores impedit, retardat, aut aperit,

1 *Aſſertio circa huius peccata grauitatem.*

OBedientiam in primis uiolat, quæ eſt regularis uitæ firmamentum, & quæ ſola, ut ait D. *Greg. lib.* 25. *mor. c.* 10. cæteras uirtutes menti inſerit, inſertaſque cuſtodit.

Itemque ex Climacho *c.* 4 *& Barb. in c.* 5. *de reſcript.* Eſt tuta in mari huius uitæ nauigatio.

Et ut dicere ſolebat D. Thomas Aquinas omnis monaſteriorum religio ſolo obedientiæ ſtudio perficitur, qua homo homini ſe ſubiicit propter Deum, quemadmodum Deus ipſe hominibus cauſa ſalutis humanæ ſe ſubmiſit. Et tota religio perimitur, ſi à meritoria ſubditi obedientia ſubtrahatur, magna quidem paupertas, ſed

maior

maior integritas bonum eſt, obedientia maximum, ſi cuſtodiatur illæſa, nam prima rebus, ſecunda carni, tertia verò menti dominatur & animo, quos velut effrænes, vt liberos ditioni alterius, humilis iugo propriæ voluntatis aſtringit. *c. quorundam in Extrau. tit. de verb. ſig. Caß. lib. 12 c. 32 Clim. de obedientia. gradu* 8.

Vnde etiam dicimus myſtica membra à capite regenda eſſe, & ei obſequi debere. M*enoch. conſ.* 148. *num.* 12. *Barb. c.* 12. *de praſcr.*

Hinc aliqui religioſi ordines in ſolemni profeſſionis formula, ſolā obedientiam ſecundum regulam promittunt, & vouent; nimirum quia ſub regulari obedientia paupertas, & caſtitas continentur. *D. Tho.* 2. 2. *q.* 186. *art.* 8. *D. Ant.* 3. *p. tit.* 16. *c.* 3. *Platus. l.* 1. *de bono ſtat. relig. c.* 11. *& lib.* 2. *c.* 5. *Roſignol. lib.* 4. *de de perfect. chriſt. diſcipl. c.* 23.

Imo D. *Aug. ſup. pſal.* 143. *&* D. *Bernar. in feſto omn. Sanct. ſerm.* 1. auctores ſunt cætera vitia ab eo facile ſuperari, qui ſuis Maioribus bene obtemperare didicit, &c.

Ob hanc cauſam D. Benedictus in fine ſuæ regulæ, religionem rectè ſcholam dominici ſeruitii appellat, in qua ad morum inſtitutionem, & vitiorum emēdationem, obedientia in primis requiritur.

Certum eſt autem etiam ſecundum D. *Bernar.* & communem ſententiam Doctorum, regularem teneri in tribus obedire.

[Religioſum quot modis contra obedientiam peccare contingit.]

1 *Modus*

PRimo, in obſeruatione regulæ, & Superioris, quidquid licitè, & ſecundum regulam quam profeſſus eſt, præcipit.

2 *Modus.*

SEcundo in his, ſine quib. regula impleri non poteſt. *Sanch. lib.* *Decal. c.* 1. *&.* 2.

3 *Modus.*

TErtio in pœnis ſubeundis, ſi peccet, vt colligitur. *D. Thom.* 22. *q.* 186. *a.* 9. *Val. tom.* 3. *d.* 10. *q.* 4. *p.* 3. *Azor. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 12. L*eſs. lib.* 2. *c.* 40 *dub.* 9. *Regin. l.* 18. *c.* 27. *num.* 391. vbi refert, religioſum quatuor caſibus contra obedientiam mortaliter peccare.

1 *Caſus.*

PRimus eſt, quando aliquid Superior præcipit, quod eſt conſentaneum regulæ, cui generaliter ille ſe aſtrinxit, eſtque requiſitum non modicè ad votorum caſtitatis, paupertatis, vel obedientiæ obſeruantiam, atq. eidem ad æternam ſalutem conſequendam valde neceſſarium.

Qua ratione aliqui volunt Pręfectã, uel Abbatiſſam pro grauitate materię poſse præcepto ſuas ſanctimoniales ſubditas ad lethalem culpam obligare. *Henriq.l.6 de ſacr.c.*1.§.4. *Azor.p.*1 *l.*13 *c.*10.*q.*7. *Molſ.tr.*7.*c.*15 *num* 41. *Nald in v. Abbatiſſa num.*3.

Sicut, & illarum vota irritari, non tamen diſpenſare, vel excommunicare cum ſpirituali iuriſdictione careat, vt eſt commune ſcribẽtium placitum. *ex c.noua de pœnit. remiſſ. c. dilecta. de maior. & obed.Sanch.l.6.de præc.c.*1.*num.*20.*Bonac.de cenſ.d.*1.*q.*1. *pun.*2.*n.*

2 *Caſus.*

SEcundus caſus, quando religioſus illud non exequitur, quod Superior ei iniungit in virtute S.obedientiæ, aut alijs uerbis ęquiualentibus, aut ſub pœna, quæ tantum ob peccatum mortale incurritur, vt eſt excommunicatio, irregularitas, & interdictum. *Syl.v.præceptũq.* 2.*& v.obedientia q.*12.*Miranda in Man.Prælat.tom.*1.*q.*26. *art.*4.*Carbo lib.*7.*de legib.diſp* 4.*Sayr.lib.*3.*cl.reg.c.*7.*Sanch.l.*9. *de matr.d* 32.*num.*24.*Tolet de* 7.*pecc.mor.c.*17. *Angles.in q.de voto diff.r.*16. Vt etiã tradidi *in Comment.de Hum.vitæ ſtat.p.*1.*c.* 23. *& de Exam.p.*1.*tr.*6.*c.*6.*q.*27.

3 *Caſus.*

TErtius eſt, quando contra Superioris, vel regulæ præſcriptum religioſus ex contemptu agit. *Sanch.l.c.num.*7.

4 *Caſus.*

QVartus, quando ſalutis immemor, nullam habet intentionem tendendi ad perfectionem. Id enim eſt quædam apoſtaſia à ſua protofeſſione, quæ hoc ipſo quod religioſa eſt, circa profectum in vera charitate verſatur. *D.Thom.*22 *p.*184.*art.*5.*& q.*186. *art.* 2. *Bannes.*2.2.*q.*33.*art.* 3.*dub.*3.*Roder.in qq.regul.tom.*3.*q.*48.*art.* 1.

Bel.

Beltram. de voto paup. c. 3. Idem *Sanch. de præcept. l. 6. c. 5. Nald. v. religioſus num. 5.*

2 *Aſſertio.*

SEcundo, qui litteras ad alios directas impedit, retardat, aut aperit, contra fidelitatem agit, quæ maximè religioſum decet. Cũ par ſit Dominum ſuum imitari, de quo dicitur *Pſal.* 144. Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operib. ſuis. Eſt enim fidelitas virtus, qua dicta, & promiſſa factis complemus, & certa facimus. Et humani pectoris ſanctiſſimum bonum dicitur à *Seneca ep.* 88. Vel vt deſcribit *Cic. lib. 1. off.* eſt dictorum conuentorumque conſtantia, & veritas.

Ad quam potiſſimum ſpectat, alienum ſeruare ſecretum; quandoquidem ſiue perſona publica, ſiue priuata, data promiſſione, ſeu viſu, relatione, vel alio modo alienum ſecretum nouit, & excepit, propter vinculum, & ius naturale, & fidelitatis officium, arcanum proximi cuſtodire, & obſeruare tenetur. vt ait *Sot. relect. de teg. ſecreto. membr. 1. q. 2.*

Atque huc confert illud Sapientis enuntiatum. *Prouerb. c.* 11. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana, qui autem fidelis eſt, ſeruat amici commiſſum. Mutuum inter homines tam ſæculares, quam regulares, commercium, & conſuetudo quò perfecta plenaq. ſit tres illos comites ſemper habeat, neceſſe eſt, quos *Ieremias. c.* 4. ueritatẽ, iudicium, ac iuſtitiam nuncupat. *Barb. in c.* 11. *& 14. de iureiur.* Hinc *Neptol. apud Sophoclem*,

Promiſſam temeraſſe fidem exprobatio magna eſt.

Idem *in c. 1. ext. de pactis.*

De qua re alibi *in Comment. de ſtat. p. 1. c. 10. & 16. & p. 2. c. 8. & de Exam. l. c. tr. 3 c. 22. q. 123.*

3 *Aſſertio.*

ADdo tertio, impedientem, vel retardantem alienas litteras quominus ad eum, ad quem ſcribuntur, deferantur, lethali noxa ſe obſtringere, & in foro exteriori pœna falſi puniendum eſſe. *Decian. in tr. crim. l. 7. c. 17. n. 46. Farin. de falſitate. q. 150. n. 117.*

Multo magis ſi eas etiam aperiat. *gloſſ. in c. cum olim. el. 2. in v. ſigilla violauit. ext. de offic. deleg.* vbi loquitur de clerico aperiente litteras

teras Iudicis, vt debeat beneficio priuari. *Diax. in praxi crim. canon. c.* 104. *Nauar. in c. ſacerdos. num.* 10 *de pænit. d.* 6. *Menoch. de arbit. Iud. cent.* 6. *caſu* 537. *& ſeq. Roder. tom.* 2. *qq. regul. q.* 36. *ar.* 2.

4 Aſſertio.

QVarto hoc peccatum ingens iniuſtitiæ pondus ſecum affert: tollit enim ius alterius, tàm ſcilicet mittentis, quàm eius, cui mittuntur. Lædit etiam ius gentium, quo Legati violari prohibentur, at litteræ muti legati cenſentur, &c.

Adde *Viuium deciſ.* 62. vbi aperiens litteras alienas vltra p. m. grauiter per Superiorem puniri debet.

Quinam in hunc caſum incidant, vel non incidant.

1 Comprehenſio.

IN hunc ergo caſum incidit, qui data opera, & doloſe, impedit, retardat, aut etiam aperit litteras, ſigillum frangendo, & legendo quæ in illis continentur, &c.

2 Comprehenſio.

IMo addo in eũ incurrere, qui ſolum aperit, & non legit aperta, nã ſunt verba legis nempe apertio literarũ nil de lectura exprimentis. *Coriol. ſup. d. caſum* 11. *Fagund. p.* 2. *l.* 8. *cap.* 7. *num.* 16. contra *Molſ. tr.* 7. *c.* 20. *nu.* 124. *Graſſ. & Quar. l. c.*

1 Exceptio.

NOn incidit legẽs ſi illæ litteræ erant apertæ, uel illud alienum ſcriptum non erat clauſum; quamuis enim in hoc peccatum mortale ſubeſſe poſſit, ſi præſumeret illum cuius eſt legi nolle; à caſu tamen reſeruatione eſſet immunis.

2 Exceptio.

IDem dicendũ, ſi extraheret illam tantum chartam, qua ipſæ litteræ clauduntur. *Bart. in l. ſi quis in graui* § *ſi quis tabulas. ff. ad ſylanian.*

3 Exceptio.

TErtio ſi ex obliuione, uel inaduertentia, retardarentur; cum ut ſæpius dixi, caſus reſeruatio peccatum mortale ſupponat.

4 Ex-

4 *Exceptio.*

QVarto, qui aperiret litteras, ex quibus iuſte, & probabiliter timeret aliquod damnum ſibi contra ius parari, vt illud effugiat, aut impediat. *gloſſ. in d c. cum olim. in v. Vria.*

Imo qñ timeret proximo, damnũ aliqđ imminere, vt illi obſiſtat.

Non liceret tamen plus in eis legere, quàm ſatis eſſet ad tale detrimentum iniuſtum præcauendum.

Sed cum à viro religioſo hoc non ſit facile ſuſpicandum, cauendũ etiam erit ne cæcus amor ſui eum fallat.

5 *Exceptio.*

QVinto non incidit, qui litteras ad alios ſine Superioris licentia ſcribit, vel ab altero recipit, & ſi contra obedientiæ, vel vt aliqui volunt, paupertatis etiam leges peccet, niſi in caſibus à iure expreſſis: vt ſi eſſent litteræ, quæ à Romana Pœnitentiaria emanare ſolent, & ſecretum ſacramenti pœnitentiæ forum contingentes, ad Pœnitentiarios regulares, vel Doctores in ſacra Theologia, ſiue in Iure Canonico expediendæ diriguntur.

Vt etiamſi regularis delicta ſui Superioris ad maiores Præfectos deferret, ſeu alia quauis cauſa ad illos ſcriberet. Vel ſi ex Superiorũ epiſtolis iniuſtũ aliquod malũ, ut dixi, ſubditus probabiliter timeret, ẽtſi iuramento ſe illas fideliter daturum promiſiſſet, nam eo ipſo quod iniuſtitiam continẽt, ipſum iuſiurandum fuit nullum, cum iniquitatis vinculum eſſe non debeat, *c. non inferenda 23. q. 3. c. ſi vero. c. veniens. ext. de iureiur. c. 25. 22 q. 4.* communis eſt. vt per *Fagund l. c n. 26. Roder. tom 2. qq. reg. 36. art. 4. & Molſ. nu. 131.* vt tradunt etiam Doctores *in c. non dicatis 12. q. 1.*

Extra hos caſus nefas eſt religioſo inconſulto Superiore litteras ad aliquem dare, vel accipere, vt patet etiam. *ex Ioanne Caſſ. lib. 4. inſtit. c. 14.*

Adeo vt aliqui religioſi ordines hanc tranſgreſſionem inter caſus reſeruatos locauerint, cum per vſum nouerint, hoc ex adiunctis in magnum religionis detrimentum, & ſolemnium votorum iacturam vergere. *Llamas p. 1. c. 7. §. 17.*

Et

Et certe ipſa magiſtra rerum experientia docet, multorum ſcelerum furtiuam huiuſmodi litterarum dationem, & acceptionem, cauſam exiſtere, vt miſerabili exemplo Sabiniano Diacono contigiſſe legimus; cuius per clandeſtinas epiſtolas execranda commercia. D. *Hieron. epiſt.* 48. deplorat.

6 Exceptio.

SExto in hunc caſum ſicut & in hucuſque declaratos non incideret mortuo, vel amoto Superiore reſeruāte, & tempore Capituli generalis, vel Prouincialis, per ea quæ dixi *p.* 1. *c.* 3. *in fi.* & alibi.

Niſi tamen aliud ab eiſdem Capitulis cautum eſſet: & niſi per modum conſtitutionis reſeruarentur, tunc enim niſi à ſucceſſore reuocentur, ad inſtar legis perpetuo durant. *Vgol. de cenſ tab.* 1. *c.* 9. §. 4. *Megal. in l.* 1. *inſt. conſ. c.* 12. *num.* 13. *Viual. in cand. aur. de abſol nu.* 57. *Quar in v. caſus* Nald. *v. caſus.*

Verum etiam dū caſus per mortem Prælati extinguuntur, ſi quis antequam ille decederet, in illum caſum incidiſſet, reſeruatio non tollitur, & per conſequens abſolutio per ſucceſſorem, vel per Capitulum ſede vacante dari debet. *c.* 1. *de maior. & obed. l.* 6. *Molſ. l.* 7. *c.* 17. *num.* 45. Quod maxime in cenſuris reſeruatis locum habet. *Graff. l.* 1. *c.* 4 *num.* 46. *Fagund. p.* 2. *l.* 8 *c.* 1. *num.* 31.

Excipiendus etiam eſſet caſus abortus, quod eſt peccatum cenſura excommunicationis affectum, cuius abſolutionis facultas his tantum ſacerdotibus tribuitur, qui fuerint ad huiuſmodi caſum ab Epiſcopo vel eo mortuo, à Capitulo ſpecialiter deputati, vt obſeruat *Comit. lib.* 1. *reſponſ. mor. c.* 25 *& de hoc egimus ſupra caſu* 6. *c* 4. *ſect.* 2. *Fagund. p* 2. *l.* 8. *c.* 7. *num* 17. vbi etiam reſoluit, quod ſi non reſeruetur abortus niſi ſecuto effectu, tunc peccatum illud procurati abortus deſinit eſſe reſeruatum, ſi antequam effectus ſequatur, confiteatur, &c. vt alibi notaui.

Praxis circa præſentem caſum obſeruanda. &c.

PRaxis quæ circa hunc caſum obſeruanda erit, hæc eſſe poterit, ut primo pœnitens non ſatisfaciat, ſi dicat ſe impediuiſſe, uel retardaſſe, uel etiā aperuiſſe alterius litteras, ſed exprimere debet, an illæ litteræ ſint regularium ſuæ religionis, qua mente, & quo animo ductus hoc fecerit, nam non factū ſed faciendi cauſa inſpicienda eſt. *l. uerum ff. d furtis. Euſeb. in v. factum concluſ* 24.

Quan-

Quandiù in hoc crimine permanſerit, & quoties hoc delictum perpetrauerit, vt dignoſci poſſit, an ſit caſus reſeruatus, & quoties in illum inciderit.

Quid circa abſolutionem obſeruandum.

CIrca abſolutionem, uidendum erit, an penes ſe adhuc has litteras habeat, & antequam abſoluatur, aſtringendus erit, ut ad eos, ad quos diriguntur, mittat. Et ſi chartulam fregit, uel ſigilli ſignū amouit, eo modo quo fieri poteſt, reſarcire ſtudeat, ut ipſæ litteræ, ſi ita interſit, & expediat, ad quos pertinent, peruenire ualeāt.

Significāda erit grauitas criminis; ſalubriter eum corripiet, qua in re perſonæ qualitatem, & conditionem perpendet; nō enim una omnibus medicina congruit, ſiquidem uiri ingenui bono aliquo uerbo errores ſuos emendant, quàm ſi aliæ pœnæ infligantur, dicente *Seneca in Mor.* Nobilis equus umbra uirgæ regitur, ignauus nec calcaribus incitatur, &c. Et ſalutaris arbitraria que poſtmodum pœnitentia iniungenda erit, *arg. Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 8.

Et conſulere poterit, ut ſæpius confiteatur, nam ex D. *Auguſt. in c quam pænit. de pænit. d* 5. Quanto quis pluribus Sacerdotibus ſub ſpe ueniæ ſui criminis turpitudinem cōfitetur tanto facilius gratiam remiſſionis conſequitur. *Graff. l.* 1. *de arbit. Confeſſ c.* 9

Et ſemel legitime ab habente facultatem ſuper caſum reſeruatū abſolutus, à quolibet poſtea ſacerdote in religione admiſſo, ſi cum Superioris licentia ſe ſubiiciat abſolui poterit, ut eſt communis DD. ſententia.

Remedia tandem proponat, quibus in ſchola Chriſti, & in bono perſeuerare queat.

1 *Remedium.*

PRimo, ut ſæpè ſtatis temporibus profeſſionem ſuam renouet, & ſibi dicat, ad quid ueniſti? *Doroth. ſerm.* 10. *Climachus gradu* 4. *de obed.* hoc enim confert ad deuotionis augmentum, & ad excitandam, qua Deo obſtrictus eſt, obligationis memoriam, & ad magis eum in ſua uocatione confirmandum. *Dionyſ. de profeſſ. Monaſt. c.* 1.

Vnde Iulius III. Pont. Max. in cuiuſdam religioſi ordinis approbatione dixit, Curet religioſus primo Deum, deinde huius ſui inſtituti rationem, quæ uia quædam eſt ad illum, quò ad uixerit, antè oculos habere.

Et

Et S. Dorothæus dicere ſolebat, cum de mandatorum Dei, & uotorum obſeruatione ſermo apud eum fieret: Hæc uere ſunt uecti-galia magno Regi debita; quę qui non perſoluit malè multatur. Certum eſt autem propriæ profeſſionis recordationem per uotorum renouationem quæri. Quod in primis S. Cæſarius animaduertit, *cum homil.* 3. ad Monachos dixit, Iſti tales neſciunt, quid uouerunt, obliti ſunt propter quid huc uenerunt.

2 *Remedium.*

SEcundo, ut uirtutis præſtantiam, & proprii ſtatus fœlicitatem conſideret. Proprium enim hominis præſertim religioſi eſt, ſecũdum uirtutem uiuere, qui & beatam uitam agit, ſi ex uirtutis, & propriæ regulæ præſcripto degit cùius ſecura mens eſt; quaſi iuge conuiuium. *Prouerb. c.* 15.

Et recte Plotinus Philoſophus dicere ſolebat: uir bonus ſemper ſerenus eſt, ſtatuſque ipſius quietus, & nihil eorum, quæ mala dicuntur, eum perturbat.

Et ſi qua in hoc mundo imago Paradiſi exprimi poteſt, ea nuſpiã aptius, quàm in monaſterio, ubi regularis obſeruantia cuſtoditur, referri ſolet.

Vñ & D. Antoninus illud moribundus defecta. ut poterat uoce crebro repetebat; ſeruire Deo in religione regnare eſt Religioſus quippè ritè Deo ſeruiens eſt, ut ait *Climac. de auar. gradu* 16. mundi Dominus, & Monarcha. Sic enim & Stoici ſolum ſapientem, Regem, beatum, ac ditiſſimum eſſe prædicabant.

Vt proinde uerum ſit quod ait *Nau. conſ.* 35. *de voto.* religioſam uitam humiliter, & abſque ambitionis cupidine ductam, ſæculari procul dubio ſuauiorem æque ac ſecuriorem eſſe.

Monitum.

VBi obſeruandum, religioſum tepidum, & res temporales ſectãtem, quẽ paupertatem, caſtitatem, obedientiam, & alias huiuſmodi regulas, ac obligationes, ſe impleuiſſe pœnitet, ad quas rõne uotiuæ profeſſionis obligatur, grauis culpæ nexu illaqueari, & ſub mortali eam diſplicentiam depellere teneri, cum ex ea graue tranſgreſſionis periculum conſurgat. *Valent.* 2 2. *d.* 6. *q.* 6. *p.* 3. *Vecch. de profeſſ. Diſp.* 13. *Dub.* 10.

Ab

Ab ambitu abſtinendum.

QVapropter ſummi momenti erit, vt perpetuo felix cuiuſque religionis, & religioſæ perſonæ ſtatus conſeruetur, diligentiſſime ambitionem ambientium crucem, & omnium malorum matrē in quauis republica, vel congregatione ſubmouere, & acribus inflictis pœnis aditum ad dignitates, & Præfecturas directe, vel indirecte quærendas præcludere. *D. Baſilius in conſtitu. monaſticis ca. 25. Petr. Morales in comment. in 1. c. Matth. lib. 4. tr. 9. num. 18. Feder. de ſenis conſ. 132. Tuſchus v. ambitio concl. 325. Borellus de Edict. Magiſt. l. 1. c. 9. Buſaus in area Med. v. ambitio.* O peruerſitas, o abuſio filiorum Adam, quia cum aſcendere difficillimum ſit, deſcendere autem facillimum, illi & leuiter aſcendunt, & difficilius deſcendunt, parati ad honores, & celſitudines graduum eccleſiaſticorum ipſis etiam Angelicis humeris formidandos, exclamat D. *Ber. ſerm. 2. de Aſcenſ. Combrec. lib. 1. de ſtudio perfect. c. 3.*

Extat adagiū, late viuens, quo admonemur, in humili fortuna vitam eſſe feliciorem ijs, qui obſcure viuunt, & à publicis negotijs ſe mouentur.

Quò alluſit Ouidius cum dixit.

Crede mihi, bene qui latuit bene uixit &c.

Et *Seneca ep. 79.* Nulla virtus latet latuiſſe non ipſius eſt damnum. *Buſaus in arte medica in v. ambitio.*

Cum natura mortalium teſte *Aug. in Pſalm. 1.* auida ſit imperij & ut ac *Tacit. Hiſt. l. 2.* Vetus ac pridem mortalibus inſita ſit potentiæ cupido, niſi hæc dominatus libido virtute, diuinæq; gratiæ fræno cohibeatur, in multa mala etiam religioſas mentes præcipitat. *Extrauag execrabilis. tit. de prab. & dignit. Paulus I. in Conſtit. 98. Incip. Quoniam nemo.*

Vnde etiam Theophylactus illa verba Apoſtoli ad Coloſ. III. Vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, cum autem apparuerit Chriſtus uita veſtra, apparebitis & voscum ipſo in gloria, ſic interpretatur, Ne hic honores, gloriaſque concupiſcatis, nam illic gloria veſtra eſt. Deliteſcit margarita tantisper dum in conchili fuerit, ſimulac vero perfractum fuerit, tunc in gloria relucet. Hunc admo-

dum, & uos quandiù in corruptibili corpore fueritis, tanquam latẽtes viuere debitis ab omni gloriæ cupiditate alieni, quando enim diſſolutum fuerit hoc corruptibili, tunc gloriæ noſtræ ſuus erit locus. *Morales in Matth. l. 4. tr. 6. num.* 14. *Borell de Edict. Magiſt. l.* 1. *c.* 9. Vide quæ ſcripſimus *in comment. de Exam. p.* 1. *tr.* 7. *c.* 36. *q.* 138. *& p.* 2. *tr.* 15. *q.* 21. *reſol.* 6.

Nil quippe tutius quàm in terra ambulare, hoc eſt humilitatem ſectari, de qua illud verum eſt.

Qui iacet in terra non habet vnde cadat.

Meminerint religioſi quod vt de B. Nicolao Albergato eximiæ ſanctitatis, ac doctrinæ viro, ordinis Carthuſienſis, Epo Bonon. & S. R. E. Card. refert *Petrus. Sutor. de vita Carthuſian. l.* 2. *tr.* 3. *c.* 7.

Quò magis latere ſtudebat, quominus honores, laudem, ac gloriam appetebat, eò magis illa eum ſequebantur.

3 *Remedium.*

TErtio ſæpe mente reuoluat proprias obligationes, & religioſi ſtatus conditiones, cum in confeſſo ſit apud omnes Patres, religioſum debere eſſe crucifixum, aut crucifixo ſimillimum.

Et *Petr. Bleſſ. ſerm.* 9. cenſet religionẽ eſſe illam crucẽ, de qua Saluator. *Matt. c.* 16. ait, Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam, &c. compactam è duobus lignis obedientię, & pęnitentiæ. In eadem docet nos alligari funibus regulæ, clauis obedientiæ, & nobis ne linguam quidem eſſe liberam, propter ſilentii regulam, in ea exemplo Chriſti vſque ad mortem eſſe perſeuerandum, licet Dæmon, mundus, caro, clament, deſcende de cruce. *Combrec. de ſtud. perfect. lib.* 1. *c.* 3.

Hinc ingreſſum religionem mortuum eſſe mundo dicimus ita vt ex votiua profeſſione mors ciuilis naſcatur. *l. Deo nobis C. de Epiſc. & cler. c. placuit el.* 2. 16. *q.* 1. *Abb. in c. præſentium. ext. de probat.* Quod tamen intelligendum eſt in caſibus à iure expreſſis, iuxta quam plures quos allegat. *Fuſarius de ſubſtit. q.* 430. *num.* 15.

Vnde religioſus, quò ad proprię voluntatis, & temporalium bonorum poſſeſſionem, ciuiliter mortuus cenſetur: ſecus quò ad amittẽda naturalia, vt eſt ius ſanguinis, & priuilegia. &c. licet ea etiam contemnere debeat. *Vecchius de profeſſ. nouit. Diſp.* 13. *Dub.* 9.

4 *Remedium.*

INſuper meminerit ex *Richardo Victorino in comment. ad regulam D. Aug.* vndecim eſse cauſas, quibus regulares, & religioſi ordines periclitari ſolent.

Cauſa ruinæ religiõnum.

PRima eſt ſuſceptio perſonarum inutilium.

Secunda negligens, & inordinata inſtitutio nouitiorum. A qua vniuerſa religionis pernicies prodit *c. omnis* 12. *q.* 1.

Tertia ingredientium, & ſuſcipientium ad religionē non recta intentio, quod quanti ponderis ſit, & quantum religioſis ordinibus obeſſe ſoleat, tradit *Ribera in Oſeam Prophetam c.* 2. *num.* 101.

Quarta ſtudii ac deuotionis omiſſio.

Quinta Religioſorũ, & Prælatorũ frequēs è monaſterio euagatio

Sexta inutilium perſonarum, & conſanguineorum promotio.

Septima nimia cupiditas, & ſolicitudo temporalium bonorum. (Nam vt cuiuſdam religioſi ordini ſapiens generalis Præfectus gregem ſibi concreditũ admonebat, Quatuor ſunt à religioſo ouili abigenda, morũ, ac diſciplinę relaxatio, profeſſorũ multitudo, mulierum familiaritas, terrenarum rerum copia, & cupiditas.)

Octaua negligens, & inconſulta uiſitatio, ut è contra per uiſitationem regularis diſciplina cuſtoditur, iuxta illud: Per tria, ſi. ſo. ui. Carthuſia permanet in ui. i. per ſilentium, ſolitudinē, & uiſitationē. *Cornel. Schulz. de diſcip. Eccl. l.* 3. *c.* 7. Vt dixi *in cõmēt. de ſtat. p.* 1. *c.* 22

Nona inexperientia, & ambitio Prælatorum, ob quam æternam damnationē ſibi cõparant. Quod illi nimio ſuo malo fateri coacti ſũt, qui dixerũt, Ambitio, & crapula, duxerũt nos ad tartara. *Mart. Delr. lib.* 6. *diſq. Mag. c.* 2. *ſect.* 3. *q.* 2. *Daur. tom.* 3. *c.* 6. *tit.* 6. *exēp.* 4.

Decima amor carnalis cõſãguineorũ *Scrib. in med. rel. l.* 3. *c.* 59.

Vndecima debitæ correctionis omiſſio, & diſſimulatio, quę ut D. *Bernard. lib.* 3. *de conſid.* prodidit, eſt incurię ſoboles, inſolentię mater, radix impudentię, tranſgreſſionum nutrix.

Abuſiones ſeculi.

5 R*emedium.*

VNdecim pariter recolat eſse abuſiones clauſtri, quibus tota religionis ſumma deſtruitur: ſcilicet Pręlatus negligens, Diſci

pulus inobediēs, iuuenis otioſus, ſenex obſtinatus, Monachus curia lis,& etiam cauſidicus. Habitus pretioſus, cibus exquiſitus. Rumor in clauſtro, lis capitulo; Diſsolutio in choro, irreuerentia iuxta altare, ut docuit. *Hugo lib. 1. de clauſtro animæ.*

Ipſemet Diuus Bernardus *ſerm. 2. de mut. aq.* explicans miraculū mutationis aquę in uinū, ponit in religione ſex hydrias hoc eſt ſex res ad religioſum ſtatū conſeruandum ualde neceſsarias, quas ipſe uocat ſex obſeruantias à Sanctis Patrib. ad corda purificāda inſtitutas, caſtitatē, ieiunium, laborem manuum, uigiliam, ſilentiū, & ſexto loco regularem diſciplinā, qua non noſtro arbitrio, ſed alieno uiuimus, ut deleatur quidquid indiſciplinate uiuendo deliquimus.

Regularis diſciplina quomodo ex malo regimine dilabatur.

HÆc autem diſciplina ex malo potiſſimum Prælatorum regimine dilabi ſolet. D. *Greg. lib. 9. reg. ep. 42.* Quę cauſa fuit ut *Tridentini pp. ſeſſ. 25. de reg. c. 1.* Superioribus religionumq̃ præceperint, ut regularem diſciplinam collapſam reſtaurent, & uigentem ſartam tectam conſeruent, ad quod ſub noxa mortali etiam in leuioribus teneri aſſerit. *Sotus de ratione tegen. vel detegen. ſecr. memb. 2. q. 2. concl. 3. & Lopez. p. 1. Inſtr. conſc. c. 55. Bāner. 2. 2. q. 33. ar. 2. dub. 2.* Et dixi *p. 1. c. 3.*

Siquidem religioſorum leges, & conſtitutiones dicuntur nerui, & oſsa religionis, ſine quibus, hoc myſticū corpus cōſiſtere nō pōt.

Cum etiam uetus ſit dictum, malum quidem eſse Principem habere ſub quo nihil ulli liceat; peius uero eum ſub quo omnia omnibus. *Scribom. de ſup. relig. l. 1. c. 25.*

Magnum quippe animarum naufragium, cum canones, & rectę vitæ inſtitutiones non vigent. ait B. *Ephręm tom. 2. in doct. var. c. 32.* per hoc ſignificans, religioſorum cætuum ruinam ex hoc oriri, quod regulæ non obſeruentur.

Nec diſſentit *Ioan. Trit. in Penth. c. 3.* dum inquit, In Cœnobiis vbi regula decipitur, vbi diſciplina non ſeruatur, quid aliud quàm quædam ſcaturigo vitiorum omnium conſpicitur? Nulla obedientia nulla paupertas, nulla caſtitas apud illos virtutis amore tenetur.

Quænam in religionum Prælatis requirantur.

AD retinendam autem hanc regularem diſciplinam tria maximè in Præfectis neceſſaria videntur, quæ ſe doceri Regius va

tes flagitabit,dicens: Bonitatem,& diſciplinam , & ſcientiam doce me. *Pſalm.* 118.

Super quæ verba. D. idem Bernardus *in ſerm. p.* Hæc ſunt inquit, quæ Paſtori conueniũt: Bonitas attrahit, diſciplina corripit, ſciẽtia paſcit. Bonitas amabilẽ, diſciplina imitabilem, ſciẽtia docilẽ reddit.

Bonitas duas eius virtutes complectitur, nempè eiuſdem diſciplinæ zelum, & communium regularum obſeruantiam, quia.

Regis ad exemplum totus componitur orbis:

Gloſ. in c. magnę, ext. de voto. c. ex merito. 6. q. 1.

Diſciplina hoc in loco punitionem ſignificat, vt malos pœna afficiat. nam ex *gloſſ. in c. ea. de off. Archid. & Syluest. in v. Prælatus.* §. 4. Prælati negligentia in omiſſione eorum quæ ad ſuum officium ſpectant, vt uiſitationis, correctionis, &c. mortalem noxam inducit. *arg. D. Bonau opuſc. de ſex alis c. 4. & Lud. de Ponte tom. 3. tr. 7. c. 17.*

Sciẽtia vero doctrinam innuit, qua ipſe Superior ſubditos tàm publicis, quam priuatis ſermonibus erudiat, & ad vitam religioſe inſtituendam cohortetur, *ex D. Thom. c. 24. in Matthæum.* Vnde *& D. Greg. ſup. illud Iob. c.* 29. quãdo lauabam pedes meos butyro ait, Pręlatos, qui vberiori deuotione, ac interiori igne repleti eſſe debẽt, teneri ſpiritualibus monitis ſpiritus pinguedinem ſubditis cõicare.

Et ſic etiã admonet Innocentius III. *in c. cum ad monaſterium. & c. fin. ext. de ſtat. monach.*

Prior potens ſit in opere, & ſermone, vt exemplo vitæ, verboque doctrinæ, fratres ſuos & inſtruere poſſit in bono, & à malo etiam reuocare; zelum religionis habens ſecundum conſcientiam, vt delinquentes corripiat, & caſtiget, obediẽtes foueat, & confortet. &c.

Arg. c. qualiter ext. de accuſ. vbi ſubditorũ exceſſus Præfectus punire debet, inquiſitione tamen, & infamia præcedente, ſi non vt pater, ſed vt Iudex procedere velit. *Coriol. par. 2. caſu. 5. num. 22. Roder. tom. 3. qq. regul. q. 42. art. 11.* Qui etiam *tom. 2. q. 4. & 5. vſque ad 44.* vbi de ſubditorum correctione, inquiſitione, & hmõi agens, oſtẽdit quanta iuris peritia, & regulariũ cauſarũ cognitione religioſos Prælatos pollere oporteat, vt & per *Mirandã. tom. 2. q. 4. art. 1. & 2.*

Quam difficile ſit bene alijs imperare, & quomodo etiam malis, & minus idoneis parendum.

QVippe cũ bene regere, vel regi ſapientis eſſe. SS. PP. pronuntiens

tient,ſummumque donum,& gratiam ſancti Spiritus eſſe definiant. *Caſſ.lib.2.c.3.*

Hinc etiam interrogatus Card. Aldobrand. quiſnam bene gubernaret, reſpondit: Qui vim habet numinis: ſentiens cum Homero, neminē rectè gubernare: niſi ex Dei dono. *Farneſ in apoph. de Principe.*

Gegor. Nazianz. in apolog. Reuera, inquit, mihi videtur eſſe ars artium, & diſciplina diſciplinarum, homines regere, qui ſunt inter omnes animantes maxime & moribus uarii, & uoluntate diuerſi. *Labata in v. Superior. Propoſit.* 10.

Vñ *Æneas Syluius. in hiſt. Boemia*, referete ēt *Roder. iu qq. reg. tom.* 3. *q.* 34. *ar.* 2. dicebat, Agrum colere, gregem paſcere, nauem regere, texere, ſuere, & ædificare, multi ſe ignorare fatentur, at Magiſtratū in vrbibus gerere, gentibus imperare, quod omnium difficillimum eſt, nmo ſibi à natura negatum aſſerit.

1 *Monitum.*

VErum patienter, & æquo animo ferendi ſunt Principes, Præfecti, ac Rectores, non ita idonei, ac etiā mali, quia Deus aliqñ propter populi culpas, & peccata, hominē hypocritā regnare facit, vt loquitur *Iob. c.* 34. permittitit enim vt improbus aliquis, & minime imperio aptus, ementito ſanctitatis, & pudentiæ ſplendore, quodam populi errore, ad ſupremos honores ſubrepat. Quod etiam nō latuit *Plutarchum in lib. de ſera num. vind c.* 4. Et probat Anaſtaſius Nicenus. *tom.* 1. *Biblioth. SS. Patrum.* cum ait, Cum quidam factus eſſet Thebaidis Epiſcopus, vrbis multorum ſcelerum plenæ, Angelus Epiſcopo apparens illi dixit, Quid ſuperbis infelix? Non creatus es Epiſcopus, quia tali ciuitate dignus eras, ſed quia huiuſmodi ciuitas tali Epiſcopo digna erat. *Pineda in Iob. d. c.* 34. *verſ.* 30. *Lauṙed. in Sylua mor.* 2. *Prælatus. Morales in Matth. l.* 2. *tr.* 2. *num.* 10. *Aluarez. de vita relig. ſect.* 6. *c.* 13.

2 *Monitum.*

QVa in re religioſorū eminere cōſpicitur obedientia, qui perfectam profitentes uitā, propria ſponte uoto Præfectis obtemperandi ſe obſtringunt, non ſolum ob generalem rationem, quod in omnibus communitatibus aliquis qui regat adeſſe debet, cui reliqui ſubiiciantur. *c. in apibus* 7. *q.* 1. D. *Thom.* 22. *q.* 104. *art.* 1. ſed ob alias peculiares, & inſignes rationes.

Prima

Prima ut ſe abiiciendi occcaſionem habeãt, ſe alteri homini ſub mittentes, qui huius mundi more, non maior, ſed ſæpe minor eſt, ut inſinuauit *Iſaias c.* 11. cum dixit. Puer paruulus minabit eos. Quod tunc, ut aliqui DD. exponunt, impletur cum huius mundi magnates humilibus, & obſcure loco natis, nec admodum ingenue educatis Præfectis obtemperant, qui ſeuere, & aſpere imperium exercent, iuxta illud,

Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum.

M*arſ. Columna de redd. eccleſ p.* 2. *c.* 12.

Secundo ut in hoc Dei filii obedientiam, & humilitatem imitẽtur, qui factus homo non ſolum æterno ſuo Patri, ſed aliis etiam hominibus, ſcilicet Ioſepho, & B. Virg. matri ſe ſubiecit. *Luc. c.* 2.

Huic excellentiæ additur quod Aſcetę, ac religioſi non ſolum bonis, ac ſanctis Præpoſitis, quorum conuerſatio ſupremi moderatoris uitæ conſentanea, & conformis eſt obedientiam præſtat, ſed ẽt aliqñ improbis, ac in rõne gubernandi peruerſis, modo quod iubetur malum non ſit. *c. Iulianus.* 11. *q.* 3. Id quod D. Petrus expreſſe docuit. 1. *Pet.* 2. Subditi eſtote dominis non tantum bonis, ac modeſtis, ſed etiam diſcolis: hæc eſt enim gratia, &c. *Lud. de Ponte de chriſt. perfect. tom.* 3. *tr.* 6. *c.* 13.

1 *Admonitio.*

TAndem pro coronide duo admonẽda uidẽtur, primo ꝙ ad Superiores, qui abſoluendi à caſibus reſeruatis facultatem habent, nõ ſolum per corporalem acceſsum, uerum etiam legitimo extante impedimento per inſinuationem, ſeu furtiua ſcripta, uel per litteras occultas, à Confeſſario ſuppreſso pœnitentis nomine conſcriptas recurri põt, per tradita *à Caiet. in ver. excom. c.* 69. Et Praxis Rom. Curiæ, ſtyluſque inter regulares obſeruat.

Qua in re par eſt, ut regulares Præfecti Generales, & Prouinciales difficiles, & moroſos ſe minimè præſtent, memores illius ſapientum pronuntiati: Nihil magis ægris prodeſt, quã ab eo curari, à quo uolunt. Et ægrotis bona de medico opinio ad conualeſcendũ confert. *M. Sen. l.* 4. *cent.* 5. *Vayr. de faſcino l.* 1. *c.* 2. Et quod ex Pontificiis Decretis, Caſuum reſeruatio non in deſtructionem, ſed in ędificationem fieri debet, ut alibi ſæpe perpendimus.

Vbi tamen aduertat etiam ſubditus, quod licet regulares cum

debi-

debita facultate abſentes, vel iter agentes, cuicunque ſacerdoti, ſiue regulari, ſiue ſeculari confiteri ualeant ex tacita ſaltem Superiorum licentia, à reſeruatis tamen abſolui eis integrum non eſse, niſi per ſpecialem conceſſionem id ipſis ſit indultum, nam in generali conceſſione ea nō veniunt, &c. *c. 2. de pœnit. & remiſ. in 6. Roder. tom. 1. qq. reg. q. 62. art. 5.* Megal. *In Inſt. Confeſs. l. 1. c. 10. n. 14*

2 *Admonitio.*

POſtremo vero loco admonere viſum eſt, Pnīarios, & alios ſacramenti pœnitentiæ miniſtros, vt quotannis videre nō omittat an ex caſibus tam S. Pont. in Bulla Cœnæ Dñi reſeruatis, quam & ab Epiſcopis, & regularium Prælatis reſeruationi ſubiectis, aliquid ſit immutatum, ne circa abſolutionem in alienam meſſem manum mittendo peccent, & inualidum actum efficiant. Siquidem ut ait S. Pōt. *in c. non debet ext. conſang. & aff.* Non debet reprehēſibile iudicari, ſi ſecundum uarietatem temporum, ſtatuta quoque varientur humana. M*antua in Dial. Iu. dial. 14.* Solæ enim apes magnis, id eſt æternis, & nūquam mutabilib. vtuntur legib. iuxta illud.

M*agniſque agitant ſub legibus aeuum.*

Vt teſtatur. *Staphil. in tr. de grat. ex expect. in princ.*

Et fauet illa regula. Quæ de nouo emergūt nouo indigent auxilio. *l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. act. Roland. à Valle l. 2. conſ. 1. num.* 161. *Tuſch. in v. emergens concl.* 145. *& v. mutatio cōcl.* 436. Vnde *& Bald. conſ.* 417. ait ſecundū ea quæ de nouo proponuntur, nouum reſponſum dare oportet, non. n. inquit, ipſe, ego muto conſilium, ſed mihi mutatur thema. *Decius, & Cagnol. in l. mutare ff. de reg. Iu. Corac. de Commun. opin. l. 1. tit. 6. Inſpect. 2.*

Quod alibi aduertimus, & in aliis rebus cōſulto repetendo factitauimus, vt veteri prouerbio ſatisfaceremus, iterū ac tertio quod pulchrum eſt, Apoſtolum imitati, qui ad P*hilip.* 3. ſcribens velut ti ſe excuſans quod eandem rem iterum ſcriberet, eadem inqui. uobis ſcribere mihi quidem non pigrum, vobis autem neceſſarium. *Tiraq. l. 9. connub. num. 26.*

FINIS.

INDEX
Rerum notabiliũ, quæ in ijs Cõment. de Caſibus reſeruatis continentur.

A

ABBAS vnde dicatur. pag. 463.
Abbates exẽpti an caſus reſeruare poſſint. 30.
Abbatiſſa an ad mortalem culpam obligare poſſit. 574. An uocã irritare. ibid.
Abortus procuratio, quã graue crimen ſit. 519. Eius pœnæ. 520. An excommunicatione afficiatur. 525. Quis ab ea abſoluat. ibi. & 526.
Abſentia mariti vxorem impudicam facit 397.
Abſenti Prælato eius Vicarius an abſoluat à caſib. reſeruatis. 76.
Abſolutio ſub conditione aliquando datur. 102
Abſolutio data ſuper caſu reſeruato, etiamſi imprudens, & iniuſta ſit reſeruatio valida non eſt. 38
Abſolutio cenſurarũ, & diſpenſatio irregularitatis in foro conſcientiæ extra ſacramentalem confeſſionem dari poteſt. 90. & ſeq.
An extra actum Confeſſionis dari poſſit 125
Tempore tamen Iubilei extra actum Confeſſionis niſi exprimatur dari non poteſt. ibid.
Abſolutio prius ab excõicatione, & poſtea à peccatis impendi debet. 91
Abſolutio à caſibus reſeruatis, quomodo cauſa vitandi ſcandali dari poſſit 91. Quomodo tunc Confeſſarius inferior abſoluere dicatur 92.
Abſolutio excommunicationis quid requirat. 124.
Abſolutio data excommunicato ſuper peccata antequam abſoluatur ab excommunicatione an valeat. 129.
Abſolutio quando blaſphemis differẽda. 241. Et quid erga alios perditos homines obſeruandum. ibi.
Abſolutio caſuum reſeruatorum quomodo danda. 72
Abſolutione nõ donati propria culpa an eccleſię pręcepto ſatisfaciãt 325
Abſolutione indigni quinam ſint. 98. & ſeq.
Abſoluentis à caſibus reſeruatis ſine facultate pęna. pag. 22. & 23. 434.
Abſoluens ab aliquo caſu dubitans an ſit reſeruatus, an p.m. & in excommunicationem incidat. 34.
Abſoluens dubitando an peccatum quod pęnitens confitetur ſit reſeruatum, an incidat in pœnas Decreti Clem. VIII. 24
Abſoluens à peccatis reſeruatis Prælatis regul. an in pœnas Decreti Clem. VIII. ſubat. 434.

a Ab.

Abſoluere quinam dicantur delegatione à iure facta. 86.
Abſoluere ab excommunicatione quis poſſit 121. A ſuſpenſione. 128. Ab interdicto. 131
Abſoluendus ne ſit animalia libidinoſo affectu domi detinens 364
Abſolui quis à cenſuris inuitus poteſt. pag. 25. & 64
Abſolui ne poſſit qui in monaſterio monialem violauit.&c. 372
Abſolui ne poſſit quis in occaſionibus proximis iacens. 319.
Abſolui an poſſit qui pœnitentiam præſeruatiuam acceptare renuit 361.
Abſolutus ab excommunicatione in articulo mortis à ſimplici ſacerdote, vel confeſſario, ſi côualeſcat debet ſe corã Superiore præſentare 16.
Abſolutus legitime ſemel à peccato reſeruato, an à quolibet poſtea Confeſſario ſi illud confiteatur abſolui poſſit. 39
Abſolutus à caſibus reſeruatis ab habente facultatem, ſi poſtea aliquorũ reſeruatorum recordetur, an poſtea à quolibet confeſſario abſolui valeat. 40.
Abſolutus tempore Iubilæi à caſibus reſeruatis an ſit valide abſolutus etiam ſi præſcripta in Bulla non præſtiterit. 84
Abſolutus ab excommunicatione in foro conſcientiæ, an noua abſolutione indigeat. 126
Abſolutus ab vna cenſura an ab omnibus abſolutus cenſeatur. 132
Abſolutus à Côfeſſario inferiore de licentia Superioris coram eo ſe præſentare non tenetur. 98
Abſtinentia ſanitatis parens. 414
Abuſus circa vota perſoluenda. 140
Abuſiones ſæculi. 183
Acedia quid ſit 205. Parũ cognoſcitur, & aduertitur à ſecularibus hominibus. ibi. Eius effectus. ibi. Quando mortalis ſit. 206 Quinam ei ſint obnoxij. ibi. Pœnitentiæ quænam accedioſis imponendæ. 209
Acceſſus ad monaſteria monialium quomodo prohibitus ſit. 373
Acceſſus ad moniales cum locutione quando à caſus reſeruatione eximatur. 41
Accipiẽs aliquid à religioſis quomodo peccet, & reſtituere teneatur. 537
Actiones humanæ vt laudem virtutis obtineant duo requirunt. 56
Actus conſummatio in delictis vt reſeruationi ſubiiciãtur requiritur. 39
Actus conſummatio ad incurrendas legum pœnas requiritur. 47
Actus moralis quid ſit. 162
Accuſatio ſui ſalutis initium. 396
Adoleſcentulæ ſtupratæ partum quem habent non baptizatum necare ſolent. 540
Adulter occultus an iure petendi debitum priuetur. 397
An cum altero coniuncto diuortium facere poſſit. ibi.

Adul-

Adulterium quid. 308
Adulterium uxoris quomodo probetur. 395
Aduenæ an lege ieiunii Quadrageſimalis in loco vbi morantur teneantur. 409
Aduenæ an ſtatutis Epiſcopi loci vbi morantur ligentur. 369. & 380.
Aduenæ & peregrini an ſubdantur Epiſcopo. 90. & 409
Affectus tres homines in omnia ſcelera præcipitantes. 191
Affinitas non contrahitur ſi ſeminis ſeminatio in vaſe mulieris facta nõ ſit. 46
Affinitas non naſcitur niſi per ſeminationem in fœmineo vaſe factã. 311.
Affinitas quid ſit. 312. Vſque ad quem gradum impediat. ibi. & 313
Affirmatio, & negatio ad idem genus reducuntur. 165
Alberti Magni exemplum. 485
Alchimicam artem exercentes à Dæmonibus falluntur. 274
Aloyſius Beltrandus à fœmina ſolicitatus. 333
Amans quod turpe eſt pulchrum iudicat. 350. & 318
Amaſys Regis Ægypti egregium factum. 175
Ambitio damnatur. 581. 583
D. Ambroſij in audiendis hominum querelis patientia. 216
Amici Aquilæ Epiſcopi, & Cardinalis humilitas. 175
Amici quomodo concilientur. 291
Amor pictor eſt. 318 ex aſpectu naſcitur. 385
Amor proprius iraſcendi eſt cauſa. 194
Amor ſpiritualis facile in carnalem conuertitur. 321. & 338.
Amor turpe pulchrum facit. 263. Amor quid. 556
Angeli cuſtodis præſentiæ conſideratio, quam vtilis. 160
Anima noſtra cur aquæ comparetur. 425
Animæ quando fœtus infundatur. 521
Animæ in Purgatorio exiſtentes quot modis ſoluantur. 293
Animæ ſalus curanda. 110
Animo inſidentia quomodo probentur. 240
Anni æterni meditandi. 168
Annibalis dictum. 159
Annoſa paſſio non facile curatur. 242
Antiquitatis vis. 4
Antiſthenis philoſophi dictum. 433
Antiochus cur reipub. adminiſtrationem ſuſcipere noluit. 191
D. Antonii de mundanis hominibus ſententia. 147
D. Antonini dictum. 580
Apes otioſos odio proſequuntur. 207
Aperiens alterius litteras quomodo peccet, &c. 576

Appellare an religioſis liceat. 461
Apoſtoli ſæpius inter ſe conſilia inierunt. 59
Apoſtata an dicatur de una ad aliam religionem tranſiens? 495
Apoſtata quid ſit.438.Quando in excommunicationem incidat. ibi
Apoſtatarum iniquitas 440.& ſeq.Praxis erga eos à Confeſſario obſeruanda. 447
Approbatio Confeſſarii tempore *Iubilei* requiritur. 108
Approbatio Confeſſarii facta ab Epiſcopo an auferri poſſit. 71
Approbatus ab Ordinario ſemper in Iubilæis eligendus.80.Quod etiam in religioſis locum habet vt ibi. *Apum* natura 388
Aquilæ natura. 149
Arma non ſumenda ſunt de domo rei. 511
Articulus mortis omnem caſuum reſeruationem excludit 25. Quatuor tunc à Confeſſario obſeruanda 26. Diſpenſatio,vel commutatio votorum,iuramentorum,&c. in eo non conceditur.ibi. An qui nil confiteri poteſt,ſed tantum dat contritionis ſigna, abſolui poſſit. 27
Ars artium regimen animarum. 386
Ars artium cura animarum. 142
Ars notoria quid. 258
Aſtrologia iudiciaria damnatur.256.Quid ſi per eam aliquid non certo futurum prædicatur.ibi. *Alphonſi* de ea ſcitum dictum ibi.&257.*Eiuſ*dem de ſomniis. 263
Attentare quid ſit. 319
Athenodori monitum ad ſedandam iram. 193
Auaritia quid ſit 179.Eius deteſtatio ibi.& 180.Duobus modis homines tẽtãtur.ibi Eius ſoboles ibi.Quorũ ſit propria 181.Eius remediũ.ibi.
Auarus cur cani, & porco comparetur. 397
Auguſti *Cæſaris* in capiendo conſilio docilitas. 62
D Auguſtini in diuinum iudicium memoria,ac metus. 145
Auium uolatus uel cantus an aliquid futurum prædicant. 255
Aureola quibuſnam in cœlis tribuatur. 340

B

BAculus quem Epiſcopus geſtat quid ſignificat. 402
Bãniti an licite occidi poſſint 284. An à caſib.reſeruatis abſolui. ibi.
Barbaræ Imperatricis Bohemiæ impietas. 186
Bartoli prudens factum. 61
Bartoli abſtinentia. 196
Beatas uel Bizocchas carnaliter cognoſcens an ſacrilegium committat, & in caſum ab Epiſcopo reſeruatum incidat. 371
Belligerandum eſt aſſidue contra luxuriam. 184
Bellum,an licitum ſit. 286

D.Be-

D.Benedictus cur ægris eũ qui aliquando ægrotauit præfici volebat. 117
D.Benedictus conuerſos etiam ad conſilium adhibebat. 411
Beneficientia erga cõſanguineos potius quã erga exteros exercẽda. 399
Beneficij eccleſ. collatio periuro facta non valet. 502
Berengarii moribundi verba. 276
D.Bernardi documenta in ſuo teſtamento relicta. 394
Beſtialitas vt & ſodomia non eſt reſeruata ſi conſummata non ſit. 46
Beſtialitatis caſus, & eius grauitas 361.Quid ſit ibi.&ſeq. Eſt ſpecies ſpecialiſſima. 364
Biantis dictum de fœminarum pudicitia. 340
Blaſphemia cur ab Ordinarijs reſeruetur.218. A quo inuẽta.ibi.Eius grauitas ibi.& ſeq.Eam Iudices ſæculares punire debent ibi.& 220. Quilibet blaſphemantem audiens eum obiurgare tenetur. ibi.
Blaſphemia quid ſit, & quænam eius ſpecies 220.& 221.An in verbis, vel etiam in factis conſiſtat. ibi.
Blaſphemia hæreticalis quid ſit. 222.Atrox quid. ibi.
Blaſphemandi conſuetudo an excuſet. 236
Blaſphemiam in B.V.prolatam quomodo vleiſcatur Deus. 228
Blaſphemia atrox quot modis dicatũ 224.Vltio diuina in blaſphemũ. ibi.
Blaſphemiæ ſpiritus quomodo vincendus. 245
Blaſphemiæ quomodo inter ſe ſpecie differant.224. Blaſphemiæ Iudices quinam ſint.225.Ex quibus cauſis oriatur. 226.Blaſphemare conſuetus quis dicatur. 227
Blaſphemi quando,& quomodo abſoluendi. 241.& ſeq.
Remedia contra blaſphemiam.242.Blaſphemia eſt proprium Dæmonũ vitium. 243
Blaſphemi denuntiandi ſunt.227. Quibuſnam denuntiandi. 228.Quinam denuntiare teneantur.229.Quando denuntiatio facienda. 230
Blaſphemans vnum ſãnctum tantum an caſu reſeruato afficiatur. 235
Blaſphemia eſt proprie vilium homi num. ibi.
Blaſphemus in intellectu errorẽ habẽs an à Cõfeſſario abſoluendus. 238
Blaſphemator ſponte accedens ad Inquiſitorem temporales pœnas vitat. 231
Blaſphemo grauis Pœnitentia imponenda. 238
Bonum triplex. 211
Bona apoſtatarum ad quem pertineant. 470
Bona fides quomodo à pœnis incurrendis excuſet 130
Bulgaris Bulgarorum Regis ad Deum conuerſio. 146
Bulla Greg. XV. contra Confeſſarios ſollicitantes in confeſſione, 19.& 328.& 335.Bulla Sixti V.contra ſortilegos,& maleficos 251.& ſeq. & 262.Greg.XV.contra eoſdẽ 164.Paul.V.cõtra religioſos Superio-

res, &c. 437. Greg. XV, cõtra cõficientes maleficia. 438. Vrbani VIII. contra apoſtatas 470. Clementis VIII. de larg. man. 477. & 497
Bullæ Cœnæ Domini facultas quando conceſſa non cenſeatur. 82
Bullæ latæ contra Confeſſarios ſolicitantes fœminas ad turpia an ad eos etiam extendantur qui ſolicitant pueros. 362

C

CAdere à ſtatu felici maximum infortunium. 1
Capitulum ſede vacante à Caſibus tùm Epis, tùm regularibus Prælatis abſoluit. 75. Quinam poteſtate delegata ab homine à caſibus reſeruatis abſoluant. 75
Cameli inceſtum abhorrent. 309
Canis inuidiæ 203. Symbolum Principis. 6
Canones antiqui de ſeptennii pœnitentia abrogati ſunt. 113
Carnaliter cognoſcens conſanguineam vxoris ſuæ in primo, vel ſecũdo gradu ius petendi debitum amittit, & Epiſcopali diſpenſatione indiget. 317
Caroli Borromęi documenta. 423
Carolus Boromæus quomodo iram compeſcebat. 194. Cur religioſos ſine comite incedentes non reſalutabat. 456
Cardinalis Bellarm. dictum. 495
Card. Aldobrand. dictum. 586
Carthuſianian in articulo mortis carnes comedere poſſint. 411
Caſtitas periclitatur in delitiis. 319
Caſuum nomine vota, iuramenta, irregularitas, &c. non veniunt. 29
Caſuum reſeruatione quinam ligentur vel non. 36. & ſeq.
Caſuum reſeruatio qñ ceſſet. 40. Quid circa eam ſanxerit Clemens 8. 66. Quis iure ordinario, & directe à caſibus reſeruatis abſoluat 73. Delegati vi Iubilæi an à caſibus Epiſcopo reſeruatis abſoluere valeant. 79
Caſuum reſeruatorum abſoluendorum forma. 94
Caſuum reſeruationem in Dei Eccleſia extare quomodo probetur. 3
Caſuum reſeruatio ſtrictam admittit interpretationem 39. Caſuum reſeruatio quando expiret. 79
Caſus à quibus regulares iuxta eorum priuilegia abſoluere poſſunt. 22
Caſus in Bonon. Eccleſia reſeruati. 52. Et regulariter caſus in tabella ab Epiſcopo expreſſi, tantum reſeruati cenſentur. ibi.
Caſus qui à regularibus reſeruari ſolent. 53. Iuxta præſcriptum Clem. 8. reſeruandi ibi. Quando expirent. 56
Caſus Papę reſeruati annexam habent excommunicationem. 28. Semper obligã: niſi à ſucceſſore reuocentur. ibi. caſus Papales quomodo ab Epiſcopalibus differant. 29

Ca-

Caſus cur reſeruentur. 5
Caſus in quibus confeſſiones ſunt iterandæ. 108
Caſus dubius non eſt reſeruatus. 549
Caſus vnde dicatur, & eius ſignificationes. 1
Caſus reſeruatus quid ſit. 2
Caſus à quibus Epiſcopus vi Conc.Trid.modo occulti ſint abſoluere poteſt quomodo intelligantur. 89
Caſus in Bulla Cœnæ Domini contenti conceſſi non cenſetur per generalem conceſſionem,niſi ſpecialiter Papa illos exprimat.82. Et ſi ij de tur facultas abſoluendi ab hæreſi tributa non cenſetur. ibi.
Catharinæ Senen. à Chriſto data documenta 487. Eius ſanctitas. 540
Catharinæ Senen.de lubricis ſacerdotibus dictum. 327
Catharinæ Genuenſis documenta. 427
Cathenæ Dæmonis. 143.& 145
Cato.Cenſor. de tribus pœnitebat. 378
Cauſa limitata limitum producit effectum 79
Cauſæ peccatorum. 163.cauſa quælibet excuſat à dolo. 413
Cauſæ generales in quælibet humana actione requiſitæ. 3
Cauſa finalis,efficiens,materialis,& formali reſeruationis caſuum. 3
Cauſæ formalis reſeruationis caſuum 56.In caſibus reſeruandis peritorum conſilio vtendum. 57
Cauſa finalis reſeruationis.5.Cauſa efficiens. 27.Materialis. 41
Cautelæ obſeruanda tempore Iubilæi. 83
Cella religioſo Cœlum eſt. 454
Cenſuræ quid in homine operentur.32.cenſura innodatus an ratione vitandi ſcandali celebrare, & communicare poſſit. 92
Cenſura ligati ſi ea quæ ordinis ſunt exerceant,p.m. & irregulares ſiũt. 32.Cenſura reſeruata obſtrictus an cauſa vitandi ſcandali vel infamiæ,ab Inferiori abſolui poſſit. 92
Chilonis Lacedæmonij dictum. 191
D.Cypriani in ſua tempora deploratio. 8
Cicadæ natura. 17
Circunſtantiæ non mutantes ſpeciem an confitendæ. 517
Circunſtantiæ mutantes ſpeciem an confitendæ. 223
Circunſtantiæ in confeſſione exprimendæ. 102
Clauſura,& ſolitudo quanti à religioſis facienda. 453
Clam facta ſuſpicione non carent. 458
Clauſura à monialibus ſeruari debet. 374
Clauſura regularis in quo conſiſtat.452. An ob vitæ periculum uiolari poſſit. 466
Clerici reſidere debent. 8

Cleri

Clerici an multis ſuſpenſionibus ex capite ignorãtiæ, vel obliuionis in foro conſcientiæ excuſari poſſunt. 128. Ab auaritiæ crimine, & eius ſuſpicione cauere debent. 312. Cur coronã, & tonſuram deferant. 563
Clericus beſtialitatem committens, an in pœnas Bullæ P j V. incidat 362
Clericus ſodomita qũo puniatur. 359. Qñ talis dicatur. ibi. & ſeq.
Clodoeus donum ſanitatis ſtrumarum habuit. 259
Cogitationis pœnam non infert lex humana. 45
Cognatio ſpiritualis quid ſit. 321. Eius ſpecies. 322. An à duobus, vel pluribus contrahatur. ibi. An eam tenens, vel mandans comparet. ibi. Filium in neceſſitate baptizans num illa ſubeat. 323.
Columbæ propriet. 144
Comedens carnes in Quadrag. ſi eo die occurrat vigilia an duo peccata committat. 416
Comedens carnes vel cibos vetitos in Quadrageſ. redditur ſuſpectus de hæreſi. 415
Comedentes carnes, vel alios cibos prohibitos in diebus Quadrageſimæ ſine licetia, & ſine cauſa quomodo de hæreſi ſuſpectus redduntur. 196
Commercium improborum quantum moribus noceat. 55
Complex an in confeſſione pandendus. 316. Complex in delicto Confeſſarij non ab eo abſoluendus. 336. & 33
Conatus an in foro tam interno, quam externo puniatur. 329
Conceſſione generali facta illa non veniunt quæ ſpeciale mandatum requirunt. 29
Conceſſionum tenor inſpiciendus. 79
Cõcilij Trid. circa e. liceat explicationes. 87. Facultas tradita Epiſcopis circa illud. quibus nam competat. ibi. An capitulo vacanti, Prælatis exemptis, ac Præfectis religioſis. 88
Concubitus cum Dæmone. 363
Concubinarius extra diœceſim cum concubina peccans an caſu reſeruato afficiatur. 123
Concubinarij publici, qui dicantur. 300
Concubinarij an ad tempus à Prælatis tolerari debeat. ibi.
Confeſſarij cautela cum dubitat de pœnitentis diſpoſitione. 102
Confeſſarij pericula peccandi à pœnitentibus amouere debent. 109
Cõfeſſ. delinquẽtes in cõfeſſione an ab hoc munere deſiſtere debeãt. 331
Confeſſarij apud viros potius, quam apud mulieres operas ſuas collocare debent. 338
Confeſſarij, qui monialem ad turpia ſolicitauit, an & qũo ſit denuntiandus. 372
Confeſſarij munus. 497. Onus graue. 519. Quatuor facies hr̃e debet. 518. Quanta ſcientia pollere debeat. 519

Con-

Confeſſarij Canones pœnitentiales callere debent,&c. 71. Quomodo in abſoluendis ijs qui caſus reſeruatos habent ſe gerere debeat. 96

Confeſſarij cuiuſdam inſignis prudentia in imponenda pœnitentia. 118

Modus inducendi pœnitentem ad acceptandam ſatisfactionem à Cõfeſſario obſeruandus. 120

Confeſſarij regulares pro audiendis confeſſionibus fratrum Epiſcopi approbatione non egent. ibi.

Confeſſarij quid in impetranda facultate abſoluendi à caſibus reſeruatis obſeruare debeant. 97

Confeſſarij mites ac benigni eſſe debent. 117

Non debent in admonendo eſſe nimis longi. 240

Confeſſarij monialium ad chriſtianam perfectionem eas promouere debent. 375. Quales eſſe debeant. ibi.

Confeſſarij mortuo vel amoto *Epiſcopo*, à quo approbati ſunt, poſſunt confeſſiones audire,&c. 81

Ab vno Epiſcopo approbati à ſucceſſore ex cauſa reprobari pñt. 82

An tempore Iubilæi in votis ſummo Pontifici reſeruatis diſpenſare valeant. 83

Confeſſarii boni conditiones. 19. & 70. Senex potius quàm iuuenis eligendus 20. D. Caroli in hoc exemplum. ibi.

Confeſſarii docti probi ac prudentes in monaſteriis deputandi. 69. Eorũ conditiones. 79. Quãdo ſemel approbati reprobari poſſint. 71. Eorum fines,& ſcopus. 146

Confeſſarii nimis leues in imponendis pœnitentiis eſſe non debent. 6

A caſibus reſeruatis abſoluendi non facile facultatem petere. 17

Ex eorum recte adminiſtrato munere chriſtianæ religionis ſalus pendet. 18. Debent omnes Cælo lucrari. 217

Apud viros potius quàm apud fœminas operã ſuum ponere debẽt ibi.

Eorum dignitas ibi. Debiles,& lubrici illi muneri inepti. ibi.

Quomodo cum fœminis ſe gerere debeant. ibi. Notitia ex confeſſione habita vti non debent. 71

Confeſſarij quõ circa meretrices ſe gerere debeant. 300

Confeſſarij an hæreticos occultos tempore Iubilei abſoluere poſſint. 273

Quomodo in pœnitentijs iniungendis ſe gerere debeant. 277

Confeſſarij in abſoluendis pœnitentibus prudentia. 320. Diuino amore ſuccẽſus eſſe debet. ibi. Occaſiones proximas peccãdi tollere. 323

Vires ſuas in aſſumendo officium audiendarum confeſſionum metiri debet. 320. Iudicis,& medici munere fungitur. 351

Confeſſarij quotannis videre debent an in caſibus reſeruatis aliquid ſit mutatum. 388

Confeſſario omnia pctã aperienda, tàm reſeruata quã non reſeruata. fc 6

Confeſſariorum munus eſt bona ſomnia à malis diſcernere. 264

Eorum conditiones 268. Quam mites, & patientes eſſe debeant. 269
Confeſſariorum officium difficile, & quare. 214. & ſeq. Confeſſarij, quam patientes eſſe debeant. 215. Confeſſarij in ſuo muneri obeundo canes muti eſſe non debent. 239
Confeſſariorum aliquorum imprudentia. 247. Eorum prudentia, & dexteritas in quibuſnā cōſiſtat. 248. Cōfeſſariorū mutatio an mala ſit. 325
Confeſſariorum periculum. 99
Confeſſarius an pœnitentiam præſeruatiuam, etiam ſi publica videatur imponere poſſit. Vnum pęnitentem potius bene, quā plures male, & perfunctorie audire debet. 417. An ab excōicatione nemini reſeruata abſoluere. 121. Quid de generaliter ab homine lata. ibi.
Confeſſarius an poſſit votum aliquod tollere. 141. An ſi tempore Iubilei noluit, vel non potuit pœnitentis vota commutare eodē Iubileo trāſacto id facere poſſit. 142. Confeſſarij quales eſſe debeant. ibi.
Peccatorum radices in pœnitentibus inueſtigari debent. 179
Confeſſarius ſi ſollicitatus à fœmina in turpem actum conſentiat, an in caſum reſeruatum, ac Pontificias pęnas incidat. 332
Confeſſarius noſcens per confeſſionem aliquem occidendum fore, an illum monere poſſit. 295 Quænam in pænitentiali foro animaduertere debeat. 299. In actu confeſſionis fæminam, vel puerum ſollicitās ex vehementi paſſione, an in Bullas Pontificias incidat. 303
In ferendo iudicio præceps eſſe non debet. 306. In auditione rerum turpium eius mens pollui, ac contaminari non debet. 307. Qualis in hac re eſſe debeat. ibi. Quomodo reprehendere teneatur. 498
Confeſſarius cognoſcens aliquos inualide matrimonium contraxiſſe, an eos admonere debeat. 317. Confeſſarij munus in attrahendis ad Deū peccatoribus. 361
Confeſſarius inferior an pœnam impoſitā à Superiore mutare poſſit. 115
Cōfeſſarius an pęnitentem de grauiſſimis peccatis interrogare debeat. 105. Quomodo in luxuriæ peccatis audiendis ſe gerere. 183
Confeſſarius quō ſe gerere debeat in abſoluēdis peccatis reſeruatis. 109
Confeſſarius quō erga apoſtatam pęnitentem ſe gerere 449
Quomodo erga gratos pęnitentes. 482
Confeſſarius antequam abſoluat de poteſtate ſua certior fieri. 83
Confeſſarius antequam abſoluat de poteſtate ſua certior fieri 83
Confeſſarius cum Iudicis munere fungatur ſecundum allegata, & probata iudicare. 23
Ad ciuitatis conſuetudinē, & ſtatutum ſe conformare. 51. Quid agere dēat cum à caſu reſeruato à quo non poterat, abſoluit. 24. & ſeq.
Confeſſarius iuſtitiam & religionem ſeruare debet. 100. Eius diligentia circa quæ præcipue verſatur. ibi.

Con-

Confeſſarius quomodo ad contritionem inducatur. 161
Confeſſarius an ab excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto abſoluere poſſit. 131
Confeſſarius approbatus ab Ordinario Iubilæi tempore regulariter ſum per eligendus. 80
A quonam Ordinario approbatio hæc fieri debeat. ibi.
Iure impeditus eſſe non debet. ibi.
Confeſſarius etiam tpe Iubilei approbatus ab Epiſcopo eſſe debet. 108
Confeſſarius pœnitentem interrogare. 237
Eum dum confitetur deterrere non oportet. ibi.
Confeſſarius magiſtri, & Doctoris perſonam ſuſtinet. 216
Confeſſionem generalem faciens an à peccatis reſeruatis aliàs rite confeſſis abſolui poſſit. 39
Confeſſiones audiens Bonon. ſine facultate, quam pœnam contrahat. 21
Confeſſiones factæ Confeſſario cenſura irretito an validæ ſint. 80
Confeſſiones quando iterandæ ſint. 108
Confeſſionis conditiones. 102
Cõfeſſionis integritas 105. Quõ quò ad caſus reſeruatos diuidatur. ibi.
Confeſſionis frequentis vtilitas. 169
Confeſſionis notitia non vtendum eſt ad externam gubernationem. 114
Confitens inualide tempore Iubilei an à caſibus reſeruatis abſolutus cenſeatur. 40
Confitens tempore Iubilæi an ſi obliuiſcatur alicuius caſus reſeruati poſſit poſtea à quolibet Confeſſario abſolui. 84. Quid de confitente extra illud Pœnitentiario, & c. ibi. Quid de ficte confitente, vel etiam inualide tempore Iubilæi. vel indulgentiæ ibi. Quid de non confitente, quia non inuenit ſe habere peccata mortalia. ibi.
Confiteri ſoliti ſemel in anno, & in hebdomada ſancta non audiendi. 99.
Eorum infructuoſam eſſe confeſſionem quænam ſint ſigna. ibi
Coniugum obligationes. 398
Coniugatus à ſeminatione in copula ſe retrahens, quò peccet. 324
Congregationes non improbandæ ſi in eis aliqui peccent. 432
Conſanguinitas quid ſit. 312. Vſque ad quem gradum impediat ibi.
Eius computatio in cauſa matrimoniali ſm̃ Ius canonicum facienda, ſed quò ad temporalia ex legum ciuilium præſcripto. 312.
Per teſtes de auditu probari poteſt. ibi.
Conſcientiæ examen quam vtile ſit. 169
Conſcientiæ examen confeſsionem præcedere debet. 103
Conſenſus in ijs quorum non ſumus domini iniuriam non tollit. 370
Conſilij capiendi neceſsitas 57. Conſilium petere debens an illud ſequi teneatur. 59
Conſilium maturari debet. 306

Conſtitutio pœnalis an extendenda. 435
Conſuetudo vt iuſta ſit quid requirat. 155
Conſuetudo mala quõo vincatur.152.In naturã conuertitur 151.& ſeq.
Conſuetudo ſermonis,& vitæ quæ dicatur. 154
Contemptus an mortale peccatum gignat. 42
Contractus factus contra legem an ualeat. 551
Contrariorum eadem eſt diſciplina. 72
Conuerſio peccatoris quomodo fiat. 99.313
Conuerſus turpiter attentans an caſu reſeruato afficiatur. 370
Conuerſorum bonorum exempla. 443.& ſeq.
Copula attentata. 329
Correctio qualis eſſe debeat.464.Fraterna an permitenda 514.& 228
Correctio non eſt omittenda,etiamſi correcti moleſte ferant. 392
Quam facienda.518.& 531.Qualis eſſe debeat. 567
Quomodo fieri debet.402.Libenter ferenda. ibi.
Correptionis debitæ omiſſio eſt religionum ruina. 8
Corporis forma pulchram mentem indicat. 259
Credendum ne ſit homini fide digno 240
Credulitas iuſta,quõo à culpa & pœna excuſat. 130
Crimen læſæ Maieſt.conſcius & non reuelans, quõo puniendus. 227
Crimina occulta an denuntianda. 513
Crucis ſigno ſe munire vnuſquiſq.dẽt cũ tentatio Diabolica ingruit. 168
Cupiditatis mala. 149

D

Debilis in fide paulatim,&leniter ad Deum trahendus. 277
Decretum Clem.8.de largitione munerũ,&c.an ſit vſu receptũ. 478
Decretum Clem.8.circa caſuum Epiſcopalium reſeruationem 66. Vrbani 8. contra apoſtatas. 490
Delegati ui Iubilæi an à caſib. reſeruatis abſoluere poſſint,& quid in hac re ab eis obſeruandum ſit. 79
Delegatio à iure facta quot modis contingat. 86
Delegati per Diœceſim ex Decreto S.Congreg.an abſoluere, & ſubdelegare poſſint. 78
Delictum quando ad forum contentioſum deductum dicatur.89.Delictũ in loco diſtanti com nullum an occultum dici poſſit,&c. 88
Dæmonem ob impatientiam inuocans quomodo peccet.&c. 258. & ſeq.
Dæmonactis philoſophi de clandeſtinis actis dictum. 459
Dæmones in auxilium vocantes hæretici cenſendi. 253
Dæmones an futura noſcant.254. Dæmonis catenæ. 143
Dæmon miracula facere nequit.261.Dæmon propriæ religionis mutationem ſuadet.446.An ad amandum cogere queat.262.Quomodo in mortis articulo inſidietur 275
Dæmonum expreſſa inuocatio quæ. 254.& ſeq.

Denũciare blaſphemos qui tenẽtur 229. Quãdo denũtiatio faciẽda. 230
Non eſt dedecus, ſed honor id muneris obire. 231. Denuntiare tenentur fœminæ vel mares illos ſacerdotes qui eos in confeſſione ſolicitarunt. 327. & ſeq.
Deſperatio peccatorum ablegãda. ibi.
Detractio circa ea quę sũt peccata venialia an aliquãdo fiat mortalis. 2[illegible]
Detractores male audiunt. 205
Dei honor, & gloria omnibus rebus anteponenda. 231
Deus actiones ſecundum propoſitum mentis æſtimat. 232. Peccata mentis punit. ibi. Quomodo blaſphemos puniat. 222. & 224. Portum ſalutis nemini claudit. 32. Deus & eccleſia ad impoſſibile, & valde difficile nõ obligãt. 130. Oĩa videt. 165. Cur reprobis hic quod volent concedat. 157. Ob blaſphemias reſpublicas deſtruit 220. Ad puniendum lento procedit pede. 156. Tunc maxime punit cum ob perpetrata peccata in alia grauiora prolabi pmittit. 437. An hẽat luxuriæ vitiũ odio. 186
Deſperatio catena *Diaboli*. 160
Diaboli catenæ 145. Eius artes 342. *Aſtus* 107. Eius duplex pſecutio. ibi.
Diabolus quomodo in ſomnijs decipiat. 262. & ſeq. Eſt tanquam canis catenis vinctus. 163. 270. Valde luxuriam diligit. 186. Quam futurorum cognitionem habeat. 254
Difficile nil eſt quod non humana mens vincat. 152
Difficultas, & impoſſibilitas æquiparantur. 60
Diligentiæ vis. 210
Diogenis factum. 155
Diſciplina regularis quomodo ex malo regimine dilabatur. 584
Diſceptationes à diffinitione incipere debent. 1
Diſpẽſatio irregularitatis ſub generali cõceſſione nõ cõprehenditur. 85
Quid de diſpenſatione votorum. ibi. Votorum extra Confeſſionis actũ impendi poteſt. 125. Authoritatem, & cauſam requirit. 140.
Obtẽta ſuper inceſtu nulla facta mentione copulę habitæ eſt nulla. 317
Diſpenſare in impedimentis matrimonium dirimentibus quis poſſit. 116
Quis poſſit in voto caſtitatis 135. Quid in iure petendi debitũ &c. ibi.
Quid de ignorante hoc ius, vel ſi in contrarium extet vſus. 136. An poſſit *Epiſcopus* in impedimentis matrimonium dirimentibus. &c. 136
An poſſit Confeſſarius in votis iuramentis, &c. in mortis articulo. 26
Diſpenſandum ne ſit votum non ludendi. 249
Diſpenſationes iniuſtæ factæ valent. 65
Diſpenſatus ſine cauſa an ſit in conſciẽtiæ tutus. 140.
Diſpoſitio quælibet ſolo verbo fieri poteſt niſi ad actus valorem ſcripturam exigat. 380
Diſpenſandi qui facultatem obtinuit an ea vti poſſit, ſi poſt ſupplicationem obtentam denuo quis in eam inciderit. 134. *Et* quid de matrimoniali

niali diſpenſatione ſi ea pendente ex capite affinitatis ob copulam contractæ alia copula ſequatur, &c. ibi.
Diuinatio ſuperſtitionis ſpecies 254
Diuinare ex auium vocatu, vel cantu an liceat. 255
Per aſtrologiam iudiciariam an licita ſit. 256. & 291.
Diuinationes an ſpecie inter ſe differant. 257. Diuinatio per ſomnia an licita. 261
Diuinæ præſentiæ conſideratio quam vtilis ſit. 165
Diuortium quomodo ob vxoris adulterium fieri poſſit. 396
Doctrina moralis duplex habet fundamentum. 142
Docilitas prudentiæ pars eſt. 60
Dolus nemini patrocinari debet. 316
Dona cur eulogia dicantur. 481
Dubitans an ſit tranſacta media nox carnis priuij, an ſi cibos vetitos comedat incidat in caſum ſoluentium. Quad. 415. An ſi caſus ſit reſeruatus, & an ſi abſoluat, incidat in excommunicationem. 24. & 34
Dubium quid differat ab opinione, & ſcrupulo. 34. & 35
Duellorum vſus damnatus. 286. Pœnæ contra duellantes. 287

E

EBrij dormientes, & furioſi, ſtulti, & mente capti an in delictis excuſentur. 234
Eccleſia non claudit gremium redeuntibus. 324. 269.
Peccata interna non reſeruat 45. De occultis non iudicat. 232.
An ſuis edictis ad lethalem culpam obligare poſſit. 403
Eccleſia Bonon. mos. 61
Edicta Inquiſitorum quo intelligantur. 228. Quo ad denunciandum intelligantur. 228. Captioſa difficilia, & obſcura eſse non debent. 60
Ædificatio ad æmulationem charitati aduerſatur. 202
Edulia clam ſublata quando inter religioſos mor. culpam conſtituant. 534
Eduardus Angliæ Rex donũ ſanitatis ſuper morbũ comitialẽ habuit. 259
Æger qui ob morbi vim totam, & integram confeſſionem abſoluere nequit abſolui poteſt. 26. & ſeq.
Eiectus quis ſit. 438
S. Eleazari comitis patientia. 563
Eleemoſynam in neceſſitate conſtituto non ſuccurrens an reſtituere teneatur. 279
Electio in foro conſcientiæ valet etiam ſi aliqua ſolemnitas iuris ciuilis deſit. 379
Epicheia aliquando vtendum. 139
Energumenus non quis facile credẽdus. 264. Signũ talem dignoſcẽdi. ibi.

Epi-

Epiſcopi circa ſortilegia extirpanda congregationem peritorum virorũ facere debent. . . In reſeruandis caſibus peritorum conſilio vti debent. 59. Ipſi & religionum Prælati in caſibus reſeruandis Decretum Clem.8.obſeruare tenentur. 63. Et epiſcopali iuriſdict.oni pollentes quomodo caſus reſeruare poſſint. 29. Curare debent, vt piæ diſpoſitiones executioni mandentur. 293. & ſeq. Item vt monialium clauſura ſeruetur. 377. An pro delictis clericorum pœnas pecuniarias imponere poſſint, & cui nam applicare. 310. An diſpenſare poſſint in voto aſſumendi habitum Beatarum vel Bizocchatum. 371. An religioſos extra delinquentes punire. 344. An quo ad monialium clauſuram conſeruandam eos cenſuris percellere. ibi. & ſeq. Eius Munus. 328. Priarios aliquando in diœceſi delegare debet. 66. Facultas quam ex vi c. licet hebet, quomodo intelligatur. 89

Epiſcopo iam conſecrato quid annuntietur. 168

Epiſcoporum munia. 8. Eorum, & Examinatorum partes erga promouendos in Confeſſarios. 19.

Eps an in voto caſtitatis diſpenſare poſſit. 136. An excommunicationem nemini reſeruatam ſibi reſeruare poſſit. 121. Eps Religioſus an à votis abſolutus cenſeatur. 491. An in irregularitate homicidij uoluntarij diſpẽſare valeat. 189 Quid de ea quæ diſcendit ex mutilatione. ibi. Concedens omnem ſuam auctoritatem in foro conſcientiæ an omnia ſibi iure communi vel ſpeciali ſibi competentia conceſſiſſe cenſeatur. 85. An diſpenſare poſſit in impedimentis matrimonium dirimentibus tàm quando iam eſt contractum, quàm quando eſt contrahẽdum. 136. Dans alicui omnem ſuam facultatem ad audiendas cõfeſſiones an omnem ſuam authoritatem ſuper caſus reſeruatos conceſſiſſe dicatur. 21. Gregis ſui mores dignoſcere debet 51. Ad quod confert Pœnitẽtiarios ſæpe conſulere. ibi. An confeſſiones audire debeat. 52. Non conſecratus modo electus, & confirmatus, quæ iuridictionis ſunt exercere poteſt. 19. & ſeq. Item etiam ſi non ſit ſacerdos. ibi. Idoneos Confeſſarios in ſua diœceſi deputare dẽt, aliàs grauiter peccat. 70. & ſeq. An ſemel approbatos reprobare poſſit. 71. Iure ordinario & directè à caſibus reſeruatis abſoluit. 73. Iure ordinario etiam prædicat omnis munus obit. 73. Quomodo vi Concilij Trid. ex c. licet abſoluat. 90. An eam facultatem delegare poſſit. 91. An ab hæreſi abſoluere valeat. ibi. An voto caſtitatis, ac religionis diſpenſare poſſit. 83. An impedimentum habentes à caſib. Papalib. abſoluere poſſint. 86. Ipſe, vel eius Vicarius an pœnitentiam impoſitam à Papa in eſſuoſo, & c. mutare poſſit. 116. Cenſura innodatus an ſi ea quæ iuriſdictionis, & ordinis exerceat, valide conferat, &c. 35.

Erinacij partus. 159

Error in intellectu pœnitentis quando eſſe dicatur. 272. & 273

Æta-

Ætati ac imprudentiæ à iure ſuccurritur. 48
Eulogia quæ dicantur. 481
Euchariſtiæ frequens ſumptio quam vtilis ſit 169. Eſt vinum germinans uirgines. 189
Examen côſcientiæ magnum remedium contra peccatum. 169. Confeſſionem procedere debet. 103. Quomodo fieri debet. 103.
Quinam ab eo exacte faciendo excuſentur. 104.
Contra blaſphemiam antidotum. 243
Excommunicati eo quod iuxta monitoriũ non reuelarint, vel nõ confeſsi ſint, vel in Paſchate non communicauerint, an ſi poſtea officio ſatiſfecerint à quolibet Confeſſario abſolui poſsint. 126
Excommunicatione à Papa, & ab Epiſcopo ſuper eodem caſu lata, de generali conſuetudine Epiſcopalis ſublata cenſetur. 28. Idem de Generali Præfecto, & de Prouinciali, &c. ibi.
Excommunicatione irretitus an communicare, & celebrare valeat. 305
Excommunicatio an à Prælatis regularibus reſeruari poſsit. 55
Excommunicatio non niſi pro re graui ferenda eſt. 123. Non incurritur niſi ob peccatũ mort. ibi. In dubio intelligitur de maiori. ibi. Vt ea incurratur actus dêt eſſe conſummatus. ibi. Sobrie, & caute ferẽda. 296
Excommunicatio nemini reſeruata à quolibet Confeſſario abſolui poteſt. 121. Idem eſt de ſententia hominis generaliter lata ibi. & 348.
Excommunicatus quod S. Inquiſitionis officio non denuntiauerit, à quo abſoluendus. 230. Debet prius ab excommunicatione abſolui antequã à peccatis abſoluatur. 123. An ab inferiori Confeſſario ratione vitandi ſcandali abſolui poſsit. 92
Executores exempti vt religioſi an puniri poſsint ab Epiſcopo ſi in executionis munere male ſe gerant. 294
Exemplum Ludouici Galliæ Regis 6. & 220. D. Caroli 20. Cuiuſdam religioſi. 44. Lampredii Seueri, & Marci Anton. 58. S. Furſei 119. Cuiuſdam rei ad mortem condemnati. 120. Incontinentis viri erga vxorem. 149. Exemplum diuinæ vindictæ. 156. Exemplum cuiuſdã diſcipuli. S. Io. Euang. 160. Equitis Manſueti. 193
Exemplorũ vis 153. Eſt catena Diaboli ibi. Exempla religioſorum à fœminis ſolicitatorum. 333
Exire de monaſterio quando liceat. 454
Experientia multum valet 60. & 61. Taſsi ac Dæmadis de ea pronuntiatum. ibi.

F

Facere conſulere, & mandare quomodo differunt 266
Facilitas ueniæ incentiuum tribuit delinquendi. 245. 435
Facultas data ad abſoluendum à caſibus reſeruatis non cenſetur dare pro cenſuris. 82

Falſi

Falſi crimen quam graue ſit. 527. Falſum quid ſit 428. Quot modis com mittatur ibi. Falſitas quomodo in ſigillo arguatur, &c. 529. Falſatis litteris Apoſt. vtens an in excom. in Bulla Cœnæ Dñi latam incidat. 529
Fama quanti facienda ſit 92. & 93. Quam neceſſaria, & vtilis ſit. 94
Fames maxima neceſſitas. 410
Familiaritas nimia authoritatem inter religioſos minuit. 453
Famulorum conditiones. 384. Tanquam religioſi obedientiam, caſtitatem, & paupertatem ſeruare debent. 384
Faſtradi Abbatis in vita communi exemplum. 495
Fatui aliquando opportuna, & vtilia loquuntur. 412
Felix quem faciunt, &c. 541
Fellicatio quid ſit. 359
Fœminæ an ob blaſphemias puniantur. 236. Fœminarum in rebus turpibus audacia. 332
Fœminę cuiuſdam lepidum apophtegma 357
Fœminæ ſe inuicem abutentes quod peccatum admittant. 334
Fœtum animatum necans in quam pœnam incidat. 287
Fides, fama, oculus ludum non patiuntur 228
Fides eſt ſpiritualis ædificij fundamẽtũ 145. D. Franc. circa hoc dictũ ibi.
Fidei chriſtianæ defectus ad obliuio omnium malorum cauſa. 146
Fideles omnes reſeruationi caſuum Summi Pont. ſubduntur. 28
Fides quàm nobis neceſſaria ſit. 148
Filia nupta an in patris poteſtate ſit. 391. Quæ poſt. 25. annum peccauit an à patre exhæredari poſſit. 394
Filiam ſpiritualem ſollicitans in quam pœnam incidat 329 Quid de maſculo, vel filio ſpirituali. 330
Filiæ matrum mores ſequuntur. 402
Filij illegitimi quomodo per ſubſequens matrimonium legitimentur. 218
Filij illegitimi à parentibus ali debent. ibi.
Filij qui parentes lædunt, quàm grauiter peccent. 297
Filij priſcos mores induũt. 241. Filiorũ erga parẽtes obligatio. 292. & ſeq.
Filiusfamil. ſtuprãs virginem cum promiſſione matrim. an eam ducere cogatur. 349
Filius an patrem blaſphemum denũciare teneatur 229. An exire religionẽ vt parentibus indigis ſubueniat. 467. Cõditiones ad id requiſitę ibi.
Fiſcus habet omnia bona delinquentis ſibi obligata. 367
Fiſcus Principis an ob damna data ab homicida reſtituere teneatur. 302
Fiſcus rapit quod Chriſtus non capit. 192
Fomes peccati cur iniuſtificatis remaneat. 164
Forma in abſoluendis caſibus reſeruatis. 94. & 95
Forma ſacramenti pœnitentiæ cum profertur expedit pœnitentẽ ad eam attendere. 95

Forma libidinis fax 559
Forenſes an ſtatutis Epiſcopi loci vbi morantur, ligentur. 369. & 380
Formica prouidentiæ ſymbolum. 208
Formula abſolutionis excommunicationis. 125. An eius abſolutio extra confeſſionem dari poſsit. ibi.
Formulæ adhibendæ in cenſurarum abſolutione, irregularitatum, votorum, ac aliorum impedimentorum diſpenſatione 122. Formula abſolutionis ab excommunicatione 125. A ſuſpenſione. 126. & 129. Ab interdicto 132. Formula diſpenſandi ſuper irregularitate. 135. Super petitione debiti. 138
Formula teſtimonialium literarum. 115
Fornicationis nomine quid comprehendatur. 543
Forum interius ligat ſubditum etiam extra diœceſim delinquentem. 35
Forum contentioſum quodnam dicatur. 89
Forus conſcientiæ forum eſt æquitatis, & veritatis, in quò iuris ciuilis apices non attenduntur. 379
Fugitiuus quis ſit. 438
Fugere de carcere an liceat. 460
Fugitiui quomodo ad bonam frugem traducendi. 469. Requirendi ſunt à Superioribus. 470.
Fugere ad euitandam ignominiam an liceat. 566
Frater quomodo alterum fratrem diligere debeat. 398. & ſeq
Fruſtra nil faciendum. 317
S. Furſei exemplum in agenda acri pœnitentia. 119
Furioſi an ſi in furore moriantur ſaluentur. 314
Furtiua è monaſterio egreſſio quàm grauis culpa. 457
Furti quantitas an in confeſſione exprimenda ſit. 237
Furtum à religioſo in monaſterio commiſſum an mortale ſemper ſit. 532
Furti nomine quænam veniant. 541
Furtum an committat res ſuas ſurripiendo. 285
Furta inter religioſos quando mortalia. 534
Futuros euentus an obſeruare liceat. 259

G

Galenus cur diu vixerit 599. Eius de cura cuiuſdam ægri ſomniũ. 264
Gaudium nullum niſi poſt diſceſſum è vita. 151
Generatio an fieri queat ex congreſſu cum Dæmone. 365
Genus maſculinum comprehendit fœmininum. 235
Geſta à cenſura innodato an valeant. 33
Gloria vana difficile vincitur. 177. Quomodo vincatur. ibi. & 178
Gradus quibus ad peccatum mortale peruenitur. 210

Gra-

Gradus cognationis legalis, & ſpiritualis an ad inceſtus crimen perti neat. 313
Gratia per ſubreptionẽ, vel obreptionẽ obtenta quomodo vitietur. 531
Gratia per mortem concedentis non expirat. 81. Etiam ſi ſolo verbo concedatur 82. Secus ſi ad certum, & determinatum tempus ſeu locum, ſeu ad beneplacitum ſit conceſſa. 82
Gratia ſubreptitia habetur non facta mentione de iterato crimine. 226
Grauitas peccatorum quomodo conſideranda. 49
D. Gregorij Nanzian. ad Deum precatio. 557
Gula quid ſit 196. Quando mortale ſit peccatum. ibi. Tres ſpecies ibi. Quã ſit deteſtabile vitium 197. Guloſi quibusnam ſimiles ſint. ibi.
Gulæ filiæ ibi. Eius remedium ibi. & 198. Eius damna, & mali effectus. 196
Gulæ proſternendæ ratio. 533

H

Habitus ex actibus frequentatis gignitur. 175
Habituum prauorum fontes. 560. Quomodo propellantur. ibi.
Habitus an ad eſſentiam religionis ſpectet. 46
Hellen. Abbatis abſtinentia. 533
Hæredes occiſoris damna ab eo illata reſtituere tenẽtur. 307. In eos omnes defuncti actiones tàm actiuæ, quàm paſſiuæ tranſeunt. 302
Hæreſes ab Epiſcopis extirpandæ. 251
Hæretici confeſſio ſacramentalis an ad vitãdum commune damnum prodi poſſit. 273
Hæreticus quis dicatur. 148
Hæreticus mentalis in excommunicationẽ nõ incidit, ac proinde à quolibet Confeſſario abſolui poteſt 45. & 252. Occultus tempore etiam Iubilæi ab eo abſolui nequit. 273
Hæretici côcionem audiens an incidat in excommunicationem. 39
Hæreticus in articulo mortis abſolui poteſt à quolibet ſacerdote. 273
Hæreticus pro primo lapſu quando morti tradatur. 253. & ſeq.
Hæretici ad cor redeuntes ab Eccleſia recipiuntur. 270. Omnia bona condonantur à fiſco ibi.
Homicidij grauitas 278. & 561. Homicidium quid ſit, & quotuplex. 280.
Homicidæ quibus pœnis plectantur. 279. Olim Romam pro abſolutione mittebantur. 280
Homicidium quot modis committatur 279. Homicidium voluntarium quid, & quid caſuale. 280
Homicidium factum in puerorum ſuffocatione, vel in torneamentis an dicatur homicidium voluntarium. 280
Homicidium ſui ipſius an licitũ ſit. 282. Caſus in quibus homicidium licitum eſt. 283
Homiciduim proditorium committens non gaudet immunitate eccleſiæ

pag. 288. & 300 Quinam à crimine homicidii excuſentur. 289. & ſeq. An homicidij caſu reſeruato afficiatur ille qui mortifere percuſſit, & peccatum confeſſus eſt ante effectum mortis ſecutum. 295
Homicidii caſu an afficiantur qui caſu paruulos ſuffocant 296. & an Bononiæ in excommunicatio .em incidant. ibi.
Homicida quomodo reſtituere teneatur. 301 Quæ damna ab eo illata di cantur. ibi.
Homicida in quibus caſibus reſtituere non tenetur. 302. Non poteſt abſcondere bona metu confiſcationis. 306. & ſeq.
Homicida ob propriam defenſionē an coram Iudice fateri teneatur. 512
Homicidium quando à caſus reſeruatione eximatur 41. Homicidium caſuale quomodo ad pœnam imputetur. 523
Homines honoris auariſſimi. 179
Homines mundani quomodo ruſticis ſimiles ſint. 145
Homo non ridet niſi poſt aliquot ab ortu dies. 151. Homo natura ſuperbus 178. Homo ex corporis ſpecie non iudicandus. 260
Homo non ſtatim malus euadit. 44. Homo vſu rationis carens propriè homo non dicitur. 46 In paſſionibus coercendis ſibi ipſi vim inferre debet. 145 lapſui ſubiectus. 431
Hæreſis crimen an ab ab Epiſcopo abſolui poſſit 91. & 437. An à Superioribus religionum. ibi.
Hæreſis ſuſpicio ex grauiſſimis delictis oritur. 321. Hæreſis cauſa ſunt corrupti mores. 318
Homines à Deo alieni ſex cauſis ſua peccata imputare ſolent. 163
Homo cum libero arbitrio creatus eſt. 164 Quomodo minor mundus dicatur. 290
Homo ex compoſito animæ, & corporis dicitur. ibi.
Homines cur nunc temporis breuius viuunt. 185
Humilitatis acquiſitionem promouentia. 174
Humana infirmitas in peccata labitur. 188
Humiles ſemper requiem habent. 176
Humilitas chriſtianarũ virtutũ elementum. 178. Omnium malorum medicina. 179
Humilitas remedium luxuriæ. 185. 553

I

IAnitor monaſterij qualis eſſe debeat. 454
Ieiuniũ Quadrageſimale an ſit de iure diuino. 404. Cur inſtitutũ ibi. Quotuplex ſit ibi. Sanitatem parit. 405. Naturale ad S. Euchariſtiam ſumēdam requiritur ibi. Infirmi non ieiuni per modum viatici communicare poſſunt. ibi. Ieiunium Eccleſiaſticum quid ſit, cuius virtutis, & curioſitatum. 406. Quot requirat. 406. Cur in diebus ieiuniorum eſus carnium, & lacticiniorum interdicatur. 407. Illud vetitis

his

his cibis frangens quod peccatum committat 408. Perfectus homo an illud ſeruare teneatur. 409
Iuiunio quando quis ſub pœna peccati mortalis vti debeat. 406
Idolatria ſuperſtitionis ſpecies. 253. Eam metu vel vi committentes, an in excommunicationem incidant. 253. & 258
Ignorantia ſiue iuris, ſiue facti mō probabilis à peccato mortali, & ab incurſu excōicationis excuſat. 123 Ignorantia iuris debiti matrimonialis interdicti an ab onere petendi diſpenſationem excuſet. 136
Ignis concupiſcentiæ facile ex proxima occaſione accenditur. 323
Improbi, & mali flagellis peccatis coercentur. 365
Impedimenta matrimonium dirimentia an ab Epō diſpēſari poſſint. 136
Impunitas eſt peccandi incentiuum. 7
Immunitatis Eccleſiaſticę violatio an excommunicationem Papalem annexam habeat. 50. 288. & 300
Impoſſibile à iure cenſetur quod ſalua fama fieri nequit. 93
Imprudentes aliquando eleuatum ingenium habent. 412
Impeditus Romam adire an ab Epō à caſibus Papalib. abſolui poſſit. 86 Quid ſi procuratorem vel literas mittere poſſit. 87. Quid ſi Legatum adire queat. ibi.
Impuberum peccata mitius plectenda. 48
Imperare aliis difficile. 586
Iniuſtum quidnam dicatur. 65
Inceſtus impuberum an reſeruationi ſubiaceant. 48
Inceſtus effectus. 135. Quid & eius flagitij grauitas 308. & ſeq. Etiam bruta animalia eum abhorrent. ibi. Species in confeſſione exprimendæ. 313. Et an ſit in confeſſione exprimenda circunſtantia ſi quis cū ſuo conſanguineo ſodomiam committat. 314. Spiritualis inceſtus, & eius grauitas 321. Cum filia ſpirituali quam grauis ſit. 325. Quomodo puniendus. 326
Inceſtuoſi malum ſortiuntur finem. 309. De fide ſuſpecti habentur ibi. Eorum pœnæ. ibi. & 311
Inceſtas nuptias contrahens quam pœnam ſubeat. 311. & 317
Inceſtuoſus quomodo reſtituere debeat. 318
Incorrigibilis quis dicatur. 490
Indigentia proprietatis religioſis cauſam præbet. 486
Inconſideratio, & obliuio inculpata ab excommunicatione, & à mortali peccato excuſant. 24
In diſpoſitionibus intentio verbis præualere debet. 55
Indebitus Dei cultus quid ſit. 257
Indigni ſacramentali abſolutione quinam ſint. 99
Ingrediens monaſterium monialium ad malum finem licet opus non perfecerit, an in excommunicationem incidat. 39

In

Indulgentiæ pro pœnitentia diluenda lucrandæ. 711
Infidelitas diuini iudicii metum adimit. 145. Eſt Diaboli catena ibi. Eius remedium. 147
Infidelitas prima Dæmonis catena. 145
Infelices tres in hoc mundo. 62
Infernalis ignis conſideratio quid in animis efficiat. 119
Ingratitudo aggrauat peccatum. 212
Ingrediens monaſterium monialium, an ſi poſtmodum intus eum aliqua rem habeat, in excommunicationem incidat. 372. Quid ſi bona mente ex conceſſa facultate ingreſſus peracto negotio loca perluſtret, &c. ibi.
Iniuriam an inferat dicens tu mentiris ſaluo honore tuo. 228
Inquiſitor an ſuã facultatem abſoluendi ab hæreſi delegare poſſit. 238
Inquiſitores curare debẽt vt hęreſes, & ſortilegia extirpẽtur. 251. & ſeq.
Inquiſitores blaſphemiæ hæreticalis ſunt Iudices. 225
Interpretatio illa facienda per quam delictum excludatur. 232.
Interpretatio ſtricta in caſibus reſeruatis facienda. 39
Interdictum quid ſit, & quomodo à ſuſpẽſione, & excommunicatione differat. 129 & ſeq. Etiam ſine culpa aliquando imponitur ibi. Illud violantes quomodo peccent. 13. Quænam eo prohibeantur ibi. Quis ab eo abſoluere poſſit. 131. An aliquando ſine abſolutione ceſſet. ibi. Formæ in eo abſoluendo 132
Intentio iudicat omnes. 85
Intentio operi nomen imponit. 386
Integritas confeſſionis eſt de iure diuino. 106
Inuidia quid ſit 201. Eius malignitas ibi. Inter æquales verſatur. ibi.
Inuidi cur vulturibus ſimiles dicantur. ibi. & 203. Cur ſtellioni comparentur. ibi.
Inuidia comes eſt felicitatis, & difficile curatur. 202. Eius remedia. 202. Eius ſymbola. 203. Indicium eius curationis 204
Inuocationis expreſſa Dæmonis ſpecies. 255
Inuocantes Dæmones hæretici præſumuntur 253
Ioannis Marci Galliæ Mariſcalli lepidum ac ſcitum dictum 340
Ioanna Caroli V. mater quomodo baratariam, vt aiunt, tenentes puniebat. 244
Ioannis Columbini exemplum ad ſedandam iram 193
Ira quid ſit. 189. Cur à Deo homini data. ibi. Chriſtus humanam carnẽ induens eam ſuſcepit. ibi. Eius effectus. 190. & ſeq. Eius damna 191. & 192. Eius remedia. 191
Iræ cauſa. 193. Iracũdorum ſpecies. 194. Quinã ſint ad irã procliues. 195
Iracundo quæ pœnitentiæ iniungendæ. 196
Iræ damna. 192

Ira.

Iracundiæ calor furori,& dementiæ æquiparatur. 503
Ira Dei tarda. 156.& 158
Irregularitatis diſpenſatio ſub generali conceſſione non comprehendit 83.Quid de irregularitate ex bigamia,& homicidio volũtario.ibi.
Irregularitas ex homicidio deſcendens à quonam diſpenſetur. 305
Irrumatio quid ſit,& quàm graue peccatum. 359
Irregularitas quid ſit 132. Quid ad eam incurrendam requiratur. 133.
Eius effectus.ibi.Eius ſpecies. ibi.
Irregularis eſt incapax beneficii ac penſionis. ibi. Eſt capax ſacramenti pœnitentiæ ibi.In dubio an cenſendus quis irregularis. 134
Irregularitas lethalem culpam ſupponit.134.Quō,& à quo tollatur. ibi
Iubilæi tempore delegata poteſtas limitatis finibus concedi ſolet. 82.
Cautelaſtunc temporis obſeruanda. 83
Iucunditas mundi Diaboli catena.148.& ſeq.Eius remedium. 150
Iudicium temerarium cauẽdũ 261.Iudices quomodo reos occidere poſſint. 283.& ſeq.
Iudex ſecundum allegata iudicare debet. 294
Iudicij extremi conſideratio quid in animis efficiat. 145
Iudæa fœmina vel Iudæo puero carnaliter abutens quod peccatum committat. 556
Iudex eſt vindex in ira Dei.189.Iudicium quid ſit,& quibus conſtet.503
Quotuplex ſit 504.Quænam ad rectum iudicium requirantur. 505
Iudicii diuini obliuio eſt peccandi occaſio. 145
Iudæi natura auari,& iniuſtitiam ſemper committere præſumuntur. 181
Iulianus Apoſtata ex phyſionomia improbus cognitus. 260
Iudicium humanum peruertentia quæ ſint. 100
Iudicis officium ibi.Iudex blaſphemiæ quis ſit.235 Iudicum ſtatuæ. 481
Iuriſdictionẽ nemo in ſe ipſum habet,ideoq.lege ſua quoà ad vim directiuam non ligatur. 36
Iuramenti falſi iniquitas. 500
Iuramenti vſus,& inſtitutio 506.Eius comites.507.Eius religio. 508
Iurans in fide religioſi an iurare dicatur. 516
Iuſtitia diſtributiua in deferendis honoribus ſeruanda. 464
Iuſtitiæ Chriſtianæ duplex officium. 171
Ius canonicum mortis pœnam non infligit. 504

L

LApſus carnis quàm graue peccatum ſit in religioſis. 339
Lampridii Seueri in capiendo conſilium docilitas. 58
Laurentii Iuſtin.pietas in Quadrageſimo obſeruando. 414
Legatum pium non ſoluens cauſa faciendæ compenſationis cum hærede an incidat in caſum non ſoluentium legata pia,&c. 386

Lega-

Legitum factum religioſo independẽter à volũtate Prælati nõ valet. 480
Legatus de latere an ab excommunicatione abſoluere poſſit, & in irregularitate diſpenſare. 572
Legum interpretatio ab vſu & praxi deſumitur. 46
Leges cur ferantur. 6. Captioſæ, difficiles, & obſcuræ eſſe non debent. 60.
Leges ſecundum temporum exigentiam mutantur. 297
Lenocinium quàm graue peccatum ſit. 387. Eius pœna 39. An vnico actu dicatur. 391. An quo ad mares locum habeat. 393. De caſu cõſummato intelligitur. 394
Lenones an turpiter acceptum reſtituere teneantur. 400. & ſeq. Quid in eorum confeſſione à Confeſſario obſeruandum 400. Quæ pœnitentiæ iniungendæ. 401
Leones cur in ſacrarum ædium veſtibulis ponantur. 8. Eorum natura ibi.
Lex puniens præſumentem non punit bona fide facientem. 24. & 130
Lex Pontificia ſemper viuit. 28. licet ſecus ſit de illa quæ per modum ſententiæ fertur. 29
Libri res magicas continentes ad Inquiſitorem deferendi non propria authoritate comburendi. 276
Lex diuina neceſſaria fuit. 45
Lex ciuilis, canonica, & humana, peccata cogitationis non punit. ibi.
Lex ciuilis homicidium filiæ in flagranti repertæ non punit. 341
Licentia an uerbalis in foro conſcientiæ ſufficiat. 379. & 408.
Licentiam accedendi ad monaſteria monialiũ quis concedere poſſit. 380
An intelligatur data pro pluribus vicibus. ibi.
Licentia præſumpta quando haberi dicatur. 483. & ſeq.
Licurgi lex 500
Linguæ lubricum non facile ad pœnam trahendum. 217
Liſimachi Macedoniæ Regis effatum. 150
Literæ Rom. Pœnitentiariæ Confeſſario approbato ab Ordinario dirigi ſolent. 80
Literæ teſtimoniales pro abſoluto crimine publico reſeruato an dari poſſint. 115
Literis Officialium in iis quæ ad eorum munus ſpectant fides datur. ibi.
Longanimitas Diaboli catena. 157
Lucretius Poeta amatorio poculo in furorem verſus. 262
Ludouici Galliæ Regis exemplum. 6
S. Ludouidi Tholoſani de Epiſcopali onere dictum. 252
Ludouici Galliæ Regis in blaſphemos animaduerſio. 220
Ludens cum fæmina grauida quomodo ſi abortiatur peccet, & irregularis fiat. 524
Ludus blaſphemandi eſt occaſio. 244
Ludentium receptatores quàm grauiter peccent. ibi. Non ludendi votũ

quid

qui emiſit an diſpenſari poſſit. 224
Ludus latrunculorum an religioſis ſit permiſſus. 47
Ludus, & vana lætitia luxuriæ fomentum. 559
Lutherus ex concubitu cum Dæmone procreatus. 363
Lutherus cur ſuis ſequacibus ſenſus habenas laxauerit. 286
Luxuria quid 183. Eius ſpecies ibi. Eius mala 184. & ſeq. In luxuriæ peccatis audiendis quomodo ſe gerere debeat Confeſſarios 183. Luxuria blanda peſtis ibi. Circa eius exterminationem Confeſſarii erga pœnitentes incumbere debent 184. *Eius* remedium. ibi.
Luxurioſus equo, & mulo comparatur. 184
Luxuria nunquam ſatietatem parit. 188
Luxuriæ peccatum in religioſo quot deformitates induat. 550
Luxuriæ ſpecies 308. Ordo grauitatis earum. ibi.
Luxuria expeditum ad *Inferos* iter. ibi.

M

M*Agiſtratus* ſæculares blaſphemos punire debent. 219
Magia quid ſit, & quotuplex. 261
Mala minima cauenda. 43
Mala aliqua cur in repub. tolerentur. 388
Maledictiones in filios, vel famulos conijcientes quomodo peccent, & blaſphemi dicantur. 233
Maleficium quid ſit 261. Maleficus quomodo à mago differat. 262
Maledictiones parentum timendæ, à Deo enim exaudiuntur. 259. Exemplum cuiuſdam mulieris Panormitanæ. ibi.
Maleficium duplex amatorium, & veneficum 262. Amatorium quid ibi. Veneficum ibi. 263
Malefici quomodo morte puniantur. 264. An energumenos reddere poſſint. ibi. Maleficia maleficio diſſoluere an liceat. 258
Mali cur puniantur. 6
Malorum principiis obſtandum. 167
Mandans vel conſulens alicui vt peccatum reſeruatum committat, an incidat in caſum. 38. & ſeq. 530
Mandans vel conſulens an facere dicatur. 531. An ad reſtitutionem teneatur. ibi. & 566.
Mandati fines ſunt cuſtodiendi 79
Marci Anton. Imp. prudens dictum. 58
Marcelli 2. Pont. dictum. 508
Margarita quomodo deliteſcat. 581
Maritus, & vxor cenſentur vna, & eadem perſona. 229
Mariæ Virginis ſolitudo, & ſilentium. 375
Maria virgo cur myrrhæ comparetur. 188. Eius imaginis aſpectus ad caſtitatem prouocat. 189

Maria virgo chriſtianæ prudentiæ ac diligentiæ exemplum 169. Ad conſeruandam puritatem eſt adiumentum. 552
Maria Virg. vtitur Deus ad peccatores expiſcandos. 270. Cur dicatur luna, & ſtella maris. ibi. & ſeq. & 526
Maritus vxore ſodomice abutens quàm grauiter peccet. 358
Maritorum abſentia vxores impudicas reddit. 397
Maritus an vxorem in adulterio deprehenſam occidere poſſit. 284. 289 An cauere teneatur de non offendendo. ibi.
Martyres per patientiam in aduerſis eſſe poſſumus. 111
Matrimonium contrahentes ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, an in excommunicationem incidant. 317
Medici officium. 144
Medicorum præſtantia. 455
Medici mutatio mala. 325. Medici obligatio, & munus. 418. Quomodo Confeſſarius in ſolutione Quadrag. ſe gerere debeat. ibi.
Medici quō homicidiū in eorū officio cōmittere dicātur. 281. 294. & ſeq. Non ſemper ſanant. 290. Quomodo in caſum reſeruatum de ſoluentibus Quadrag. incidāt 409. Eorum monita. 414. & ſeq. An eis credatur ad iudicandum an vulnus ſit lethale. 285
Medicus in imponenda pænitentia imitandus. 112
Meditanda in tentationibus. 168
Mediocritas aurea in actionibus obſeruanda. 97
Memoriam lubricam habens peccata ſcribere non tenetur. 103
Mendaci etiam verum iuranti non creditur. 505
Mentecapti an ob delicta commiſſa puniantur. 234
Mentiens in iudicio circa aliquam facti circunſtantiam an in caſum reſeruatum incidat. 512
Mercatores caſuum reſeruatione in aliena ditione ligantur. 35
Meretrices an aliquod ſignum deferre cogi poſſint, per quod ab honeſtis matronis internoſcātur. 589. Eorum pernicies. ibi Contra eas Concionatores inuehi debent, & Confeſſarii monitis adiuuare. ibi.
Meretrices cur tolerentur in repub. 388
Merlinus ex concubitu cum Dæmone genitus. 363
Metus an excuſet à peccato. 542
Metus an à tranſgreſſione legum excuſet. 415
Milites S. Ioannis an ſint religioſi 381. An vouens ingredi religionum voto ſatisfaciat, ſi eorum habitum aſſumat. ibi.
Modica non ſunt in conſideratione. 568. A mortali excuſant. ibi.
Mollitiei peccatum, & ſi contra naturam eſſe dicatur, cur ab Epiſcopis non reſeruatur 352. & 358. Quàm ſit difficilis emendationis. ibi.
Monachus ſolus Diaboli mancipium. 454
Monachus ſicut piſcis. 453

Mo.

Monaſteria in quibus proprietas regnat ſunt tartara. 471
Monaſteriorum bona non male conſumenda. 487
Monaſterium quod in ſpiritualibus bene regitur, abũde in temporalibus à Deo adminiſtratur. 488
Monialium monaſteria frequentans qua pœna puniatur. 373
An reſtituere teneantur ſi à religioſis aliquid accipiant. 400
Moniale violans quot pctã cõmittat. 367. Qua pœna puniatur ibi, & ſeq.
Monialibus Confeſſarius extraordinarius eſt dandus 64. Earum Confeſſario Ordinarius ſit, ſiue extraordinarius, ſiue Epiſcopus omnes caſus concedere deberet. ibi.
Monialem violans an ab Epiſcopo abſolui poſſit. 372
Moniales introducẽtes in monaſteria infantes an incidãt in excõic. 382
Monialibus alimenta deeſſe non debent. 387. Plures in monaſteria recipi non debent, quàm ali poſſint. 387
Moniales an ſtatutis monachorum comprehendantur. 434
Moniales in clauſura degere debent. 374
Monialium Confeſſarij eas ad perfectionem promouere debent. 375
Moniales turpes literas ſcribentes quàm grauiter peccent. 370. An peculium retinere poſſint. 489. An redditus annuos. 490
Monita quò ad Epiſcopos, & Examinatores. 19
Monſtruoſi partus vnde naſcantur. 362. & ſeq. An baptizandi. 363
Mora, & dilatio in ſalutis negotio fugienda. 158. & ſeq.
Morbi animi difficilius quàm corporis curantur 215. & 216
Morbis extremis extrema etiam adhibenda ſunt remedia. 365
Morbos curantes verbis ab Epiſcopis examinandi ſunt. 252
Morbus grauiſſimus eſt qui ægri faciem mutat. 191
Moriens qui nil confiteri poteſt an abſoluendus. 27. Si alicui debitor ſit an coram Confeſſario teſtes de hoc adhibere debeat. 27.
Mortis in articulo mitior vel nulla pœnitentia pœnitenti iniungenda. 117
Mortis diem cur Deus incertum eſſe voluerit. 162
Mortis memoria quantum contra luxuriam valeat. 187
Morte violenta damnati quomodo in ſpiritu adiuuandi. 275
Mortuis ſuffragia ſubtrahẽs quantũ peccet. 292. Cur eis ſit ſuffragãdũ. 292
Mulierum loquacitas. 377. Secreta non ſeruant. 378
Mulieres in turpibus rebus audaces ſunt. 332. & ſeq. Cur roſis comparẽtur. 334. Earum viſitationes cauendæ. ibi.
Mulier caſta eſt ſatis diues, & dotata. 339
Mulierum confeſſiones quõ excipiendæ. 338. & ſeq.
Mulieres leuius quàm viri peccant. 276. mitius puniendæ. ibi.
Quantum fugiendæ. 157
Munera caute accipienda. 480
Mutatio ſtatutorum quando licita ſit. 297 Mutatio loci quantum ad ani

mæ. & corporis ſalutem valeat. 550
Mutatio loci à mala via conuerſis prodeſt. 400
Mutatio propriæ religionis an licita. 495
Mutatio legum ac Decretorum aliquando expedit. 588

N

NAtura paucis contenta. 181
Neceſſaria vitæ q̄n inuito Superiore à religioſo accipi poſſint. 536
Neceſſitatis vis 411. Quænam ob eam permittantur. ibi.
Negligentia in Prælato grauis culpa 583
Nemo carnem ſuā odio habuit. 201. Nemo Dn̄s membrorum ſuorū. 282
Nemo ſe prodere tenetur. 514. & ſeq. 561. Nemo alijs vtiliter præeſt, niſi qui alij ſubeſſe didicerit. 463. Nemo repente fit ſummus. 152.
Nemo repente fit malus. 554. Nemo ſcire poteſt ſe eſſe in gratia Dei. 174
Nicoclis ac Philemonis de medicis dictum. 281
Nicolaus 3. cur notarios, & cauſidicos ex vrbe expulerit. 293
Nicolai Albergati laus. 582
Nobilitas ſine rebus ac ſubſtantiis mortua dicitur. 286
Nobiles damnorum ſatisfactionem ex homicidio ſequutorum non curant. 303
Nobilis ſuauiter tractandus. 469
Nomen maſculinum an fœmeninum comprehendat. 434
Nonij Hielopolit. ad Pelagiam meretricem dictum. 342
Notariorum imperitia, vel negligentia quàm mundo damnoſa. 293
Nouitij an caſibus in religione reſeruatis ligentur. 31. & 34. 461. An caſibus Epiſcoporum. 357
Nouitijs aliquando extraordinarius Confeſſarius dandus 65. Monialium nomine an nouitiæ intelligantur. 370
Nouitii excercendi, & probandi 426. & ſeq. Circa quid potiſſimum inſtituendi 427. Quid in actu profeſſionis ab eis faciendum ſit. 428
Nouitii abeuntes an expenſas ſoluere teneantur. 444
Si aliquem occidant à quo puniendi. 568
Nouitiatus an faciendus ab eo qui de vna religione ab aliā tranſit. 447
Nox à nocendo. 459
Nullum quidnam dicatur. 65
Numerus peccatorum exprimendus. 237. 400

O

OBedientiæ virtus quomodo à iure naturæ deſcendat. 403
Obediētia regularis vitæ firmamentū. 572. Eius excellētia. 586. ſeq.
Obiurgatio quomodo facienda. 718
Obliuio naturalis à peccato mortali & excommunicatione excuſat. 24
Obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit. 26

Obligatio ſatisfaciendi hæredibus occiſi quosnā m aſtringat. 301
Obſeruantia vana quid ſit. 258. *Eius* ſpecies. ibi.
Occaſiones peccandi cauendæ. 551. Turpiter peccandi quæ ſint. 260. 556. Ad blaſphemandum inducẽtes vitandæ. 244. Delinquendi 166. & 248 Vulpis in hoc exemplum. ibi. & 318. Peccandi, & præſertim in luxuriam labendi quæ ſint. 188. In eis iacentes an abſoluendi. 324
Occaſionibus proximis inuolutus an abſolui poſſit. 319
Occidere ſe ipſum an liceat. 281. An pro tuenda pudicitia. 282. An liceat ſontes. & maleficos. 283. & ſeq. Card. vel Epiſcopum occidens in quam pœnam incidat. 298. In bello an liceat. 286. & 294
- An occidere liceat pro defenſione rerum honoris, &c. 285.
Occidens virum inita pactione cõtrahendi cum aliquo an nubere poſſit. 298. Proditorie an eccleſię immunitate gaudeat. 280. Plures vno ictu quot peccata committat. 298. Se ipſum eccleſiaſtica ſepultura, &c. priuatur. ibi. Ob defenſionem propriæ vitæ an peccet, & irregularis fiat. 284. & ſeq. An ſic occidit coram Iudice id fateri teneatur. 285. Occidẽs conſanguineos, quam grauiter peccet. 297. Eum qui paulo poſt morte iuſta, vel violẽta occidendus erat, an reſtituere teneatur. 304
Occiſor ob propriam defenſionem an in iudicio fateri teneatur. 512
Oculi plus vident quam oculus. 59
Occultum quod dicatur. 88
Oculus amoris ſedes. 385
Odor an nutriat 412. An Quadrag. ieiunium ſoluat ibi. *An* eo vita producatur. ibi.
Offẽdens cõſanguineum, vel amicum inimici in quā pęnā incurrat. 298
Officium Chriſtiani viri quod nam ſit. 227
Officium Chriſtianum. 112
Officiales monaſterij quinam ſint. 528
Olympij Abbatis dictum. 499
Omiſſio vt voluntaria ſit quid requirat. 163
Operum genera. 160. Viua, mortua, mortifera, & mortificata. ibi.
Opinio quid differat à dubio, & ſcrupulo. 85
Opus Dei quomodo per ſcandalum deſtruatur. 290
Opus quodlibet perficiendum trina conſideratione à prudente præueniendum. 57
Oratio peccatoris quomodo impediatur. 162
Oratio ac lectio duo ſpiritualia vbera. 424
Oratio remedium contra peccatum. 168. Contra luxuriam. 185
Ordinandorum patria inueſtiganda. 67
Ornatus mulierum libidinis fax. 559
Oſcula, & tactus an inter ſponſos permittantur. 345
Oſcula ac tactus quando inter regulares reſeruati cẽſeantur. 542. & ſeq.

Otium fugiendum vt luxuriæ nidus 556.166.& ſeq. 207
Otium, & gula iniquitati ſodomæ cauſam dedit. 206
Ottonis Imperatoris publica pœnitentia. 114
Ouis prouidentiæ ſymbolum. 208.

P

PActum expreſſum vel tacitum cum Dæmone factum quid. 255
Pactum expreſſe factum cum Dæmone ſpecie differt à tacito, ideo in confeſſione exprimendum. 257
Papa quinque vota ſibi reſeruat. 140
Papa concedens facultatem abſoluendi à caſibus ſibi reſeruatis cenſetur illam dare quò ad cenſuras abſoluendas 28
Papa in condendis legibus, & in caſibus reſeruandis Cardinalium conſilio vti debet. 58. & ſeq. An conſilium quod petit ſequi tenetur. ibi.
Papa iure ordinario à caſibus reſeruatis abſoluit. 73
Papæ poteſtas in caſibus reſeruandis. 27
Parentes an magis filios carnales quam ſpirituales diligere debeant, 395
Paruulos ſuffocantes an in caſum homicidii reſeruati incidāt. 295. Qui à filiis læduntur, &c. 297. Eos percutientes quas pœnas cōtrahāt. 298
Parentes vel nutrices ſuffocantes pueros an homicidium voluntarium committant. 28
Parentum erga liberos officium. 392
Parentes bonum conſilium pro eis capere cenſentur. ibi.
Parochiani an filii ſpirituales dicantur. 319
Parochus an non approbat à ſuo Epiſcopo concedere poſſit vt proprias oues in confeſſione audiat 19
Parochi an caſus ſibi reſeruare poſſint. 30. An in votis diſpenſare ibi. An à cenſuris abſoluere. 131
Parochorum ſe inuicem abſoluentium à caſu copulæ habitæ cum filia ſpirituali abuſus. 336 & ſeq.
Parochorum periculum. 337
Paruitas materiæ excuſat à peccato mort. & ab excommunicatione, 383
Paruitas materiæ à mortali excuſat. 512
Pars tutior in animæ foro accipienda. 415
Paſſionis Chriſti memoria quid operetur in anima. 214
Paſſio animi quomodo in delictis excuſet. 303
Paſſionum reliquiæ cur in iuſtificatis remaneant. 164
Patientia quam religioſis neceſſaria. 563. Patientia quid ſit. 192
Patria initiandorum inueſtiganda. 67. Ex ea mores, & inclinationes aſſumuntur. ibi.
Patientiæ virtutis vis. 111. Patientiæ ſymbolum. 2[illegible]7
Par in parem non habet imperium ideo lege aſtringere eum nequit. 36
Pater non tenetur pro delicto filij. 241. Et filius cenſentur vna, & eadem

pat.

perſonæ. 219

Paupertatis votum quomodo à religioſo violetur. 474

Peccata grauiora reſeruanda ſunt,& quomodo grauitas conſideretur 49 Papæ reſeruata regulariter annexam excommunicationem habẽt. 49. Aliqua an de iure ſint Epiſcopo reſeruata. 50. Quæ leuia vel grauia ſint difficile eſt cognoſcere. 265. Pctĩ pernicies. 436. Nõ venialia ſed mort. reſeruanda ſunt. 41. Venialia nemo confiteri cogitur ibi. & 42. An dum ea confitetur teneatur omnia exprimere, & habere propoſitum ab omnibus abſtinendi. ibi. Interna reſeruari an poſſint. 45. Carnis minoris culpę ſed maioris infamiæ. 183. Senum cur in quid iuuenum in quale prædicari dicantur. 150 & ſeq. Capitalia non ſemper mortalia ſunt. 210. Quomodo peccatum mortale fiat veniale, & veniale mortale. ibi. Gradus quibus ad peccatum mortale peruenitur. ibi. Paria non ſunt, ſed alia aliis grauiora 211. Quomodo ex circũſtantiis aggrauetur. ibi. Propriè contra naturam quænam eſſe dicantur. ibi.

Peccati cauſæ duplices. 345

Peccator occultus qui dicatur, ac proinde ſi caſu Papali grauetur ab Epiſcopo abſolui poſſit, ex vi c. liceat. 89. Quomodo ad cordis cõpunctionem inducendus. 010. & ſeq.

Peccatoris conuerſio quomodo fiat. 213

Peccatoribus grauib. peccatis onuſtis quid à Cõfeſſario iniũgendũ. 239

Peccatorum cognitio tàm Confeſſario quàm pœnitenti difficilis. 210. Conuerſio à Deo eſt. 212. Cauſa eſt diuini iudicij obliuio. 145. Peccata quomodo diuidantur. 171

Peccatorum capitalium cognitio Confeſſario neceſſaria, 210

Peccatum non remittitur niſi reſtituatur ablatum. 249

Peccatum minuentia. 164. & ſeq. Reſeruatum in propria eccleſia pœnitẽtis non vero in ea in qua verſatus an à quolibet Confeſſario abſolui poſſit. 35. Quid ſit 162. Peccatorum cauſæ. 163. Quomodo ex dignitate peccantis aggrauetur. 212. Reſeruatum an habeat ille qui mortiſere percuſſit, & peccatum confeſſus eſt ante effectum mortis ſecutũ. 295. Contra naturam eſſe dicitur. 350

Peccandi radices ſunt amputanda. 143. Conſuetudo in naturam peruertitur. 150

Peccans in oſtio an in domo peccare dicatur. 372

Peccare, & labi homini proprium. 43

Pecunias adulterinas à Dæmone datas an ſortilegus expẽdere poſſit. 274

Pecunia dicitur ſecundus ſanguis. 286

Pecunia religioſo damnoſa. 475

Peregrini, & aduenæ reſeruatione caſuum ligantur. 35

Percuſſio leuis quæ dicatur. 569. & 572

Periurium quàm graue ſit peccatum, 500. Quomodo omni iuri aduerſetur.

tur.501.Huius ſceleris grauitas. ibi.
Pœna appoſita facienti delictũ an mãdantẽ vel cõſulentẽ afficiat.38.&ſeq.
Pœna abſoluentis ſine facultate à caſibus reſeruatis. 23
Pœnæ pecuniariæ non facile ab Epiſcopis,& Pœnitentiariis imponendæ. Et cum imponuntur, pijs locis ſunt applicandæ. 310
Pœnæ Bullæ Clem.VIII.religioſis donantibus inflictæ. 479. An ſint vſu receptæ. ibi.
Pœnitentes ad confeſſionem ſcelerum à Confeſſario animandi. 107
Pœnitens ob pudorẽ aliquod peccatum reticẽs an abſoluendus.247.Qui reſtituere promiſit, & nũquam reſtituit dimittendus eſt.249.Quando habet errorem in intellectu an à confeſſario abſoluendus.272.Quomodo cum à caſibus reſeruatis abſoluendus eſt,ſe gerere debeat.96.A caſibus reſeruatis abſoluendus contritus vel ſaltem attritus eſſe debet. 98.Memoriam lubricam habens peccata ſcribere non tenetur. 103. Conſuetudinarius exquiſito remedio indiget. 152. Per manſuetudinẽ ad confeſſionem attrahendus.238. Peracta confeſſione eius vulneribus vinum,& oleum infundendũ. ibi.Pœnitẽtis dicto an ſtandũ ſit. 240
Pœnitentes in hebdomada ſancta ſine examine conſcientiæ ad confeſſionem accedentes quomodo à Confeſſario tractandi. 104
Pœnitentes pro caſibus reſeruatis ad legitimos Iudices aliquando mittendi etiam ſi Confeſſarii abſoluendi facultatem habeant.245.& ſeq. Se de aliquo pctõ reſeruato accuſantes non ſtatim ad Pœnitentiarios mittendi,&c.247.Potius ad Purgatoriũ ſeuius cum eis agendo quam ad Infernum mittendi. 277
Pœnitenti qui pœnitentiam impoſitam recuſat quid ſignificandum.ut turdus mortem ſibi gignit. 560
Pœnitentia præſeruatiua iniungenda.240.& 416. Pœnitentię homicidis imponendæ.304.An extra actum confeſſionis ab inferiori Confeſſario commutari poſſit.141. Sacramentum vbique locorũ ſubditis adminiſtrari poteſt. 81
Pœnitentia quomodo à Confeſſario iniungenda,110.An flagella,& mala temporalia imponi poſſint. 111
Pœnitentia.7.annorum olim imponebatur. 113
Pœnitẽtia impoſita à Superiore an ab inferiore Cõfeſſ. mutari poſſit.115
Pœnitentia non differenda. 156
Pœnitentia impoſita à Papa inceſtuoſis,&c,an ab Epiſcopo vel eius Vicario mutari poſſit. 116
Pœnitentiæ quomodo iniungendę. 277
Pœnitentiæ cum imponuntur in mitiorem partem inclinandũ.116,&ſeq.
Pœnitentiæ ſacramentum dicitur 2.Tabula poſt naufragium. 94
Pœnitentiæ præſeruatiuæ an ab inferiori Confeſſario mutari poſſint. 116
Pœnitentiæ ſuperbis imponendæ,175.Auaris 182.Luxurioſis 188.Iracun

dis 196. Guloſis. 200. Inuidis. 204. Acedioſis. 209
Pænitentiam medicinalem reſpuenti an abſolutio danda ſit. 118
Pœnitentias publicas an imponere liceat 113
Pœnitentiarii monaſteriorum delegare non poſſunt 85
Pœnitentiarij quales conſtituendi. 61
Pœnitentiarii non paſſim in vrbe, & Diœceſi conſtituendi. 8. & 66.
Pænitentiarii in monaſteriis quales deputandi 69
Pœnitentiariorum facultas. 77. Vicarii Epiſcoporum quò ad forum pœnitentiale dicuntur. ibi. An à caſibus reſeruatis abſoluant, & cenſuris, in votis diſpenſent, &c. ibi. Num facultatem in his delegēt. ibi. & 78. Quid de Pœnitentiarijs delegatis per diœceſim ex Decreto S. Congreg. 78. Pœnitentiarius ſuam facultatem delegans peccatum auditum confeſſionis ſigillo ſeruare tenetur 79. Praxis quam in abſoluēdis caſibus ſeruare debet. 96
Pœnitentiarius an ſi dum coniugatorum confeſſiones audit aliquod impedimentū dirimens deprehēdit eos admonere debeat. An de grauib. criminib pœnitentē interrogare dēat. 105. Eius partes, & munia. 144
Pœnitentiarius ſuam facultatem delegans peccatum auditum confeſſionis ſigillo ſeruare tenetur. 79. Praxis quam in abſoluendis caſibus ſeruare debet. 96
D. Philippi Nerij ſanctitas. 540
Eius in audiendis mulieribus, exemplum. 338
Philtra amatoria animam ad amandū cogere nequeſit. 262. In his ſacras res miſcens de hæreſi ſuſpectus redditur. 263
Phyſionomiæ coniectatio an licita ſit. 259
Pietas, & clementia laudatur. 97
Polypus piſcis diuerſis moribus ſe aptando imitandus 51
Pollutio in ſomnis an ſit peccatum. 546. Ex quibus cauſis oriatur. 547
An S. Euchariſtiæ ſumptionem impediat. 548
Pollutio voluntaria quod peccatum ſit. 358
Pontifices Maximi ſunt humilitatis exempla. 174
Pyttaci dictum. 486
Praxis eſt vera legum, & librorum intelligentia 143
Praxis obſeruanda in confeſſione inceſtuoſi ſacerdotis 334. Eſt qualibet præceptione potior, & eſt vera legū intellectrix. 61. Diuidendi confeſſionem quo ad caſus reſeruatos. 105. & ſeq.
Preces importunæ, vis, & metus æquiparantur. 345
Præceptorum multiplicatio an peccata etiam multiplicēt. 416
Præcepto eccl'æ an ſatisfaciat qui ex ꝓpria culpa nō abſoluitur, &c. 325
Prædicator vt, & Confeſſarius igne diuini amoris accēſus eſſe debēt. 320
Prædicationis ſeu diuini verbi auditio magnum adiumentum cōtra peccatum. 170. Munus Papæ, & Epiſcopi iure ordinario competit. 73

Præfecturę an perpetuæ eſſe debeant. 464

Perfectionis gradus. 472

Prælati regulares an ſubditos incorrigibiles expellere, & ad triremes mittere poſſint.490. Multa diſſimulare debent. 484

Prælati regulares aliquas modicas donationes facere poſſunt.478. Religioſum deformiter viuentem reformare debent.495 Quales eſſe debeant.505. & 567. Duplicem perſonam gerunt.ibi Quomodo in eorum cauſis procedant.506. An notitia habita in confeſſione ad externum regimen vti poſſint.551. Regularem diſciplinam procurare debent.555 Non idonei imo,& mali ferendi.586. Regulares debent tranſgreſſiones punire 7 In duo vitia extrema cadere ſoleant. ibi.

An excommunicationem ſibi reſeruare poſſint.55. Regulares an in irregularitate diſpenſare poſſint.134. An in voto caſtitatis,& in petitione debiti.135. Quomodo cum ſubditis in reſpondendo ſe gerere debeant.271. Mali cur à Deo aliquando dentur.586. Regulares an caſus ſibi reſeruare poſſint.30. Quid appellatione *Prælatorum* veniat. 31. Præcepta ad peccatum mortale obligantia an ferre poſſint ibi. An ea facultate quam aliis concedere poſſunt poſſint erga ſe ipſos vti ibi. An caſibus à ſe reſeruatis ipſi ligentur ibi. An aliqua donare.494. *In* obſeruantia regulari aliis Duces eſſe debent.494. Communem vitam agere 495. Quinam caſuum regularium *Prælatorum* reſeruatione ligentur. ibi. Regulares,& eccleſiaſtici faciles eſſe debent in concedenda facultate abſoluendi à reſeruatis caſibus 67. & 97. Regulares an in votis diſpenſare valeant 140. Quid nomine *Prælatorũ* veniat,ibi *Reſeruantes* caſus iuriſdictionem ad animarum regimen habere debent, quæ ſuſpenſa non ſit.32. Et tantum erga ſibi ſubiectos extendatur.33. Regulares quid in reſeruandis caſibus obſeruare debeant.68. Confeſſiones ſubditorum audire non debent niſi illi ſponte petierint,&c. ibi. Idoneos Confeſſarios in monaſteriis deputare debent.71. An peccatis tam reſeruatis quam non reſeruatis pœnitentias præſcribere poſſint.71. An in delegãda auctoritate abſoluendi à reſeruatis poſſint de circumſtantiis interrogare.72. Regulares iure proprio,& directe à caſibus reſeruatis abſoluant 74. In votis ac ieiuniis, &c. diſpenſant ibi. An in irregularitate ex homicidio deſcendente.306. Quales eſſe debeant.584. & ſeq. in concedenda facultate abſoluendi à reſeruatis faciles eſſe debent.63 & 67. Etiam duri ferendi.176. Mali non imitandi.155

Prælati Regulares Ordinarii locorum non dicuntur. 434

Prælaturæ regularis finis. 480

Prælatorum nomine qui veniant.571. Exemplum quantũ vim habeat.153

Prælatus an ſi in caſum reſeruatum à ſummo Pontifice incidat à quo ipſe abſoluere poteſt, ſuam facultatem alteri delegando ab eo abſolui valeat.

Præ-

Prælatus etiam malus, & ineptus honorandus. 176
Præſumptio fortiſſima eſt q̃ ex conuetis, & cõiter accidẽtib. deſumit. 319
Principis, & Magiſtratus eſt prouidere de annona. 410
Princeps an ſit ſolutus legibus. 36. & ſeq. Clementia, & iuſtitia, vel ſeueritate, muniri debet. 6 Princeps quomodo ſuis ſubditis alimenta denegans eos occidere dicatur. 279
Principis vita eſt perpetua cenſura. 153
Priuilegiũ conceſſum eũtib. ad nundinas intelligitur & pro redeũtib. 140
Priuilegia regularium an ad caſus reſeruatos extendantur. 21
Profeſſio religioſa ad eſſentiam ſtatus religioſi exigitur. 421. Quas conditiones requirat ibi. Tacita quid ſit, & quod exigat. 442, & ſeq.
Profeſſionem votiuam renouare valde prodeſt. 579
Proprietatis vitium quàm graue ſit. 470. & ſeq. Proprietarii pœnæ. 472
Proſperitas ſtultos facit. 558
Prouerbium Non ſufficit hirundines expellere niſi nidus deſtruatur. 319
Prouerbium Qui conſulatum geſſit, &c. Vẽter auribus caret. 410. Item fruſtra in agris queri, &c 61. Fruſtra niti, &c. 63. Lex & regio. 35. Patere legem &c. 37. Cani latranti oſſa obiicienda. 291.
Ne ſutor vltra crepidam. 261
Prouocatus ad pugnã, uel duellum an ſi homicidium committat reſtituere teneatur. 502
Publicum quodnam dicatur. 88
Pudicitia optima matronarum dos. 340
Pudor cur homini à natura datus 146. A peruerſis morib. arcet. ibi. In confeſſione quomodo ſuperandus 109. Quid concionatores, & Confeſſarij circa hoc agere debeant. 110
Puerorum peccata ſi vſu rationis careant reſeruationi non ſubiacent. 46
Pueri an in diebus vetitis carnibus veſci poſſint. ibi.
Pueris quomodo vſus rationis acceleretur. 47. Pueri pręcocis ingenii diù viuere non poſſe dicuntur. ibi.
Puellæ ſtupratæ coitus appetentiores. 341. Quomodo à procacibus iuuenibus decipiantur. 343
Puellæ in die feſto ad fugiendum otium laborare poſſunt. 556
Puellæ credulæ ſunt. 342
Pueri an violando ieiunium Quadrag. incidant in caſum. 410
Pueris ac puellis in confeſſione mentiri familiare eſt. 366
Purgatorii pęnę, quam graues ſint 29
Puritas cordis quibus modis comparetur. 553 Quibus conſeruetur. ibi.
Purgatorii ignis conſideratio quid in anima efficiat. 118. & ſeq.

Q

Quadrageſimã ſine facultate ſoluens quo in foro aïæ puniendus. 417
Quadrageſima cur inſtituta. 404. & 406

Quantitas ad proprietatis vitium mortale conſtituendum. 474
Quantitas furti in confeſſione exprimenda. 237
Quatuor in abſolutione excommunicationis obſeruanda. 124. & ſeq.
Quatuor humana iudicia peruertentia. 100
Quietem Deam Romani veteres in vrbe admittere cur noluerunt. 207
Qui per alium facit per ſe ipſum facere dicitur. 279
Quincti Sceuolæ prudens factum 61
Qui non laborat non manducet. 365
Quod ſit inſpiciendum non eſt, ſed quod fieri debet. 154. & ſeq.
Quomodo in mortificationibus ſuſcipiendis quis ſe gerere debeat. 253

R

RAptores virginum quibus pœnis afficiantur. 347
Religiones deſtruentia quænam ſint. 423
Ratum habens homicidium ſuo nomine factum an in caſum homicidii incidat 289
Rationis vſu carentes, vt furioſi, infantes, ebrii ſemidormiêtes, & huiuſmodi an caſuum reſeruatione afficiantur. 40
Rationis vſus quibus modis acceleretur. 47
Ratihabitio mandato comparatur. 279
Relapſus in peccatum peior lapſu. 216
Receptatores ludentium quam grauiter peccent. 244
Rectorum Sacerdotem periculum. 337
Reformatio paulatim facienda. 158
Reformationes religioſæ quomodo faciendæ. 495
Regio quælibet ſuos mores habet. 51
Regula ſubrogatus, &c. quomodo intelligantur. 76
Regula volenti ac ſcientis non fit dolus, &c. 392
Regulæ proprii ordinis à religioſis in promptu habendæ. 424
Regulares Præfecti an ſubditos incorrigibiles expellere poſſint, &c. 490
Regulares exempti an ab Epiſcopo à caſibus Pôtificiis abſolui poſſint. 90 An caſibus Epiſcopo reſeruatis ligentur. 330. Dicuntur ciues illius loci, vbi habitant ibi. Religioſi cur ſic vocentur 419. An ſi iniuſte denegetur licentia à ſuo Superiore vt Epiſcopum quo ab aliquo caſu abſoluantur, ea non obtenta cum adire poſſint. 90
Regulares in denuntiando ordinem Euang ſeruare debent. 514
Regulares abſoluentes à caſibus reſeruatis in religione ſine facultate, an incidât in pœnas Decreti Clem. VIII. Tempore Iubilei non niſi approbato Sacerdoti confiteri poſſunt. 108
Regularium regimen quale eſſe debet. 505
Regulariû priuilegia an ad abſolutionê caſuû reſeruatorû extêdantur. 21
Regularis ad baptiſmum tenens an cognationem ſpiritualem contrahat. 323

Regularium in religionibus tranſgreſſiones etiam minimæ cauendę 43
Regularibus noxia eſt, vagatio. 451
Rei ad mortẽ condẽnati an ſi confiteri nolint à Iudice occidi poſſint. 284
Religio obſeruans quomodo à relaxata differat. 220 Religio quid ſit. 420.
Religionem ingreſſurus an conſilium petere debeat. 426. Ingreſſus quid in actu profeſſionis agere debeat. ibi.
Religionem ingreſſurus quem finem ſibi præfigere debeat. 425
Religiones omiſſione correctionis corruunt. 8. Religio eſt perfectionis ſchola. 107. Quænam religioſum ſtatum conſtituant 420. An ad religionis ingreſſum inducere liceat. 420
Religionũ Præfecti quõ in nouitiorum receptione ſe gerere debeant. 425
Religionum ruinæ cauſa. 583. Religionis finis. 552
Religioſi Epiſcopi an teſtari poſſint. 491. *Frugalitati* ſtudere debent. 492 Religioſi ſanitatis curã hr̃e. ibi. Relig. ut in proprietatis caſum incidãt quot requirantur. 494. *Lucrum* ex negotiatione acquiſitum reſtituere debẽt. 497. Contra facientes *Bullis* priuantibus officiis, &c. an ſe ipſos prodere debeant. 498
Religioſi an redditus annuos habere poſſint. 490 Reb. ſibi conceſſis precario vtuntur. 487. An contra paupertatis votũ peccent, ſi volẽtibus ſibi aliquid dare ſuadent vt potius externis dent. 488. An eleemoſynam facere poſſint. 489. An peculium retinere. 489
Religioſi quomodo violent votum paupertatis. 474. *Parati* eſſe debẽt quod poſſident reſignare & reformationẽ admittere. 466. Res ſibi quò ad vſum conceſſas conſeruare. 485
Religioſi *Prælati* an verberare ſubditos poſſint. 567
Religioſi ſe inuicem in clauſtris percutientes à quo nã abſoluendi. 569
Religioſi abſentes vel iter agẽtes an à caſib. reſeruatis abſolui valeãt. 588
Religioſi ſe hominum ingeniis ad eos *Deo* lucrãdos attẽperare dẽt. 564
Religioſi, & eccleſiaſtici cur peccata populi comedere dicantur
Religioſi executores teſtamentorum relicti an ab Epiſcopo puniri poſſint. 294. Quò ad clauſuram monialium an *Epiſcopis* ſint ſubiecti. 381. An aliquando moniales propinquas alloqui. ibi.
Religioſi cur in peccata labi à Deo permittantur 430. Ob eorum peccata religioni non detrahendum. 431. An ſi toties in anno ex vi conſtitutionum confiteri tenentur, venialia peccata confiteri aſtringantur. 62. Quò ad caſuum reſeruatorum abſolutionem diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubiiciuntur, & *tempore* Iubilei alium Confeſſarium eligere nequeunt præter eos qui a ſuis Superiorib. deputati ſunt, niſi per Pontificias Bullas ſit derogatum, &c. 81. Et tempore Iubilei approbatum ab Epiſcopo eligere debent. 80. Acediæ morbo laborantes quinã ſint. 206. *In* eodem genere peccati an grauius peccent quã laici. 430. Suos fundatores ſæpe conſiderare debent. 555. Non inter mancipia, ſed in-

ter

ter filios numerantur. 334. Percuſſores eſſe non debent. 562.
An bannitum occidere poſſint. 582. Per ludum pecunias conſumentes an incidant in caſum proprietatis in religione reſeruatum. 478
An partus intellectus ſibi inuicem donare poſſint. 483. Aſportantes res monaſterii an caſu ligentur. 483. Facile iurare non debet. 509. An teſtimonium ferre poſſint 517. Aliquando à fœminis ad turpem actum ſolicitati. 333. Ipſi & eccleſiaſtici quõ cum mulierib. verſari debeant. 333. Quomodo iurare in iudicio debeant. 517. Sanctimonialium clauſuram violantes, an excommunicatione ab Epiſcopo lata ligẽtur. 369 & 371. & 380. An de carcere fugere poſſint. 460. An ſi ob actum prauũ aliquid dent etiam cum licentia Superioris peccent, & ab aliis acceptum ſit reſtituendum. 400. Ad perfectionem tẽdere debẽt, & quõ. 421. & ſeq. Aliquãdo ſecedere, & à negotiis vacare, 423. Religioſi cũ ſocio prodire debent. 456. Habitum proprii ordinis deferre. 460. Perſonati incedentes excommunicantur. ibi.
Religioſi ob luxuriã à Deo vlti. 541. Mali relig. aliis ꝓdeſſe nequeũt. 541
Religioſorum proborum præmium. 491
Religioſus quid facta profeſſione facere debeat. 428. A crimine reſeruato in ſuo monaſterio, an alibi à non habente facultatem abſolui poſſit. 35. An tempore Iubilei alios Confeſſarios quàm à proprio Prælato deſignatos eligere poſſit. 36. An cum ex licentia Superioris iter agit poſſit à caſib. reſeruatis abſolui. ibi. An abſolui poſſit à reſeruatis à Cõfeſſario monaſterii ſi à Superiore facultatẽ petiit, ſed non obtinuit. 93. Religionis regulas in promptu habere debet. 424. Nunquò ad famam religioſus ſit ſui iuris. 93 Quomodo à Dæmone tentetur, & impetatur. 410. An ſi à ſuo Prælato à caſu aliquo reſeruato abſolui nequeat, vel ille nolit ab Epiſcopo abſolui poſſit. 462. An egredi de religioſo ordine poſſit vt parentibus ſubueniat. 467. In adulterio deprehenſus an vt mortem vel ignominiam fugiat, aggreſſorem occidere poſſit. 566 Clam ex monaſterii rebus ſubripiens quomodo m. p. 536. Quando de iis eleemoſynam facere poſſit. 537. A crimine reſeruato in ſuo monaſterio an alibi à non habente poteſtatem abſolui poſſit. 35. Quomodo Confeſſarium ſibi eligere poſſit. 538. Quot modis contra obedientiam peccet. 573 An ad perfectionem tendere teneatur. 574. Aperiens Superioris litteras &c. quam grauiter peccet, & in caſum reſer. incidat. 575. Quem pœnitet profeſſionem emiſiſſe an p. m. 580. Per profeſſionem mundo moritur. 582. Superbus ſibi ipſi hoſtis eſt. 173. Se libere in manu Superioris dimittere debet. 178. Profeſſus ſodomiam admittens quõ confiteri tenetur. 375
Reliquiæ an ad collum geſtari poſſint. 260. Quomodo in eis ſuperſtitio committatur. ibi.
Reliquias ſancti nondum canonizati an colere liceat. ibi.

Reme-

Remediũ cõtra infidelitatem.147.contra mundi iucunditatẽ 150.Difficilem vitæ mutationẽ 151.Mala exẽpla 154.Præſumptionẽ 156.Lõganimitatẽ 158.Deſperationẽ.160 & ſeq.Cõtra maleficia. 264.ſeq.
Remedia generalia contra peccata 165.Remedia contra ſingula peccata capitalia 171.Contra ſuperbiam 172.Contra auaritiam 181.Contra luxuriam 184.& 360.560.Contra iram 291. Contra gulam 197. Contra inuidiam.202.Contra blaſpemiam 242
Renuntiare iuri proprio an liceat. 566
Reſeruare ſibi caſus qui iam poſſint 27 & ſeq.
Reſeruatio caſuum quomodo iure,ratione,& vſu probetur.3. Eius vtilitas 8.Reſeruationis caſuum fundamentum 20. Per eam inferiorum Confeſſariorum poteſtas impeditur. 21
Reſeruatio caſuum Papalium annexam habet iuriſdictionem.49. Caſuũ pro religioſis an ſi contra Clementis VIII.Decretum fiat valida ſit 54.& ſeq.Quando facta reſeruatio quò ad eos expiret.56.Caſuum facta ab Epiſcopo cenſura innodato an valeat.33. An afficiat ignorantes caſum eſſe reſeruatum 34. Quid de dubitãte peccatum illud eſſe reſeruatum.ibi.Quinam reſeruatione non comprehendantur.36.& ſeq. Strictam admittit interpretationem.39 Actum conſummatum requirit.39.Quãdo ceſſet.40.Et reſeruatio ſi imprudenter à Prælatis fiat, facta tamen valet.65.Stricti iuris eſt.394.De quib. peccatis fieri debeat.41.Peccata venialia an reſeruari poſsint 42.Et quid de religioſis.ibi.Intelligitur de peccatis mortalibus externis, & actu conſummatis 46.Ceſſat in mortis articulo 25.Cui hoc indultum ſit ab Eccleſia ibi.Cautio de ſatisfaciendo ſi fieri poteſt danda. Et quatuor in eo tempore obſeruanda. 26
Reſeruationi caſuum Papæ omnes fideles ſubduntur. 28
Reſeruationes caſuum ſicut & leges,& Edicta,ambiguæ,obſcuræ,vel captioſæ eſſe non debent. 60
Res ſuas an quis inculpate ſurripere poſſit.285. Res dicuntur ſecundus ſanguis.286.Facile reuertitur ad ſuam naturam. 164. Res ſuperfluas ſe abdicare Religioſus dẽt.485.Proprietatem amputare ibi.
Reſpublica quæuis præmio, & pœna conſtat. 8
Reſtitutio parti læſæ antequam quis ab excommunicatione abſoluatur præmittenda. 125
Reſtituere an teneatur qui à monialib. aliquid accepit.371.Et qui à religioſis ob actum meretricium.400. Mulier nupta an quod ab amaſio accepit. 401
Reſtitutio quomodo ratione homicidii facienda.300.Quando periculum eſt ne quis ſe prodat per quem reſtitutio facienda. 362
Reus vt legitime interrogetur quid requiratur.509.An ad euitandã mortem verum negare poſſit.510.Quid in alijs cauſis non capitalib. ibi.

Romipetas occidens in quam pœnam incidat. 299
Ruſtici quomodo ab examine conſciētæ faciendo pro cōfeſſione inſtituenda excuſantur. 104. Aſperis verbis à Confeſſario admonendi. 239
Eorū confeſſiones cautè excipiēdæ. 316. An ruſticitati à iure pareat. ibi

S

Sacramenta, & Sacramentalia ſunt remedia contra maleficia, & ſortilegia. 257
Sacramenti pœnitentiæ partium myſterium. 94
Sacramentis, vel ſacramentalib. abutens, quàm grauiter peccet 267
Sacramentum quodlibet tribus conſtat. 94
Sacramentorum frequentatio magnum contra peccata adiumentum. 169
Sacerdos ſodomita quomodo confiteri teneatur. 359. Quō puniatur. ibi.
Sacerdotes Chriſti cooperatores cur dicantur. 493. Quō iurent. 517. Quales eſſe debent. 521. Turpiter viuentes, quàm grauiter peccēt. 326. ſeq. Eorum vindex Deus. 336. Regulares cum filijs ſpiritualibus copulā habentes, vel attentantes, an in caſum Epo reſeruatum incidant. 330
Quomodo peccatorum cognitionem acquirant. 210
Sacerdos ſolicitatus à fœmina, an ſi conſentiat incidat in Pōt. pęnas. 322.
Sacerdotem occidens an matrimonium contrahere poſſit. 298
Saluti quādiù licet opera danda eſt. 208. Salus ſpiritualis proximi cum periculo vitæ cōſeruāda. 466. Propriæ aīæ ſalus piculo nō exponēda. 468.
Salutis corporalis ſpes in medicis præcipue non ponanda. 282
Saluus conductus eundi, & redeundi cā conceſſus intelligitur. 140
Sanguis cur præſente occiſore de vulneribus ſauciati effluat. 279
Sanitatis donum quanti faciendum. 455. Socratis de ea dictum. ibi.
Sanitas ob cibum, vel potum extra tempora ſumptum læditur. 535
Satellitibus aſſerentibus cæpiſſe aliquem reum in loco non ſacro an credendum. 300
Satisfactio in ſacramēto pęnitētiæ, qūo imponenda. 110. & 112. An per flagella, & mala ſpōlia à pœnitēte fieri poſſit. 111. Satisfactionis opa. ibi. An ſit de eſſentia confeſſionis. 117. & 118. Satisfactio ſacramentalis an recedente fictione priſtinum ſortiatur effectum. 449. Faciēda hæredib. occiſi. 301. Eſt peccatorum cauſas, & radices abſcindere 143
Sardanapali conditio. 149
Scandalum præbens, quomodo homicida dicatur. 290
Scandali vitandi cauſa, qūo quis à reſeruatis caſibus, ab inferiori Confeſſario abſolui poſſit. 92. & 93. Scandalum aggrauat peccatum. 212
Scholaſtici caſuum reſeruatione in aliena diœceſi afficiantur. 35
Sciens v.g. Petrum occiſurum an ei teneatur indicare, &c. 295
Scire velle, & poſſe ad omnem humanam actionem requiruntur. 163
Scire quilibet tenetur, quod ad officium ſuum ſpectat. 23
Scire quando quis dicatur, vt denuntiare teneatur. 516

Scor-

Scorpio pungit, ac mordet in cauda. 150
Scriptura an requiratur in licentia concedenda 379
Scrupulus quid differat à dubio, & opinione. 35
Semel Deo dicatum ad vſus profanos tranſferendum non eſt. 337
Senectuti regulæ aſperitas remittenda. 490
Senes in delictis an excuſentur. 234
Senes plus aliis pietatis ac religionis operibus incumbere debent. 158
Senes vnde dicantur. 47. An inſtar puerorum vſu rõnis carentium carnibus diebus vetitis veſci poſſint. ibi. & 410. Natura ſunt auari. 181
Seniores quõo admonẽdi. 339. Quõo eis fauẽdũ. 490. Sileſij Ducis factũ ibi.
Senſus cuſtodiendi. 167 Eorum cuſtodia contra luxuriam. 187
Senſus non nocet vbi non eſt conſenſus. 245
Sermo rigidus cum mulieribus habendus. 334
Serui an teneantur dñ̄os denuntiare. Seruorum munia v. in v. famuli. 230
Sextii Pythagorici in excutienda conſcientia mos. 169
Sigillum confeſſionis non prodendum. 515
Signo crucis ſe munire quantum in tentationibus repellendis valeat. 168
Signum diſcernendi energumenos 264. Signum deſcernendi bona ſomnia à malis. 264
Silentium, & ſolitudo moniales decet 374
Sobrietas ſanitatis parens. 414 492
Sodomia quid ſit, & cur graue peccatum. 352. Sodomitæ teſtari non poſſunt. 353. Cur ignis pæna plectantur. 354. Aſſerenti ſe de hoc crimine attentatum non facile credendum ibi De hoc vitio attentatus à clerico an ſi eum percutiat in excommunicationem incidat. 355
Sodomia ac beſtialitas vt reſeruationi ſubiiciatur actus conſummatio requiritur. 46
Solitudinis laus. 376. & ſeq. & 453
Solitudo ſpiritualis. 454
Solicitans filiam ſpiritualem in quam pœnam incidat. 543. & 548
Sol latrinas penetrans non fœdatur, & talis ſacerdos eſſe debet. 307
Sol marinis apis paſcitur. 150
Solon cur contra occidentes parentes leges non tulerit. 297
Solis ecclipſim paſſi emblema. 433
Somniis an credendum 261. Somniorum cauſa ibi. Quomodo diuina à Dæmoniacis dignoſcantur 264
Somniis non eſſe credendum exemplum. 265
Somnus nimius caſtitati noxius. 556
Soror in alienam familiam tranſit cum nubit. 399
Sortibus ſuperſtitioſis non vtendum. 265
Sortilegę mulieres quomodo denuntiandæ. 275. Quæ pœnitentiæ in ſacramentali iudicio iniungendæ. 276

Sortilegium quam graue peccatum ſit. 249. Reſeruari ſolet. ibi. & 250
Sortilegi quō in ſpiritu adiuuandi. 269 & 271. Quomodo abſoluēdi. 273
Pecunias falſas à Dæmonibus habitas expendere nequeunt. 274
Spes, & congruentia tribus hominum generibus neceſſaria ibi.
Sponſalia non tranſeunt in matrimonium ſubſecuta copula coram Parocho, & teſtibus. 343
Sponſi, & ſponſæ ſoli, & ſine arbitris eſſe non debent. 345
Sponſi iuuenes à Confeſſariis de honeſtate in actu coniugali habenda inſtruendi ſunt. 359
Statuta regularia cauentia, vt qui tale delictū commiſerit, ipſo facto ſit priuatus eſſe is, quomodo intelligenda ſint. 72
Statuta ignorantes non ligant. 123. Extra diœceſim ſtatuētis non ligant. ibi Subditus quis ſit ratione delicti ibi.
Statuto prohibente frumenta extrahi ſi quis repertus fuerit in via non tamen adhuc extraxerit eo non comprehenditur. 46
Stellio inuidiæ ſymbolum. 202
Stylus curiæ facit ius. 225
Stupratores quibus pœnis afficiantur. 347. & ſeq. Exemplum cuiuſdam morte puniti ibi. An proles alere teneantur, vel poſſint eas ad hoſpitale mittere. 350
Stupri peccati grauitas. 339. Stuprum vnde dicatur. 342. Quid ſit 343
Stuprans puellam libere conſentientem an proprie ſtuprum committere dicatur. 344. Violans virginem vilis conditionis, & vagantem, vel ſenem v.g. 50. annorum, an ſtuprum commiſiſſe dicatur. 344. Stupri ratio in quo conſiſtat. 346
Subditi Epiſcopo vi Conc. Trid. à caſibus Papalibus occultis abſolui poſſunt. 89. & 90
Subditis vbique pœnitentiæ ſacramentum adminiſtrari poteſt. 81
Subditi quomodo ſub Superiore duro, & aſpero ſe gerere debeant. 176. Quomodo in ſubiectione ſe conſolari. 465
Subditi Superiorem honorare debēt etiam ſi ille virtute ſit inferior. 175
Subditi alienæ diœceſi quando in caſum reſeruatum incidant. 35. & 36
Subreptio obtenta vitiat. 441
Subrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur. 76. Non tamen in præeminentia, & honore. ibi.
Suffocantes paruulos quomodo in caſum reſeruatum incidant. 296
Suffragia mortuis ſubtrahens quomodo homicida dicatur 292
Superbia quid ſit, & quæ eius ſpecies. 171. Eius filiæ. 172. Eius remedia. ibi. Eius deteſtatio. ibi. Eius cauſa in grauiſſima ſcelera reſeruata homo incidit. ibi.
Superbus cur fumo comparetur. 173
Superbia profectum ſpiritualem impedit. 178

Super-

Superbiæ ſanationis indicia. 17.
Superbia difficile ſuperatur. 178
Superflua à religioſis abdicanda, 486
Superſtitio quã graue peccatũ ſit 249. Ab Ordinariis reſeruetur.ibi 250
Superſtitionum ſpecies. 252.& 256
Superior etiam ſi illicite peccata aliqua ſibi reſeruet reſeruatio ta men tenet,& abſolutio ſine facultate data non valet. 29
Superior reſeruãtis caſus ab eis abſoluit.75 Itẽ ſucceſſor reſeruãtis.ibi. Duob.modis cum ſubdito quò ad caſuum refer.abſolutior ẽ ſe hẽt.95
Superior an facultatem abſoluendi à peccatis reſeruatis ſub modo concedere poſſit. 106.& ſeq.
Superiores regulares quid in reſeruandis caſibus obſeruare oporteat. 68.& ſeq. An ſubditorum confeſſiones audire debeant ibi. An notitia confeſſionis ex confeſſione habita ad externum regimen vti poſſit.71 Verum peccatis reſeruatis graues pœnitentias imponere.ibi. Duplicẽ perſonam gerunt. 505
Superiores religioſi vide in v. Prælati.
Superiores tã Eccleſiaſtici,quàm regulares in concedenda facultate abſoluendi à caſib. reſeruatis difficiles eſſe non debent.67 & 97. Aliqua diſſimulare debent. 484
Superiores religioſi quomodo in viſitationibus ſe gerere debeant. 514
Suſpectus de hæreſi quando denuntiandus 229
Superiores etiam duri ferendi. 176
Suſpenſio quid ſit,& quotuplex. 127. Lethalem culpam ad hoc vt incurratur ſupponit.ibi. Duplex eius effectus 128. Quando ceſſet, & expiret 129 Eius forma. ibi.
Suſpenſus ſed occultus an ad vitandum ſcandalum,uel infamiam celebrare poſſit. ibi.
Suſpicio non leuis hæreſis ex grauibus criminibus oritur. 321
Suſurrones quo homicidæ dicantur,& quo grauiter peccent. 291.565

T

TAbella caſuum reſeruatorum ſæpe à Confeſſariis inſpicienda. 233
Taciturnitatis laus. 373.& ſeq.
Tacita Dæmonis inuocatio quæ. 256
Temperantiæ virtute vtendum. 299
Temporis iactura grauis. 206
Tenebræ ad peccandum inuitant. 459
Tentationibus ingruentibus quid meditandum. 167.& ſeq.
Tentationum vtilitas. 170
Tenor verborum in Bullis inſpiciendus. 81
Tenor verborum attendendus. 522
Tentationes ſpiritus blaſphemiæ quomodo ſuperandæ. 545

Terminus in Edictis Inquiſitorum poſitus quomodo intelligatur. 219
Tepiditatis ſigna. 209
Teſtis falſidicus quomodo peccet 501.& ſeq.
Teſtamentum D.Bernardi 194
Teſtatoris voluntatem exequi per obliuionem,vel inconſiderationem,omittens an in caſum reſeruatum incurrat. 122.& ſeq.
Teſtis falſus quando in caſum reſer.incidat. 512
Teſtes inhabiles an ad teſtificandum recipi poſſint. 515
Teſtis non iuridice interrogatus quomodo reſpondere debeat. 516
Teſtis falſus quomodo damnum datum reſtituere teneatur. 618
Thaletis Mylesii dictum.167 Alterum eiuſdem lepidū pronuntiatū.363
Theodori Archimandritæ factum erga ſortilegum. 272
Thomæ Mori de luxuia dictum 308.Eiuſdem de mulierum ornatu. 342
Tyrannum an occidere liceat. 284
Tranſitus de vna religione ad aliam an licitus. 345.& ſeq.
Tutior pars fauore animæ accipienda eſt. 382
Tutorum ac curatorum officium. 394
Turpido corporis animam turpem indicat. 259.

V

VAgatio damnoſa. 441
Vagatio religioſis quàm pernicioſa. 452
Varietas remedium contra acediam. 209
Vana obſeruantia quid ſit.258.Eius ſpecies. ibi.& 259
Veneno aliquem occidens quàm grauiter peccet. 288
Clericum occidens veneno ad tempus mortem allaturo,in quam pœnam incurrant. 288
Venter cur auribus carere dicatur. 410
Verecundia eſt maxima pars ſatisfactionis 249. Cur à natura homini data. 16
Verba mentem declarant,& ſunt ſigna paſſionum animæ. 223
Verba parentum filiorum cibus. 241
Verba ſapientum ſunt ſtimuli,&c. 17
Verba quæ blaſphemiam ſapiunt,quomodo interpretanda. 232
Verborum vis in ſtatutis,& Bullis inſpiciendus. 8
Verbum Dei lucerna noſtra eſt. 148
Verecundia quomodo in confeſſione ſuperanda. 107.& 108
Vetuſtatis mos retinendus. 4
Via vniendi ſe Deo. 214
Vicarius Epiſcopi an caſus reſeruare poſſit 30
Vicarius Epiſcopi an à caſibus reſeruatis abſoluat. 75. & ſeq. Eius iuriſdictio an ſit ordinaria,vel delegata.ibi.Confeſſarius ab eo electus an à reſeruatis ipſum abſoluere queat 75

Vita.

Vicarii Epiſcorum pœnas pecuniarias piis locis applicare debent. 310
Vicarii Præfectorum regularium Generalium, vel Prouincialium, quid nam in caſibus reſeruatis poſſint. 76
Vicarius Parochi an licentiam audiendi confeſſiones propriæ parochiæ dare poſſit. 20
Vicemgerens honorari debet tanquam repreſentans ſuum principalē, ſed non quantum ille. 76
Vim vi repellere licet. 284. & ſeq. 565
Vincentius Ferrerius à muliere ſolicitatus. 333
Vinum moderate ſumendum. 557. Quibus prohibeatur ibi. Aqua dilutū eſſe debet. 558
Vinum nouum in vtres veteres non eſſe mittendum quid ſignificet. 118
Vineę clauſuram frangens multorum furtorum eſt cauſa. 340
Violatur moroſa delectatione. 548
Violentum quodnam dicatur. 258
Vir ſapiens nunquam peregrinus. 90
Virga quam Pęnitentiarius geſtat quid ſignificat 402
Virgines veſtales ſacrilegii reæ quibus pęnis plectebantur. 368
Virgineum clauſtrum cur fœminæ natura dederit. 341
Virgineum ſignaculum. 346
Virginum ſacrarum corruptores quàm dire à Deo puniantur. 368
Virginitas amiſſa non recuperatur. 340
Virginitas quomodo cognoſcatur. 346. In dubio præſumitur. 346
Virginū deceptores, & corruptores maria & mōtes promittūt. 342. 343
Virginitas dicto mulieris probatur. 346
Viri ſanguinum cur ab altaris miniſterio arceantur 382
Virtutis difficultas Diaboli catena. 151. Eius remedium. 152
Virtus ex habitibus generatur. 175
Virtus ſibi ipſi eſt merces 482
Vitæ humanæ tria neceſſaria. 98
Vita ſæcularis quomodo mari comparetur 499
Vita religioſa portui ſimilis. ibi.
Vita noſtra ſine tentationibus eſſe non poteſt. 170
Vitia capitalia. 370. & ſeq.
Vitia in humido, & radicali humore conſiſtit 184
Vitæ momentaneæ conſideratio quàm vtilis ſit. 206
Vitam ſibi abbreuiare an liceat. 282
Vitæ defenſio licita. 466
Virtutes quomodo acquirantur. 423
S. Vitalii patientia. 564
Virtutis præſtantia. 580
Viuendi tres modi voluptuoſe, politice, & contemplatiue. 148

Vni;

I N D E X.

Vniuerſitas eorum quæ ad ſacerdotium ſpectant capax non eſt. 175

Voluptates non venientes, ſed abeuntes contemplandæ, 150

Voluptatum ſectatores ruſticis cur ſimiles ſint. 145

Voluptatis mala. 149

Voluntas, & poteſtas in omni actu requiritur. 21

Voluntas potius quàm verba in qualibet diſpoſitione attendenda. 55

Voluntatis diuinæ certitudo in arduis ante omnia inueſtiganda eſt. 62

Voluntas ad amandum an cogi queat. 262

Voluntatis actu quomodo interrumpantur. 300

Voluntate ac propoſito maleficia diſtinguuntur. 386

Vota Papæ reſeruata tempore Iubilei conceſſa non cenſentur niſi id exprimatur. 83 Quid de voto caſtitatis ac religionis ibi.

Voto caſtitatis quænam includantur. 543

Votum caſtitatis à quo nam diſpenſetur 135

Voti obligatio quibus modis tollantur. 138. Interpretari votum, ceſſare, irritare, diſpenſare, & commutare quid ſit. 139

Vota Summo Pontifici reſeruata 140. Quęnam Epiſcopo reſeruentur. ibi.

Votorum emiſſioni quando locus ſit ibi. Abuſus circa vota emittęda. ibi.

Vota an à Confeſſario ſimplici tolli poſſint. 141. Quid in articulo mortis. ibi.

Votorũ diſpenſatio vel commutatio an extra confeſſionẽ fieri poſſit. ibi. Eorum commutatio difficilis 142. Confeſſarius qui tempore Iubilei noluit vel non potuit, tunc pœnitentis vota commutare an tranſacto Iubilæo id facere poſſit. 142

Votum non ludendi an diſpenſari poſſit. 244 & 249

Vulpis aſtutia. 248

Viurarii quomodo homicidæ dicantur. 291

Vſus religioſi eſt facti non iuris. 476

Vulnus iteratum difficilius ac ſerius ſanatur. 226. 324

Vulnera clauſa plus cruciant. 319

Vultur inuidiæ ſymbolum. 283

Vxor an quod ab amaſio accepit ſibi retinere poſſit, 401. An frangens ieiunium iuſſu vel metu mariti peccet. 413

Vxorem in adulterio deprehenſam occidens an p. m. & in caſum homicidii incidat. 289

Vxor in quibus caſibus viro ſubiiciatur 391

Vxor quomodo caſtiget. 395

Vxore ſodomitice abutens quõ peccet. 358. Et quid quò ad alienam vxorem. ibi.

Z

ZElus Confeſſarii ad conuertendas animas. 99

Zenia cur eulogia dicantur. 481

FINIS.

Errata, & menda inſigniores, quæ rectam intelligentiam peruertere poſſunt. Leuiores enim maculæ & defectus ſyllabæ aut vnius literæ pro alia interpoſitio quæ ſenſum ab Auctoris mente alienum non mutant, ex induſtria omittuntur, & Lectoris benignæ correctioni relinquuntur.

Pag. 23. lin. 7. abſcoluenium, corrige abſoluentium
19. lin. 26 poſt verbum reſeruationem tamen, adde tenere
61 lin 4 vantas, nautas
43 lin. 12 conngrationis, congregationis
32 lin. 19 & 20 ſuſpenſionem irreti ſuſpentione irretiti
68 lin. 15 poſt verbum confeſſos adde credentium.
71 lin. 24 perperandis perpetrandis
98 lin. 4. tegui regulares
119 lin. 27 vt per poſt vt adde tam
128 lin. 4. dicimis dicimus. lin. 25. Epis Epus
165 lin. pen. præſenti vt præſentia

pag. 193 lin. 11 receſſurins receſſurus
258 lin. 1 remedium remedia.
289 lin 23. neeueat nequeat.
294 lin. 15. & ad etiam adde ſi
299 lin. 15. experienda. experientia
300 lin. 15 poſt n. 72. Adde Farinac. de Immunit. Eccl c. 10. nu. 315.
368 lin. 3. corrũpti corrũpi decti vi, dicti
405. lin. 11. Agyptus Aegypti
407 lin. vlt. nonnullo, nonnullis
438 lin. 8. ſi vt, deleve
375 lin 9. ancitum ſancitum.
506 lin. 21. iuridiciario, iudiciario
524 lin. 18. moraliter, mortaliter.

6-4

Digitized by Google